3 1761 04728088

PURCHASED FOR THE

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

FROM THE

CANADA COUNCIL SPECIAL GRANT

FOR

CATALAN LANGUAGE & LITERATURE 68

CORTES

DE

ARAGON, VALENCIA Y CATALUÑA

CORTES

DE LOS ANTIGUOS REINOS

DE ARAGÓN Y DE VALENCIA

Y

PRINCIPADO DE CATALUÑA

PUBLICADAS

POR LA REAL ACADEMIA DE LA HISTORIA

TOMO I

SEGUNDA PARTE

(Comprende desde el año 1331 al 1358.)

CORTES DE CATALUÑA

I

MADRID

MDCCCXCVI

LIBRARY
DEC 3 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

EST. TIP. DE LA VIUDA E HIJOS DE MANUEL TELLO
Impresor de Cámara de S. M. y de la Real Academia de la Historia
C. de San Francisco, 4

CORTES

CELEBRADAS DURANTE EL REINADO DE D. ALFONSO IV DE ARAGÓN.

XXXIV.

Cortes de Tortosa de 1331 [1].

Invocacio Curie generalis Cathalonie celebrande apud Dertusam.

Reverendo in Christo patri domino Johanni, divina providencia patriarche alexandrino et amministratori ecclesie Terrachonensis, carissimo fratri nostro, Alfonsus, etc. Salutem et graciam. Cum nos circa tranquillitatem et bonum statum generalem Cathalonie et incolarum eius, cura intendentes pervigili, ipsumque reformare de bono in melius sicut Regie Dignitati convenit cupientes, ordinaverimus generalem Curiam prima die mensis julii proximi instantis in civitate Dertuse propterea celebrare, idcirco paternitatem vestram requirimus et monemus quatenus die et loco predictis celebracioni dicte curie intersitis. Nos enim tunc ibi erimus dicta de causa personaliter, Domino permittente.—Datum Gerunde, viij kal. junii anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo primo.

Similes.

Venerabilibus in Christo patribus Episcopis Poncio Barchinonensi. —Arnaldo Ilerdensi.—Gastoni Gerundensi.—Galcerando Vicensi.—Berengario Dertusensi.—Arnaldo Urgellensi.

Capitulis Ecclesiarum.

Alfonsus, etc. Venerabilibus et dilectis preposito et Capitulo Ecclesie Terrachone, Salutem, etc. Cum Nos circa tranquillitatem et bonum

[1] Archivo de la Corona de Aragón, *registro* 539, fols. 25 y siguientes.

statum generalem Cathalonie et incolarum eius, cura intendentes pervigili, ipsum reformare de bono in melius, sicut Regie Dignitati convenit, cupientes ordinaverimus generalem Curiam prima die mensis julii proxime instantis in civitate Dertuse propterea celebrare, Idcirco vos requirimus et monemus quatenus ordinetis et constituatis sindicos seu procuratores vestros, quos cum pleno posse loco et die predictis celebracioni dicte curie faciatis adesse. Nos enim tunc ibi erimus dicta de causa personaliter, domino permittente. Datum Gerunde viij° kal. junii anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo primo.

Similes.

Capitulis Ecclesiarum Barchinonensis.—Ilerdensis.—Gerundensis. Vicensis.—Dertusensis.—Urgellensis.

Sub forma predicta qua fuit scriptum Episcopis fuit scriptum abbatibus infrascriptis verbis competenter mutatis.

Venerabilibus abbatibus Monasteriorum Populeti.—Sanctarum Crucum.—Rivipulli.—Balneolarum.—Sancti Cucuphatis.—Campi rotundi.—Sancti Felicis Guixelensis.—Ameriensis.—Villebertrandi.—Sancti Michaelis de Fluviano.—Sancti Petri de Rodis.—Sancte Marie de Rosis.—Sancti Petri de Gallicantu.—Stagnensis.—Sancti Johannis de Abbatissis.—Sancti Laurencii de Monte.—Sancti Benedicti de Bagiis. —De Scarpio.—Gerrensis.

Item sub eadem forma fuit scriptum fratri Arnaldo de Alesio priori ordinis hospitalis in Cathalonia.

In civitate Dertuse xv kal. septembris anno Domini M°CCC° XXX° I° mandavit dominus Rex ut dixit ex parte sua Jacobus Calveti eius vicecancellarius quod de cetero in omnibus Curiis Cathalonie vocetur Castellanus Emposte vel eius locum tenens racione baiuliarum sive locorum quos dictus Castellanus habet in Cathalonia.=Bartholomeus de podio mandato Regio facto vicecancellario.

Alfonsus, etc. Inclito Infanti Petro Rippacurcie et Impuriarum Comiti carissimo fratri suo, Salutem et fraterne dileccionis affectum. Cum nos circa tranquillitatem et bonum statum generalem Cathalonie et incolarum eius cura intendentes pervigili ipsumque reformare de bone in melius, sicut Regie dignitati convenit, cupientes ordinaverimus ge-

neralem Curiam prima die mensis julii proxime instantis in civitate Dertuse propterea celebrare, Idcirco vobis dicimus et mandamus quatenus predictis loco et die celebracioni dicte Curie intersitis. Nos enim tunc ibi erimus dicta de causa personaliter, Domino permittente. Datum Gerunde viij° kal. junii anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo primo.

Similes.

Inclito Infanti Raimundo Berengarii, Comiti Montanearum de Prades fratri domini Regis.

Similes nobilibus infrascriptis.

Rogerio Bernardi vicecomiti Castri boni.—Raymundo Fulchonis vicecomiti Cardone.—Ugoni de Mataplana Comiti pallariensi.—Jaufrido vicecomiti de Rochabertino.—Bernardo vicecomiti Caprarie.—Petro vicecomiti de Vilamuro.—Arnaldo Rogerii de Pallars.—Raymundo Rogerii de Pallars.—Bernardo de Capraria.—Guillelmo de Angularia.—Berengario de Angularia.—Petro de Queralto.—Raymundo de Peralta vel eius procuratori.—Othoni de Monthecatheno.—Raymundi Cornelii.—Ugueto de Cardona.—Guillelmo de Cervilione vel eius procuratori.—Bernardo Jordani domino Insule vel eius procuratori pro hiis que habet in Cathalonia.—Ugueto de Cervilione.—Raymundo de Ripellis.—Amorosio de Ripellis.—Berengario de Ripellis.—Bernardo Hugonis de Rochabertino.—Pericono de Fonolleto.—Pericono Galcerandi de Pinosio.—Bernardo de Angularia.—Raymundo de Angularia.—Dalmacio de Castronovo.—Arnaldo de Erillo.—Guillelmo de Bellera.—Arnaldo Dorcau.—Eymerico de Scintillis.—Guilaberto de Crudiliis.—Guilaberto de Crudiliis de Bestracano.—Heredi Raymundi de Apilia.—Simoni de Muro.—Berengario de Vilariacuto vel eius procuratori.—Bertrando de Castelleto.—Geraldo de Cerviano.—Poncio de Sancta pace.—Guilabertino da Scintillis vel eius procuratori.—Raimundo de Cardona domino de Torano.—Galcerando de Angularia.

Sub eadem forma fuit scriptum militibus infrascriptis.

Guillelmo de Senesterra.—Raymundo de Meleando.—Bernardo Guillelmi de Fuxano.—Guillelmo Crexello.—Jacobo de Corniliano.—Raimundo Xatmar.—Guillelmo de Gallinariis.—Ugueto de Fluviano.—

Jacobo de Besora.—Bernardo Dorriols.—Guillelmo de Palafols.—Bernardo de sancta Eugenia.—Raymundo Berengarii de Mediona.—Dalmacio de Peramola.—Geraldo de Ulugia.—Raimundo de Timor.—Guillelmo de Turriliis.—Petro de Bello locho.—Gelaberto de Castrocitio.—Berengario de Castro episcopali.—Guillelmo de Barberano.—Arnaldo de Saga.—Raimundo de Josa.—Petro de Aquilone vel eius procuratori.—Bernardo Guillelmi de Rippis.—Galcerando de Rippis.—Berengario de sancto Vincencio.—Guillelmo de sancto Vincencio.—Francisco de sancto Vincencio.—Guillelmo de Boxados.—Petro de Castro veteri.—Bernardo de Tous.—Galcerando de Albano.—Ferrario de Villafrancha.—Berengario de Castro eulino de rubione.—Berengario de Fonollario.—Arjolio de Ulugia.—Berengario de Jorba.—Berengario de Rajadello.—Petro de Montetornesio.—Guillelmo de Calderiis.—R. de Monte olivo.

Alfonsus, etc. Fidelibus suis Consiliariis probis hominibus et universitati civitatis Barchinone Salutem, etc. Cum nos circa tranquillitatem et bonum statum generalem Cathalonie et incolarum eius cura intendentes pervigili ipsumque reformare de bono in melius, sicut Regie Dignitati convenit, cupientes ordinaverimus generalem Curiam prima die mensis Julii proxime instantis in civitate Dertuse propterea celebrare. Ideirco vobis dicimus et mandamus quatenus ordinetis et constituatis Sindicos seu procuratores vestros, quos cum pleno posse loco et die predictis celebracioni dicte Curie faciatis adesse. Nos enim tunc ibi erimus dicta de causa personaliter, Domino permittente. Datum Gerunde viij° kalendas junii anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo primo.

Similes universitatibus infrascriptarum Civitatum.

Paciariis probis hominibus et universitati Civitatis Ilerde.
Juratis probis hominibus et universitati Civitatis Terrachone.
Juratis probis hominibus et universitati Civitatis Gerunde.
Consiliariis probis hominibus et universitati Civitatis Vici.
Consiliariis et probis hominibus Civitatis Minorise.

Similes universitatibus infrascriptarum.

Juratis probis hominibus et universitate Villefranche.
Probis hominibus et universitati Cervarie.
Juratis probis hominibus et universitati Bisulduni.

Probis hominibus et universitati Berge.
Consulibus probis hominibus et universitati Turricelle de Montegrino.
Juratis probis hominibus et universitati ville Apiarie..
Juratis probis hominibus et universitati ville Aqualate.
Juratis probis hominibus et universitati ville Calidarum de Montebovino.
Juratis probis hominibus et universitati ville de Arbucio.
Juratis probis hominibus et universitati ville de Cambrils.
Juratis probis hominibus et universitati ville Campi rotundi.
Juratis probis hominibus et universitati ville de Figueriis.

Illustri principi Jacobo, Dei gracia Maiorice Regi Comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani Consanguineo nostro ut filio nobis carissimo, Alfonsus, etc. Salutem et felices ad vota successus. Cum vos, sicut scitis, teneamini et debeatis venire ad Curiam nostram in Cathalonia semel in anno, quando fueritis requisitus nisi essetis in Regno Maiorice, et nos nunc habeamus celebrare generalem Curiam Catalanis prima die mensis julii proxime venientis, ad quam celebrandam elegimus locum Montisalbi, propterea vos requirimus quatenus loco et die prefixis ad celebracionem dicte Curie veniatis. Datum Gerunde viij kal. junii anno Domini Millesimo CCC° Tricesimo primo.

Fuit dupplicata.

Illustri ac magnifico principi Jacobo, Dei gracia Maiorice Regi Comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani Consanguineo nobis carissimo tanquam filio, Alfonsus per eandem Rex Aragonum, etc. Salutem et felices ad vota successus. Licet ad celebracionem generalis Curie ad quam pridie serenitatem vestram per aliam vocavimus litteram locum Montisalbi duxerimus assignandum, quia tamen die presenti habuimus arditum quod Sarraceni Granate ad invadendum Regnum nostrum Valencie suos conatus dirigunt, Ideo locum celebracionis dicte Curie videlicet in civitate Dertuse tanquam locum dicta de causa nobis magis opportunum decrevimus comutandum. Qua propter serenitatem vestram requirimus quatenus prima die mensis julii futuri proxime in dicta civitate Dertuse celebracioni dicte Curie intersitis. Nos enim ibi erimus, Domino propicio, ipsa de causa personaliter dicta die. Datum Gerunde Quinto kal. junii anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo primo.

Excellenti ac magnifico principi Jacobo, Dei gracia Maiorice Regi Comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani Consanguineo nostro carissimo velut filio, Alfonsus per eandem Rex Arago-

num, etc. Salutem et votive felicitatis leticiam cum salute. Serenitati vestre presencium tenore defferimus quod nos, auditis hiis que super statu persone vestre nobis exponunt venerabilis in Christo pater Berengarius Elnensis Episcopus et Arnaldus Muntanerii legum doctor ac Nicholauos de sancto Justo thesaurarius noster nuncii per vos ad nostram presenciam pro hiis et aliis destinati, diem celebracionis generalis Curie Cathalonie assignatam prorogare providimus honore et contemplacione vestri, cui in hiis et aliis intendimus complacere, videlicet usque ad instans festum Beate Marie mensis augusti proxime venturi. Quo circa vos requirimus ut die festi predicti celebracioni dicte Curie in civitatem Dertuse infallibiliter intersitis. Datum Barchinone Tercio idus junii anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo primo.=Bernardus de Petra mandato Domini Regis.

Sequitur prorogacio Curie supradicte.

Reverendo in Christo patri Domino Johanni, divina providencia patriarcha alexandrino et amministratori Ecclesie Terrachone carissimo fratri nostro, Alfonsus, etc. Salutem, etc. Licet nuper vobis scripserimus ut prima die mensis julii instantis interessetis in civitate Dertuse racione generalis Curie, quam ordinaveramus inibi celebrare, quia tamen ex quibusdam causis necessariis nos opportet celebracionem dicte Curie prorogare, videlicet usque ad instans festum Beati Marie mensis augusti, Ideirco notificantes vobis prorogacionem huiusmodi paternitatem vestram requirimus et mandamus quatenus die et loco predictis celebracioni dicte Curie intersitis. Nos enim tunc ibi erimus dicta de causa personaliter, Domino permittente. Datum Barchinone idus Junii anno Domini Millesimo CCC° XXX° Primo.

Forma Capitulorum Ecclesiarum.

Alfonsus, etc. Venerabilibus et dilectis preposito et Capitulo Ecclesie Terrachone Salutem, etc. Licet nuper vobis scripserimus ut prima die mensis julii instantis faceretis adesse sindicos seu procuratores vestros in civitate Dertuse racione generalis Curie quam ordinaveramus inibi celebrare, quia tamen ex quibusdam causis necessariis nos opportet celebracionem dicte Curie prorogare, videlicet usque ad instans festum Beate Marie mensis augusti, Ideirco notificantes vobis prorogacionem huiusmodi vos requirimus et monemus quatenus ordinetis et constituatis sindicos seu procuratores vestros, quos cum pleno posse

loco et die predictis celebracioni dicte Curie faciatis adesse. Nos enim tunc erimus dicta de causa personaliter, Domino permittente. Datum Barchinone idus Junii anno Domini Millesimo CCC° XXX° Primo.

Forma Nobilium et militum.

Alfonsus, etc. Inclito Infanti Petro, Rippacurcie et Impuriarum Comiti carissimo fratri nostro. Salutem, etc. Licet nuper vobis scripserimus ut prima die mensis julii instantis interessitis in civitate Dertuse racione generalis Curie quam ordinaverimus inibi celebrare, quia tamen ex quibusdam causis necesariis nos opportet celebracionem dicte Curie prorogare, videlicet usque ad instans festum beate Marie mensis augusti, Idcirco notificantes vobis prorogacionem huiusmodi vobis dicimus et mandamus quatenus die et loco predictis celebracioni dicte Curie intersitis. Nos enim tunc ibi erimus dicta de causa personaliter, Domino permittente. Datum Barchinone idus Junii anno Domini Millesimo CCC°XXX° Primo.

Forma universitatum.

Alfonsus, etc. Fidelibus suis Consiliariis probis hominibus et universitati Civitatis Barchinone Salutem, etc. Licet nuper vobis scripserimus ut prima die mensis julii instantis faceretis adesse sindicos seu procuratores vestros in civitate Dertuse racione generalis Curie, quam ordinaveramus inibi celebrare, quia tamen ex quibusdam causis neccessariis nos opportet celebracionem dicte Curie prorogare, videlicet usque ad instans festum beate Marie mensis Augusti. Idcirco notificantes vobis prorogacionem huiusmodi vobis dicimus et mandamus quatenus ordinetis et constituatis sindicos seu procuratores vestros, quos cum pleno posse loco et die predictis celebracioni dicte Curie faciatis adesse. Nos enim tunc ibi erimus dicta de causa personaliter, Domino permittente. Datum Barchinone idus Junii anno Domini Millesimo CCC°XXX° Primo.

Sub formis superius contentis fuit scriptum domino patriarche ut supra, et Episcopis prelatis Nobilibus militibus et universitatibus racione prorogacionis predicte Curie, quibus primitus fuit scriptum pro invocacione dicte Curie prout superius largius sunt expresse.

Item fuit scriptum sub forma prelatorum Priori Cathalonie ordinis hospitalis.

Serenissime ac Illustri Domine Eleonori, Dei gracia Regine Arago-

num coniugi nostre carissime, Alfonsus per eandem Rex Aragonum, etc. Salutem et sincere dileccionis afectum. Cum nos, disponente Domino, in proximo instanti festo beati Marie mensis augusti generalem Curiam in Cathalonia in civitate Dertuse ordinaverimus celebrandam, et velimus quod vos pro locis que tenetis in Cathalonia celebracioni dicte Curie intersitis. Ideirco volumus ac vos rogamus quatenus in dicto festo in civitate Dertuse predicta celebracioni dicte Curie intersitis. Datum Barchinone quinto nonas julii anno Domini Millesimo CCC°XXX° Primo.=Guillelmus Augerii mandato Regio facto pro Bernardo de Petra.

Similis fuit missa eidem Domine Regine, tanquam tutrici et amministratici Incliti Infantis Ferdinandi Marchionis civitatis Dertuse et domini Albarrazini filii communis dictis dominis Regi et Regine.=Idem.

Alfonsus, etc., Serenissime Dompne Constancie carissime filie nostre, per eandem Regine Maiorice, Salutem et benediccionem paternam. Recepimus noviter quandam litteram vestram per quam rogabatis nos ut, tanquam necessitate persone Illustris Maiorice Regis viri vestri consanguinei nostri velut filii carissimi ac quibusdam aliis racionibus in littera ipsa largius enarratis, locum assignatum videlicet civitatem Dertuse celebracioni generalis Curie vellemus ad honorem dicti Regis et vestrum in civitatem Barchinone celebrare eandem. Quibus plenarie intellectis, filiacioni vestre nobis carissime taliter respondemus quod licet in hiis et aliis votis dicti Regis et vestri annuere cupiamus, attamen tam ex causis explicatis per nos nunciis prefati Regis ea racione ad nostram presenciam pridie destinatis, et eciam quia nuncii Regis Granate venerunt ad nos noviter super tractatu pacis, quibus responsum dedimus quod cum eo treugam vel pacem ad presens habere non intendimus, quam eciam quibusdam aliis racionibus quas bono modo in scriptis ponere nequivimus, locum predictum celebracioni dicte generalis Curie designatum mutare non possumus ullo modo; sicque filiacio vestra nos inde habeat merito excusatos. Datum Barchinone nonas Julii anno Domini Millesimo CCC°XXX° Primo.=Bernardus de Podio mandato regio facto pro Bernardo de Petra.

Excellenti ac magnifico principi Jacobo, Dei gracia Maiorice Regi Comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani consanguineo nostro carissimo tanquam filio, Alfonsus, etc. Salutem et votivorum successuum incrementa. Postquam serenitati vestre innotuit de prorogacione Curie quam in civitate Dertuse intendimus celebrare et vobis extitit intimatum nos vellemus omnino dictam Curiam in predicta Civitate prorogato termino videlicet in festo beate Marie mensis

augusti instanti proximo celebrare, vos sicuti noviter nobis per partem vestram per Nobilem Othonem de Montecatheno extitit intimatum dubitacionis causam sumpsistis in veniendo ad dictam Curiam, precipue propter statum persone vestre et eius periculum evitandum, quod ut habetur de consilio fisicorum dicte civitatis Dertuse condicto propter eius distanciam et alias quod absit posset inducere, nisi nos dictam Curiam in civitate Barchinone duxerimus comutandam et diem eciam prorogandam. Et siquidem, Rex inclite, nobis ingratum occurrit vobisque compatimur si in persona vestra quam tanquam filii caram gerimus quicquid minus bene dispositum habeatur, dictam autem Curiam jam speciali respectu vestri predicto termino duximus prorogandam; et nunc eciam vestre super hoc voluntati complaceremus si posset fieri bono modo et hoc negociorum qualitas sustineret. Sed cause ac raciones ob quas dictam Curiam in predicta civitate Dertuse pocius quam alibi dicta die nos tenere opportet, sunt ita expresse et valide quod dictam mutacionem posse fieri comode non videmus. Quo circa cum necessario expediat et nostri firmi existat propositi predictam Curiam in predicta civitate Dertuse tenere termino supradicto, cumque nobis ad dedecus si vos, quod nullatenus credimus ad eam, precipue cum prima nostra Curia in Cathalonia sit, cessaret venire, Magnificenciam vestram intente requirimus et rogamus quatenus sublato quolibet dubietatis scrupulo ad dictam Curiam veniatis et eius celebracioni personaliter intersitis, sicut vobis notifficatum extitit et duximus ordinandum. Datum Barchinone xvij° kal. augusti anno Domini Millesimo CCC°XXX° Primo.=Bernardus de Petra mandato regio.

Alfonsus, etc. Venerabili in Christo patri Poncio divina providencia Barchinonensi Episcopo Salutem, etc. Intelleximus quod vos ex quibusdam causis non bene sufficientibus non personaliter sed per procuratorem intenditis interesse Curie, quam in civitate Dertuse in proximo intendimus celebrare. Sane cum persona vestra et negociis rei publice atque nostris sit multipliciter oportuna, neque per procuratorem vestrum supleri posset quod in agendis vestra provida circunspeccio providebit, eapropter vos affectuose rogamus quatenus ipsi Curie personaliter intersitis. Nam in hoc nobis magnum et arduum ac valde placidum et acceptum servicium facietis. Alias nobis sumere occurreret hoc ingratum, presertim cum juxta constituciones generalium curiarum debeatis in eis personaliter interesse. Datum Barchinone xv° kal. augusti anno Domini Millesimo CCC°XXX° Primo.=Guillelmus Augerii mandato regio facto pro vicecancellario.

Similes infrascriptis.

Gastoni Gerundensi Episcopo.—Arnaldo Ilerdensi Episcopo.—Berengario Dertusensi Episcopo.—Arnaldo Urgellensi Episcopo.—Galcerando Vicensi Episcopo.

Illustri ac magnifico principi Jacobo, Dei gracia Maiorice Regis Comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani Consanguineo nostro carissimo tanquam filio, Alfonsus, etc. Salutem et prosperos ad vota successus. Cum nuper in civitate Barchinone ad preces vestras per Nicholaum de Sancto Justo Thesaurarium nostrum cum littera vestra credencie ad nos missum nobis porrectas pro necessitate vestre persone vos verbotenus per aliquos dies elongaverimus super veniendo ad Curiam generalem, quam in civitate Dertuse in festo beate Marie mensis augusti proxime preterito Cathalanis indiximus celebrandam, et omnino expediat pro expedicione dicte Curie celebracioni eiusdem die festi Nativitatis beati Marie venturi proxime personaliter vos adesse, Ideirco vos requirimus quatenus dicta die in dicta civitate celebracioni dicte Curie infallibiliter personaliter interşitis prout per nostras litteras vos alias duximus requirendum. Datum Dertuse xvj° kal. Septembris anno Domini Millesimo CCC°XXX° Primo.=Bernardus de Podio mandato domini Regis cui fuit lecta.

Cum Dominus Rex scripsisset dicto Regi Maioricarum sub forma predicta, jamdictus Rex Maioricarum rescripsit per litteram suam tenoris sequentis.

Excellenti et magnifico principi Domino Alfonso, Dei gracia Regi Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comitique Barchinone Illustri consanguineo nostro carissimo tanquam patri, Jacobus, per eandem Rex Maiorice Comes Rossilionis et Ceritanie ac Dominus Montispesulani, Salutem et successus ad vota prosperos et felices. Princeps Inclite, cum juxta condicta inter serenitatem vestram et fidelem Thesaurarium nostrum Consiliariumque comunem Nicholaum de Sancto Justo ac nobis relata per illum nos dudum ordinaverimus hinc recedere prima die instantis mensis Septembris, et versus Dertusam ad generalem Curiam celebrandam per vos Catalanis venire. Signifficamus excellencie vestre quod die ipsa prima Septembris hinc recedemus, per mare vel per terram versus Dertusam ut premittitur iter nostrum per igitur dirigentes, ibique sperantes recreacione mutua consolari. Datum Perpeniani vij° kal. Septembris anno Domini Millesimo CCC°XXX° primo.

Illustri ac Magnifico principi Jacobo, Dei gracia Regi Maiorice Co-

miti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani consanguineo velut filio nostro carissimo, Alfonsus per eandem Rex Aragonum, etc. Salutem et prosperos advota successus. Noveritis quod ex parte vestra fuit per nobilem et dilectum Ademarium de Mosseto Consiliarium vestrum dilecto Gondissalbo Garcie Consiliario nostro expositum et relatum, quod eratis paratus dimitere in Curia nostra post vestri recessus procuratorem cum pleno posse si de nostra procederet voluntate. Quare, princeps. significamus vobis quod non est necessarium dictum procuratorem dimittere quo ad presens. Datum Dertuse Decimo kal. Octobris anno Domini Millesimo CCC° Tricesimo primo.

XXXV.

Cortes de Montblanch de 1333.

Iuvocacio Curie generalis Cathalonie celebrande in villa Montisalbi pro negocio guerre Granate et Januensis [1].

Reverendo in Christo patri domino Johanni, divina providencia patriarche alexandrino et amministratori Ecclesie Terrachone carissimo fratri nostro Alfonsus, etc. Salutem, etc. Cum pro arduis guerrarum negociis et periculis nostro dominio per terram et mare inminentibus vestrum consilium et adiutorium ad obviandum et resistendum predictis celeriter necessarium habeamus, et ob hoc in villa Montisalbi Curiam Cathalanis duxerimus invocandam, Ideo paternitatem vestram requirimus et monemus quatenus octava die [2] post instans festum pasche resurreccionis Domini in dicta villa celebracioni dicte Curie intersitis. Nos enim tunc ibi erimus dicta de causa personaliter Domino concedente. Datum Barchinone V° idus Marcii anno Domini [3] Millesimo CCC°XXX° secundo.

Similes.

Venerabilibus in Christo patribus Episcopis.=Poncio Barchinonensi.—Arnaldo Ilerdensi.—Gastoni Gerundensi.—Galcerando Vicensi. —Berengario Dertusensi.—Arnaldo Urgellensi.

[1] Archivo de la Corona de Aragón. *Reg.* 539, fols. 31 y siguientes.
[2] 11 Abril, 1333.
[3] De la Encarnación.

Capitulis Ecclesiarum.

Alfonsus, etc. Venerabilibus et dilectis preposito et Capitulo Ecclesie Terrachonensis. Salutem, etc. Cum pro arduis guerrarum negociis et periculis nostro dominio per terram et mare inminentibus vestrum consilium et adiutorium ad obviandum et resistendum predictis celeriter necessarium habeamus, et ob hoc in villa Montisalbi Curiam Cathalanis duxerimus invocandam, Ideo vos requirimus et monemus quatenus ordinetis et constituatis sindicos seu procuratores vestros idoneos, quos cum pleno et sufficienti posse octava die post instans festum pasche resurreccionis Domini in dicta villa Montisalbi ad tractandum ordinandum et firmandum nobiscum simul cum aliis de Curia ea que circa predicta fuerint opportuna faciatis adesse. Datum Barchinone quinto idus Marcii anno Domini Millesimo CCC°XXX° secundo.

Similes.

Capitulis Ecclesiarum.=Barchinonensi.—Ilerdensi.—Gerundensi.—Vicensi.—Dertusensi.—Urgellensi.

Sub forma predicta qua fuit scriptum Episcopis fuit scriptum abbatibus infrascriptis verbis competenter mutatis.

Venerabilibus abbatibus Monasteriorum.=Populeti.—Sanctarum Crucum.—Rivipulli.—Balneolarum.—Sancti Cucuphatis.—Campi rotundi.—Sancti Felicis Guixelensis.—Ameriensis.—Villebertrandi.—Sancti Michaelis de Fluviano.—Sancti Petri de Rodis.—Sancte Marie de Rosis.—Sancti Petri de Gallicantu.—Stagnensis.—Sancti Johannis de Abbatissis.—Sancti Laurencii de Monte.—Sancti Benedicti de Bagiis.—De Scarpio.—Gerrensis.

Alfonsus, etc. Venerabili et Religioso Fratri Sanccio de Aragone, Castellano Emposte, Salutem, etc. Cum pro arduis guerrarum negociis et periculis nostro dominio per terram et mare inminentibus vestrum consilium et adiutorium ad obviandum et resistendum predictis celeriter necessarium habeamus, et ob hoc in villa Montisalbi Curiam Cathalanis duxerimus invocandam, Ideo cum vos racione guerre sarracenorum Granate sitis ad partes frontarie Regni Valencie accessurus, vos requirimus et monemus quatenus ordinetis et constituatis procuratorem vestrum idoneum quem cum pleno et sufficienti posse octava die post

instans festum pasche resurreccionis Domini in dicta villa Montisalbi ad tractandum ordinandum et firmandum nobiscum simul cum aliis de Curia ea que circa predicta fuerit opportuna faciatis adesse. Datum Barchinone quinto idus Marcii anno Domini M°CCC°XXX° secundo.

Similis littera fuit missa venerabili et Religioso Fratri Arnaldo de Alosio ordinis hospitalis Sancti Johannis Iherosolimitani Priori in Cathalonia.

Alfonsus, etc. Inclito Infanti Petro, Rippacurcie et Impuriarum Comiti carissimo fratri nostro, Salutem, etc. Cum pro arduis guerrarum negociis et periculis nostro dominio per terram et mare imminentibus vestrum consilium et adiutorium ad obviandum et resistendum predictis celeriter necessarium habeamus, et ob hoc in villa Montisalbi Curiam Cathalanis duxerimus invocandam, Ideo vobis dicimus et mandamus quatenus octava die post instans festum pasche resurreccionis Domini in villa predicta celebracioni dicte Curie intersitis. Nos enim tunc ibi erimus. Domino concedente. Datum Barchinone quinto idus Marcii anno Domini Millesimo CCC°XXX° secundo.

Similes.

Inclito Infanti Raymundo Berengarii Comiti Montanearum de prades fratri Domini Regis.

Similes nobilibus infrascriptis.

Rogerio Bernardi vicecomiti Castriboni.—Ugoni vicecomiti Cardone.—Arnaldo Rogerii Comiti pallariensi.—Jaufrido vicecomiti de Rochabertino.—Bernardo vicecomiti Caprarie.—Petro vicecomiti de Vilamuro.—Rogerio rogerii de Pallars.—Bernardo de Capraria.—Guillelmo de Angularia.—Berengario de Angularia.—Petro de Queralto.—Raimundo de Peralta vel eius procuratori.—Othoni de Montechateno.—Raimundo Cornelii.—Guillelmo de Cervilione.—Bernardo Jordani domino de Insula vel eius procuratori pro hiis que habet in Cathalonia.—Ugueto de Cervilione.—Raimundo de Rippellis.—Amorosio de Rippellis.—Bernardo Ugonis de Rochabertino.—Pericono de Fonolleto.—Pericono Gaucerandi de Pinosio.—Bernardo de Angularia.—Dalmacio de Castronovo.—Arnaldo de Erillo.—Guillelmo de Bellera.—Arnaldo Dorcau.—Eymerico de Scintillis.—Guilaberto de Crudiliis.—

Guilaberto de Crudiliis de Bertracano.—Heredi Raymundi de Apilia. —Simoni de Muro.—Berengario de Vilariaccuto.—Bertrando de Castelleto.—Geraldo de Cerviano.—Poncio de Sancta pace.—Guilabertino de Scintillis vel eius procuratori.—Raimundo de Cardona domino de Torano.— Galcerando de Angularia.

Sub eadem forma fuit scriptum militibus infrascriptis.

Raimundo de Meleanno.—Bernardo Guillelmi de Fuxano.—Guillelmo de Crexello.—Jacobo de Corniliano.—Raimundo Xatmar.—Guillelmo de Gallinariis.—Ugueto de Fluviano.—Jacobo de Besora.—Bernardo Dorriols.—Guillelmo de Palafolls.—Bernardo de sancta Eugenia.—Raimundo Berengarii de Mediona.—Dalmacio de Peramola.—Geraldo de Ulugia.—Raimundo de Timor.—Guillelmo de Turriliis.—Petro de bello loco.—Guilaberto de Castrocirio.—Berengario de Castro Episcopali.—Guillelmo de Barberano.—Arnaldo de Saga.—Raimundo de Josa.—Petro de Aquilone.—Bernardo Guillelmi de Rippis. —Galcerando de Rippis.—Berengario de sancto Vincencio.—Guillelmo de sancto Vincencio.—Francisco de sancto Vincencio.—Petro de Castro veteri.—Bernardo de Tous.—Galcerando de Albano.—Ariolo de Ulugia.—Berengario de Jorba.—Berengario de Rajadello.—Petro de Monte tornesio.—Guillelmo de Calderiis.—R. de Monte olivo.

Alfonsus, etc. Fidelibus suis Consiliariis probis hominibus et universitati civitatis Barchinone Salutem, etc. Cum pro arduis guerrarum negociis et periculis nostro Dominio per terram et mare iuminentibus vestrum consilium et adiutorium ad obviandum et resistendum predictis celeriter necessarium habeamus, et ob hoc in villa Montisalbi Curiam Cathalanis duxerimus invocandam, Ideo vobis dicimus et mandamus quatenus ordinetis et constituatis sindicos seu procuratores vestros idoneos quos cum pleno et sufficienti posse octava die post instans festum pasche resurreccionis Domini in dicta villa Montisalbi ad tractandum et ordinandum et firmandum nobiscum simul cum aliis de Curia ea que circa predicta fuerint opportuna faciatis adesse. Datum Barchinone quinto idus Marcii anno Domini Millesimo CCC°XXX° secundo.

Similes universitatibus infrascriptarum Civitatum.

Paciariis probis hominibus et universitati Civitatis Ilerde.
Juratis probis hominibus et universitati Civitatis Terrachone.

Juratis probis hominibus et universitati Civitatis Gerunde.
Consiliariis probis hominibus et universitati Civitatis Vici.
Consiliariis et probis hominibus Civitatis Minorise.

Similes universitatibus infrascriptis.

Juratis probis hominibus et universitati Villefranche.
Paciariis probis hominibus et universitati Cervarie.
Juratis probis hominibus et universitati Bisulduni.
Probis hominibus et universitati Berge.
Consulibus probis hominibus et universitati Turricelle de Montegrino.
Juratis probis hominibus et universitati ville Apiarie.
Juratis probis hominibus et universitati ville Aqualate.
Juratis probis hominibus et universitati ville Calidarum de Montebovino.
Juratis probis hominibus et universitati ville de Arbucio.
Juratis probis hominibus et universitati ville de Cambrils.
Juratis probis hominibus et universitati ville Campirotundi.
Juratis probis hominibus et universitati ville de Figueriis.

Illustri ac Magniffico principi Jacobo, Dei gracia Regi Maiorice Comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani Consanguineo nostro velut filio carissimo, Alfonsus per eandem Rex Aragonum, etc. Salutem et votive felicitatis augmentum. Licet nos intenderemus vocare ad generalem Curiam quam presentialiter indicimus in Cathalonia celebrandam, attamen pensatis negociis vobis et nobis comunibus que de comuni deliberacione tractare habetis, propter que ad dictam Curiam venire comode non potestis, vos a veniendo ad dictam Curiam habemus hac vice graciose ex causa huiusmodi excusatum. Datum Barchinone tercio idus Marcii anno Domini Millesimo CCC°XXX° secundo.=Bernardus de Podio mandato regio facto pro Bernardo de Petra.

Alfonsus, etc. Nobili et dilecto nostro Petro vicecomiti de vilamuro Salutem, etc. Cum nos presenciam vestram in generali Curia quam in villa Montisalbi celebramus ad presens necessariam habeamus, Ideirco vobis dicimus et sub pena nostre gracie et mercedis mandamus quatenus visis presentibus, omni mora et dilacione postpositis, ad dictam Curiam veniatis. Datum in Monte albo vj° kal. Madii anno Domini Millesimo CCC° Tricesimo Tercio.=Bertrandus de vallo mandato regio facto pro Bernardo de Petra.

Alfonsus, etc. Fidelibus suis Consiliariis probis hominibus et universitati civitatis Barchinone, Salutem, etc. Jam scitis qualiter nos spe-

cialiter racione guerrarum, quas habemus cum Sarracenis Regni Granate et eciam Januensibus publicis hostibus nostris, generalem Curiam apud Montem album Cathalanis ordinavimus celebrari, ad quam vestros et aliarum universitatum Civitatum et villarum nostrarum Cathalonie sindicos duximus evocandos, et in ea tam a prelatis baronibus et militibus quam a predictis universitatibus racione dictarum guerrarum consilium et auxilium providimus requirendum. Et licet speraremus ab eis nobis nedum eorum consilium verum et oportunum auxilium exhiberi, verumtamen post diversos tractatus super hiis et aliis statum Cathalonie tangentibus habitos dicti prelati pro se et clero et dicti eciam barones et milites pro se et prefati Sindici pro se et dictis universitatibus nobis suum finale responsum dederunt, in quo a dictis prelatis baronibus aut militibus super requisitis a nobis non extitit satisfactum. Sane scientes bonam et ferventem affeccionem quam vos et alie universitates predicte in talibus et similibus erga nos laudabiliter hostendistis, gerentesque in nostro firmo proposito quod vestra fidelitas nostris huiusmodi postulacionibus et necessitatibus non defficiet, difidenciam aliquam a vobis super premissis nequaquam suscepimus; quin pocius speravimus et speramus firmiter a vobis utiliter adiuvari. Propter quod tractatus predictos resumere ordinavimus et ad eos vestros et aliarum universitatum predictarum nuncios convocare ut loco et die subscriptis nobiscum hac de causa debeant convenire prout de hiis et de nostre intencionis proposito Franciscum Ser[...?], Jacobum Roure, Bertrandum de Seva et Burguetum de Serviano nuncios et sindicos vestros duximus lacius informandos, qui vos poterunt plenarie certos reddere de premissis. Vestram itaque fidelitatem requirimus ac vobis dicimus et mandamus quatenus constituatis et ordinetis Sindicos et procuratores vestros, quos cum plenaria potestate tractandi consenciendi et firmandi que ordinata et conventa seu concessa fuerint ad dictam villam Montisalbi, in qua nos ea causa personaliter adesse intendimus infallibiliter transmitatis, sic quod sint in villa ipsa die Dominica ventura que erit quarta dies introitus mensis Julii instantis, quam diem aliis predictis universitatibus seu earum nunciis aut Sindicis duximus prefigendam. Datum in Montealbo xiiij° kal. Julii anno Domini M°. CCC°.XXX° tercio.=G. Augerii mandato Domini Regis, cui fuit lecta.

Similes Juratis probis hominibus et universitati Civitatis Gerunde, facta mencione de Sindicis eorum qui fuerant Bernardus de Bordils legum doctor Raymundus de Cigiario et Raymundus Alberti.

Similes Consiliariis et probis hominibus Civitatis Minorise, cuius fuerant nuncii Jacobus de Ulzinellis et Petrus de Rocha.

Similes Consiliariis probis hominibus et universitati Civitatis Vici, cuius fuerunt nuncii Antonius Manya et Jacobus de Valle.

Similes Juratis probis hominibus et universitati Villefranche, cuius fuerunt sindici Berengarius Marquesii et Romeus Scofet.

Paciariis probis hominibus et universitati Cervarie, cuius fuerunt sindici Ferrarius Dena burguesa et Arnaldus de Verina.

Juratis probis hominibus et universitati Bisulduni, cuius fuerunt sindici Raymundus Estraderii et Bernardus Jofre.

Consulibus probis hominibus et universitati Turricelle de Montegrino, cuius fuit sindicus Petrus Graffeti.

Juratis probis hominibus et universitati ville Campirotundi, cuius fuit sindicus Guillelmus Doliveda.

Juratis probis hominibus et universitati ville de Arbucio, cuius fuit sindicus Guillelmus de Bagnariis.

Probis hominibus et universitati Berge, cuius fuerunt sindici Jacobus Dolvany et Petrus de Calvinçano.

Subscriptis universitatibus fuerat scriptum sicut aliis universitatibus; sed, quare non misserant sindicos suos celebracioni Curie supradicte, fuit eis nunc scriptum sub forma sequenti.

Subscripta littera fuit postmodum revocata ut in fine dicte littere continetur.

Alfonsus, etc. Fidelibus nostris Juratis ac probis hominibus Civitatis Terrachone Salutem, etc. Jam vobis significavimus qualiter nos specialiter racione guerrarum quas habemus cum Sarracenis Regni Granate et eciam cum Januensibus publicis hostibus nostris generalem Curiam apud Montem album Cathalanis ordinavimus celebrari. ad quam vestros et aliarum universitatum Civitatum et villarum nostrarum Cathalonie sindicos duximus evocandos, et in ea tam a prelatis baronibus et militibus quam a predictis universitatibus racione dictarum guerrarum consilium et auxilium providimus requirendum. Et licet speraremus ab eis nobis nedum eorum consilium verum et opportunum auxilium exhiberi, verumtamen post diversos tractatus super hiis et aliis statum Cathalonie tangentibus habitos dicti prelati pro se et clero et dicti eciam barones et milites pro se et prefati sindici pro se et dictis universitatibus suum finale responsum dederunt, in quo a dictis prelatis baronibus aut militibus super requisitis a nobis non extitit satisfactum. Sane scientes bonam et ferventem afeccionem, quam vos et alie

universitates predicte in talibus et similibus erga nos laudabiliter hostendistis, gerentesque in nostro firmo proposito quod vestra fidelitas nostris huiusmodi postulacionibus et necessitatibus non defficeret, difidenciam aliquam a vobis super premissis nequaquam suscepimus; quin pocius speravimus et speramus firmiter a vobis utiliter adiuvari. Propter quod tractatus predictos resumere ordinavimus, et ad eos vestros et aliarum universitatum predictarum nuncios convocare ut loco et die subscriptis nobiscum hac de causa debeant convenire. Vestram itaque fidelitatem requirimus et vobis dicimus et mandamus quatenus constituatis et ordinetis Sindicos et procuratores vestros quos, cum plena potestate tractandi consenciendi et firmandi que ordinata et conventa seu concessa fuerint, ad dictam villam Montisalbi, in qua nos ea causa personaliter adesse intendimus, infallibiliter transmitatis; sic quod sint in villa ipsa die Dominica que erit quarta die introitus mensis Julii instantis, quam diem aliis predictis universitatibus seu eorum nunciis aut sindicis duximus prefigendam. Datum in Montealbo xiiij° kal. Julii anno Domini M°CCC° XXX° tercio.

Alfonsus, etc. Fidelibus suis juratis et probis hominibus civitatis Terrachone Salutem, etc. Per aliam litteram nostram vobis scripsimus in hiis verbis: Alfonsus Dei gracia Rex Aragonum, etc. Fidelibus nostris Juratis ac probis hominibus civitatis Terrachone Salutem, etc. Jam vobis significavimus qualiter nos specialiter racione guerrarum, etc., *inserto toto tenore ipsius littere que superius proxime registrata est que data fuit in Montealbo xiiij° kal. Julii anno subscripto. Et post datam fuit additum quod sequitur*: Verum quum nunc recognoverimus quod talem litteram vobis mittere non debuimus, que littera sine nostra consciencia emanavit, Ideo dictam litteram ducimus harum serie revocandam. Datum in Montealbo kal. Julii anno Domini M°CCC° XXX° tercio.= Bernardus de Vallo mandato regio facto pro vicecancellario.

Similes infrascriptis sub priori forma.

Probis hominibus et universitati Apiarie.
Probis hominibus et universitati Aqualate.
Probis hominibus et universitati Calidarum de Montebovino.
Probis hominibus et universitati de Figueriis.
Probis hominibus et universitati de Cambrils.

Subscriptis universitatibus non fuerat scriptum racione Curie supradicte sed nunc fuit eis scriptum sub forma sequenti.

Alfonsus, etc. Fidelibus nostris probis hominibus et universitati locorum de Pontonibus et de Crexello Salutem, etc. Cum pro arduis guerrarum negociis et periculis nostro Dominio per terram et mare inminentibus nuncios seu sindicos universitatum Civitatum et villarum seu locorum nostrorum Cathalonie providimus evocandos, Ideo fidelitatem vestram requirimus vobisque dicimus et mandamus quatenus constituatis et ordinetis sindicum vel Sindicos et procuratores vestros, quos cum plenaria potestate tractandi consenciendi et firmandi que ordinata et conventa seu concessa fuerint ad villam Montisalbi, in qua nos ea causa personaliter adesse intendimus, infallibiliter transmitatis; sic quod sint in villa ipsa die Dominica que erit quarta dies mensis Julii instantis, quam diem aliis predictis universitatibus seu earum nunciis aut sindicis duximus prefigendam. Datum in Montealbo xiiij° kal. Julii anno Domini M°CCC° XXX° tercio.

Similes universitatibus infrascriptis videlicet.

Probis hominibus et universitati locorum de Quart et de Palau.
Probis hominibus et universitati de Pals.
Probis hominibus et universitati de Palamors.
Probis hominibus et universitati de Tagamanent.
Probis hominibus et universitati Sancti Petri de Auro.
Probis hominibus et universitati Terracie.
Probis hominibus et universitati de Muredine.
Probis hominibus et universitati loci de Granullariis.
Probis hominibus et universitati Berguitani.
Probis hominibus et universitati de Gurbo et termini sui.
Probis hominibus et universitati de Pratis de Monte falcone de Mauresana de Maciana de Copons et de Guardia pelosa.
Probis hominibus et universitati de Puigalt.
Probis hominibus et universitati de Timor.
Probis hominibus et universitati de Gaver.
Probis hominibus et universitati de Pallarols et de sent Antoli.
Probis hominibus et universitati de Argensola.
Probis hominibus et universitati de Muntusanem et de ça Paladella.
Probis hominibus et universatati de Sadahone et de Riberio.
Probis hominibus et universitati de Regali et de Capra et de Tores et baiulibi sui.
Probis hominibus et universitati loci de Cubelles.
Probis hominibus et universitati de Fonte rubea.

Probis hominibus et universitati de Almacellis.
Probis hominibus et universitati de Giminells.

Alia invocacio super predictis ad universitates subscriptas.

Alfonsus, etc. Fidelibus suis Consiliariis probis hominibus et universitati civitatis Barchinone Salutem, etc. Jam scitis qualiter de consensu vestro et aliorum locorum Cathalonie ordinavimus seu ordinari fecimus in villa Montisalbi aliqua capitula racione auxilii fiendi ad utilitatem rei publice pro defensione terre nostre et ad obviandum conatibus inimicorum nostrorum, circa que conficienda capitula propter infirmitatem seu discrasiam persone nostre non potuimus intendere, sic quod nuncios seu procuratores vestros licenciari jussimus ne sumptus facerent, seu hic moram nimiam traherent pro premissis. Cum autem nunc divina prosperante gracia restituti fuerimus pristine sanitati, sic quod possimus intendere ad predictam, Ideirco vobis dicimus et mandamus quatenus Duodecima die presentis mensis Augusti in nostra presencia nuncios seu procuratores vestros in villa Montisalbi seu ubicumque fuerimus infra Cathaloniam faciatis adesse cum potestate plenaria consenciendi et firmandi in Capitulis supradictis. Datum in Montisalbo iiij° nonas Augusti anno Domini M° CCC°XXX° Tercio.

Similes universitatibus infrascriptis videlicet.

Consiliariis et probis hominibus Civitatis Minorise.
Consiliariis probis hominibus et universitati Civitatis Vici.
Paciariis probis hominibus et universitati ville Cervarie.
Juratis probis hominibus et universitati Villefranche.
Juratis probis hominibus et universitati ville de Arbucio.
Probis hominibus et universitati Aqualate.
Probis hominibus et universitati Sancti Petri de Auro.
Probis hominibus et universitati Berge.
Probis hominibus et universitati Turricelle de Montegrino.
Probis hominibus et universitati Bisulduni.
Probis hominibus et universitati de Figueriis.
Probis hominibus et universitati ville Campirotundi.
Probis hominibus et universitati de Regali de capra de Toresio et baiulivi sui.

Incipiunt constituciones generalis curie celebrate in Monte albo per dominum Regem Alfonsum [1].

In nomine Domini nostri Jhesu Christi et beatissime Marie Virginis gloriose [2]. Noverint universi, quod cum nos Alfonsus, Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice ac Comes [3] Barchinone, Intendentes ad pacem et justiciam et ad deffensionem et bonum statum Regnorum et terrarum nostrarum, mandavissemus in villa Montisalbi Curiam generalem Cathalanis inibi celebrandam pro tranquillo et pacifico statu subditorum nostrorum et tocius generalis Cathalonie et pro reformatione [4] et conservatione justicie [5] atque pacis, et ad ipsam curiam et locum convenissent prelati religiosi procuratores Capitulorum et persone Ecclesiastice, barones Richihomines et milites, ac cives et sindici civitatum villarum et locorum Cathalonie, ut moris est, ad generalem Curiam congregari, et quorum nomina in firmamentis inferius continentur, supplicaverunt nobis humiliter ut quedam capitula et ordinationes et declarationes, que inferius sunt inserta, deberemus de benignitate Regia eis et toti generali Cathalonie declarare et concedere cum redundarent et essent ad bonum statum et utilitatem [6] comunem tocius Cathalonie. Nos vero predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, eorum justis supplicationibus benigne condescendentes ac attendentes [7], et fervencius considerantes quod ex debito nostri officii et preeminentie tenemur facere bonum et gratiam nostris subditis et vassallis propter maximam et sinceram fidelitatem [8] et legalitatem quam semper erga nos et nostros predecessores hactenus habuerunt et habebunt erga nos et successores nostros decetero, domino annuente, Idcirco de consilio approbatione et consensu omnium predictorum prelatorum Religiosorum procuratorum capitulorum et personarum ecclesiasticarum baronum Richorum hominum militum civium et Sindicorum civitatum villarum et locorum Cathalonie qui ad dictam curiam convenerunt [9],

[1] Archivo general de la Corona de Aragón, *Registro de Cancilleria*, núm. 487, fols. 146-150. Los títulos ó rúbricas y las variantes están sacadas del códice Escurialense *Z. j. 4*, fols. 86-88.

[2] *Z. j. 4: gloriose. Amen.*

[3] *Z. j. 4: comesque.*

[4] *Z. j. 4: confirmacione.*

[5] *Z. j. 4: justiciarum.*

[6] *Z. j. 4: et ad utilitatem.*

[7] *Z. j. 4: condescentes ac concedentes.*

[8] *Z. j. 4: fidem.*

[9] *Z. j. 4: pervenerint.*

et ad eorum supplicationem, ipsa[1] curia approbante constitutiones et ordinationes ac declarationes fecimus infrascriptas.

I. Provisio super salario inquisitorum tabule.

In primis, ut capitulum editum per Dominum Regem Jacobum recolende memorie patrem nostrum in tercia curia Barchinone super inquisitionibus contra officiales nostros de triennio in triennium faciendis, quod incipit: *Item ordinamus de consilio approbacione et consensu omnium predictorum super Capitulo per nos facto in generali Curia Barchinone quod incipit: Item quod vicarii, baiuli*[2] *etc.* melius observetur[3], statuimus et ordinamus quod thesaurarius noster, qui nunc est, juret, et etiam quicumque pro tempore fuerit in principio amministracionis[4] sui officii similiter juret ad sancta Dei Evangelia nomine suo proprio et non ut thesaurarius quod per mensem, antequam locus fuerit dictis inquisitionibus faciendis, deponet vel deponi faciet in civitatibus Barchinone et Ilerde in tabulis aliquorum campsorum ydoneorum quantitates pecunie necessarias pro salariis[5] inquisitorum, qui inquirent et inquirere debent contra officiales Cathalonie juxta formam capitulorum superius expressorum. De quibus quidem quantitatibus dicti campsores ditam faciant easque tradant inquisitoribus supradictis.

II. Quod consiliarii capitis vicarie teneantur nominare tres milites, tres cives, tres homines villarum, tres jurisperitos; et hoc per unum mensem antequam inquisitiones fieri debeant.

Item ad evitandum[6] fraudes, que fieri procurantur circa eleccionem inquisitorum qui eliguntur ad inquirendum contra dictos officiales, et ut meliores personas[7] ad dictas inquisitiones fiendas eligi[8] valeant et haberi, concedimus et ordinamus quod consiliarii patiarii vel jurati unius cuiusque capitis vicarie teneantur per unum mensem, antequam dicte inquisitiones fieri debeant, nominare nobis verbo vel scriptis tres

[1] *Z. j. ½: et ipsa.*
[2] *Z. j. ½: et baiuli.*
[3] *Z. j. ½: servetur.*
[4] *Z. j. ½: administracionis.*
[5] *Z. j. ½: pro salario.*
[6] *Z. j. ½: ad vitandum.*
[7] *Z. j. ½: persone.*
[8] *Z. j. ½: faciendas eligi.*

milites tres cives vel tres homines villarum et tres jureperitos [1], de quibus nos teneamur eligere unum militem unum civem vel unum hominem ville et unum jureperitum [2] deputandos ad dictas inquisitiones faciendas. Quam concessionem et ordinacionem usque ad duodecim annos continue subsequentes dumtaxat volumus perdurare.

III. Quod si dicti inquisitores infra iiij^or^ menses inquisiciones non compleverint, teneantur sine salario ex tunc determinare.

Item ut dicte inquisitiones melius compleantur et omnino determinentur, statuimus quod si quo casu predictas inquisitiones infra quatuor menses juxta formam dicti Capituli non determinari contigerit, dicti inquisitores teneantur sine nova comissione salario et expensis dictas inquisitiones, ut citius poterunt, finire et determinare lapsu dictorum quatuor mensium non obstante ad quem in et sub sacramento et homagio per eos prestando in inquisitionum [3] initio se astringere teneantur.

IV. Quod dicti inquisitores teneantur eligere ydoneum notarium, non obstantibus induccionibus seu precibus cumque Domini Regis.

Item cum, juxta Capitula generalium Cathalonie curiarum, dicti inquisitores possint sibi eligere notarium, statuimus quod dicti inquisitores in dictis juramento et homagio per eos prestandis se obligent, et promittant quod secundum eorum bonam concienciam eligent bonum notarium et ydoneum, nec contra hec precibus monitionibus vel inductionibus nostri vel cuiusque [4] alterius condescendent [5].

V. De salario inquisitorum.

Item ne de salariis dictorum inquisitorum possit decetero dubitari et ne per hoc inquisitiones valeant plus debito retardari, statuimus et ordinamus taxationem sequentem debere perpetuo et inviolabiliter observari, videlicet, quod militi dentur, pro qualibet die dictorum quatuor mensium, sex solidos Barchinone, et civi vel homini ville quatuor soli-

[1] *Z. j. 4: jurisperitos.*
[2] *Z. j. 4: jurisperitum.*
[3] *Z. j. 4: inquisicionis.*
[4] *Z. j. 4: cuiuslibet.*
[5] *Z. j. 4: condecendent.*

dos et jureperito [1] alii quatuor solidos et notario seu scriptori dictarum inquisitionum duo solidos.

VI. Quod inquisicio etiam fiat contra officiales perpetuos vel ad violarium.

Item volumus statuimus et ordinamus quod capitulum editum per dictum dominum Regem Jacobum recolende memorie patrem nostrum, in tercia curia Barchinone, quo cavetur quod inquisitio fiat contra officiales qui dicta officia habent ad imperpetuum vel ad violarium, observetur et locum habeat etiam in officialibus illorum locorum que post dictum capitulum ad nos ex concambio empcione vel alio quovis titulo provenerunt, licet per dominos dictorum locorum qui antea fuerint [2] concessa extiterint eis dicta officia perpetuo vel ad tempus.

VII. Quod notarii regentes scribanias curiarum vicariorum sen baiulorum teneantur assecurare tabulam tenere.

Item statuimus et ordinamus quod notarii regentes scribanias curiarum vicariorum et baiulorum nostrorum teneantur assecurare et tabulam tenere, prout et quando alii officiales tenentur secundum [3] formam capitulorum predictorum.

VIII. Quod loca tenentes procuratoris fiscalis non utantur jurisdiccionem, imo habeant petere petenda coram ordinariis judicibus.

Item statuimus et prohibemus quod loca tenentes procuratoris fiscalis non possint uti jurediccione aliqua nec aliquam exequtione facere; set siqua ex eorum officio petere habuerint ea coram vicariis vel judicibus ordinariis nostris petere teneantur. Et predicta in principio sui officii assecurare teneantur. Et si contra fecerint, per inquisitores ad dictas inquisitiones deputatos juxta eorum arbitrium puniantur.

IX. Quod executio sine consilio judicum per aliquem porterium non fiat.

Item ut in exequtionibus fiendis modus non excedatur, statuimus quod nullus porterius noster, vel Illustris Regine consortis nostre, vel incliti Infantis Petri primogeniti et generalis procuratoris nostri, vel

[1] *Z. j. ½: jurisperito.*
[2] *Z. j. ½: fuerant.*
[3] *Z. j. ½: juxta.*

eius locum tenentis, nec aliquis alius faciat seu facere possit exequtionem aliquam sine consilio vicarii Curie vel baiuli judicis ordinarii vel assesoris illius loci, ubi eminebit fienda, vel etiam absque consilio judicis delegati in negocio sibi comisso.

X. Quod non comitatur officium olim officiali, donec tabulam tenuerit, nec detur sibi spes etiam comitendi.

Item volumus et perpetuo ordinamus quod decetero alicui qui tenuerit officium jurediccionis dum [1] tabulam tenuerit et per sentenciam diffinitivam fuerit absolutus, non comitamus aliquid officium jurediccionis [2] nec de eo comitendo spem demus quovis modo, nec consenciemus quod interim, scilicet donec fuerit absolutus, dictum officium alicui eius consanguineo vel amico, sub spe quod facta absolutione predicta ipsum officium habeat, aliquatenus comitatur.

XI. Quod assessores non assumantur ad dictum officium sub nomine consiliariorum.

Item ut fraudibus quas in subscriptis factas fuisse comperimus, ocurratur, ordinamus et statuimus quod assessores, qui in aliquo loco officio assesorie usi fuerint, ad dicta officia sub nomine consiliariorum vel alios minime assumantur; et assumpti amoveantur donec tabulam tenuerint et per sentenciam fuerint absoluti. Et si qui tale officium contra formam predictam decetero assumpserint, ab assidendi et judicandi officio tanquam inhabiles perpetuo sint privati.

XII. Ne vicarius in loco sui domicilii, vel unde oriundus fuerit, ponatur.

Item, ut omnis suspicionis affinitatis consanguinitatis amoris odii vel favoris materia amputetur, statuimus et ordinamus quod in vicariis Cathalonie decetero non ponantur vicarii habentes domicilia in eisdem [3], vel si inde fuerint oriundi.

XIII. Quod aliquis officialis non ponatur in loco ubi fuerit de bando.

Item cum juxta capitulum editum per dictum dominum Regem patrem nostrum in prima Curia Barchinone *nos non debeamus ponere vi-*

[1] *Z. j. 4: jurisdiccionis donec.*
[2] *Z. j. 4: jurisdiccionis.*
[3] *Z. j. 4:* omite *in eisdem.*

carium vel alium officialem de bando in illo loco, in quo fuerit de bando[1]; et quandoque aliquos posuerimus qui sunt[2] de bando ita quod illi cum quibus ipsi sunt de bando non sint sub districtu vel jurediccione[3] ipsorum, vel ipsis officialibus assecurantibus quod durante ipso officio dampnum eis non inferrent vel inferri procurabunt; et hoc videatur fieri contra mentem capituli supradicti; Ideo statuimus et ordinamus quod decetero predicta non faciamus, immo si qui tales hodie sunt[4], á predictis officiis eos volumus et decernimus ammoveri[5].

XIV. Quod officium non detur ad in perpetuum nec ad violarium, nec in hoc aliqua fraus fiat.

Item statuimus et ordinamus quod capitulum factum per dictum[6] dominum Regem patrem nostrum in secunda Curia Barchinone quod incipit: *Item quod aliquid officium predictorum, etc.*, penitus observetur; adicientes quod dicto capitulo per inter ponitas[7] personas vel alia fraus non fiat. Et si qui contra formam predictam per nos sunt positi in officiis, ipsos privatos esse decernimus et ammoveri[8] volumus ab officiis supradictis.

XV. Quod officiales teneantur facere residenciam in loco officiorum suorum.

Item quod vicarii subvicarii Curie baiuli subbaiuli Sagiones et alii officiales nostri qui jurediccione utantur, sive sint de domo nostra sive non, teneantur facere residenciam continuam et personalem in locis in quibus rexerint officia supradicta. Addicientes quod illis de domo nostra dum tenuerint dicta officia, etiamsi ad Curiam nostram venerint, non fiat compotum sive albaranum quitacionis sue, et ad predictam residenciam faciendam eos nichilominus astringi volumus et teneri.

XVI. Quod officialis durante officio possit puniri, quamvis tempus tabule tenende nondum evenerit.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis officialis noster regendo

[1] *Z. j. 4: de bando, etc.*
[2] *Z. j. 4: sint.*
[3] *Z. j. 4: jurisdiccione.*
[4] *Z. j. 4: sint.*
[5] *Z. j. 4: amoveri.*
[6] *Z. j. 4:* omite *dictum.*
[7] *Z. j. 4: interpositas.*
[8] *Z. j. 4: amoveri.*

officio jurediccionis [1] delinquerit, vel alicui injuriam fecerit, quod durante officio nos possumus [2] ipsum punire aut puniri facere, non obstante quod tempus tenende tabule nondum evenerit, si nobis tamen visum fuerit expedire.

XVII. Per quos subbaiuli et cap de gayte ponantur.

Item statuimus et ordinamus quod subbaiuli ponantur et eligantur per baiulos, per quemlibet in sua baiulia et non per nos; qui subbaiuli priusquam utantur suo officio teneantur assecurare idonee de tenenda tabula [3] juxta formam capitulorum loquencium de tabula tenenda; et quod dicti baiuli, si de dictis subbaiulis non posset sequi justicia conquerentibus, teneantur pro culpis necligenciis et delictis comissis per ipsos subbaiulos; cum eo casu ipsis baiulis possit mala eleccio imputari. Et idem intelligimus de *capdeguaytes*, qui per vicarium Barchinone ibidem eligantur et ponantur, cum non sit intencionis nostre quod dicti *capdeguaytes* alibi constituantur seu etiam ordinentur.

XVIII. De numero sagionum juxta numerum tatxatum per inquisitores ponendorum.

Item volentes capitulum editum per dictum dominum Regem patrem nostrum in tercia curia Barchinone, quod incipit: *Item ordinamus super capitulo facto per dominum Regem Alfonsum, etc.*, penitus observari, statuimus quod vicarius Curia [4] vel baiulus non possit ponere Sagiones ultra numerum per dictos inquisitores ordinatum seu ordinandum. Et si contra fecerit, puniatur inde ad cognicionem dictorum inquisitorum.

XIX. Quod sagionie non vendantur per aliquem officialem regium.

Item quod decetero sagionie non vendantur vel vendi possint per baiulum nostrum generalem vel per vicarium vel alium nostrum officialem. Et sique rendite sunt, eas revocamus. In hoc autem non intelligimus sagionias Villefranche et Fontis rubei, cum sagiones ipsorum locorum recipiant aliqua jura nostra [5] que in usu jurediccionis [6] seu exercicii non consistunt.

[1] *Z. j. 4: officium jurisdiccionis.*
[2] *Z j. 4: possimus.*
[3] *Z. j. 4: tabulam.*
[4] *Z. j. 4: in curia.*
[5] *Z. j. 4:* omite *nostra.*
[6] *Z. j. 4: jurisdiccionis.*

XX. Quod domiciliati extra Cathaloniam non sint officiales in Cathalonia, judices seu jurisdiccione utentes.

Item ad suplicacionem omnium predictorum statuimus et ordinamus quod capitulum editum per dictum dominum Regem patrem nostrum in prima curia Barchinone, quod incipit: *Item quod nobilis Infans Petrus, etc.*, observetur ubicumque fuerit dictus procurator. Addentes quod ubi quis qui domicilium non habeat in Cathalonia nequeat esse judex ordinarius delegatus vel officialis qui jurediccione utatur nec cognoscere de aliquo negotio Cathalonie [1] seu ipsum etiam terminare [2]. Hoc [3] autem extendi volumus nedum ad judices Curie nostre immo etiam ad judices Illustris Regine [4] consortis nostre et incliti Infantis Petri [5] primogeniti et generalis procuratoris nostri, et ad universos etiam alios judices et officiales. Et si contra predicta per aliquos processum seu sentenciatum fuerit, talis processus seu sentencia viribus careat et effectu.

XXI. Quod bannitus guidatus iterum banniatur.

Item ad tollendum abusum qui in subscriptis hactenus inolevit [6], statuimus et ordinamus quod si contingat bannitos guidari ex aliqua causa per vicarios vel alios officiales, quod sublato dicto guidatico dicti vicarii et alii officiales teneantur noviter bannire et bannimentum voce preconia publicare in capite cuiuslibet vicarie per tres dies mercati, ne ignorantibus revocationem dicti guidatici incidendi in penam laqueus preparetur.

XXII. Quod vicarii non se intromittant per pacem et treugam in locis clausis.

Item statuimus et ordinamus quod capitulum editum per Dominum Regem Petrum bone memorie avum nostrum, quod incipit: *Item quod vicarii nostri non possint aliquid petere, etc.*, per officiales nostros inviolabiliter observetur.

[1] *Z. j. 4: cathaluni.*
[2] *Z. j. 4: determinare.*
[3] *Z. j. 4: Hec.*
[4] *Z. j. 4: illustris curie Regine.*
[5] *Z. j. 4:* omite *Petri.*
[6] *Z. j. 4: abolesit.*

XXIII. Quod judices curie regie non recipiant salarium pro causis principalibus, nec pro relacionibus seu processibus recognoscendis.

Item confirmantes statutum quo cavetur quod judices nostre Curie [1] non debeant recipere salarium pro negociis principalibus, addicimus quod dicti judices pro relationibus vel recognoscendis [2] processibus dictorum negotiorum principalium salarium non recipiant a partibus ullo modo. Et si contra fecerint, pro nobis exercere non possint officium judicandi.

XXIV. Qualiter judices, advocati procuratores seu notarii causarum, post sententiam non possint petere salarium, nisi inde habeant instrumenta; et idem de domestico mortuo domino nisi probaret salarium sibi promissum.

Item quod judices advocati procuratores et notarii causarum non audiantur si conquerantur de eorum salariis lata sentencia in dictis causis, nisi cum instrumento publico promissionem ostenderint eis factam. Addicientes quod hii qui cum aliis pro domesticis et familiaribus morabuntur post mortem dominorum non possint petere salarium seu *soldatam,* nisi probaverint quod eis promissum fuerint certum salarium vel [3] *soldata.*

XXV. Quod nullus dampnetur nec corporaliter nec etiam ad tormenta, deffensione ei debita non concessa.

Item ordinamus quod nullus condepnetur ad mortem vel [4] mutilationem membrorum vel etiam tormentis subiciatur per nos, vel Illustrem Reginam consortem nostram aut inclitum Infantem Petrum primogenitum et generalem procuratorem nostrum vel eius locum tenentes aut per alios officiales vel judices nostros vel eorum, ei deffensione debita non concessa; et quod contra formam prescriptam a nostra Curia vel ipsorum nulla littera valeat emanare.

XXVI. De salario dando juvenibus draperiorum et notario qui cum ipsis ivit.

Item approbantes capitulum editum per dictum Dominum Regem

[1] *Z. j. 4: curie nostre.*
[2] *Z. j. 4: vel pro recognoscendis.*
[3] *Z. j. 4: seu.*
[4] *Z. j. 4: vel ad.*

patrem nostrum in Curia Gerunde quod incipit: *Item statuimus et ordinamus quod aliquis juvenis*[1] *vel procurator draperii, etc.*, ut fraudes quas contra dictum capitulum et eius mentem factas esse comperimus evitentur, statuimus et ordinamus quod notarius qui ibit cum juvene seu procuratore, et etiam ipse procurator seu juvenis, non possit recipere nisi unum salarium pro[2] una die, licet eadem die in multis locis et contra multos debitores fuerit protestatus. Et hec servari debere intendimus in vicariis in quibus procuratores draperiorum vel aliorum pro protestando vel debitis recuperandis accedere sunt hactenus consueti.

XXVII. Quod in legitima lex romana, non gotica, observetur.

Item edicimus et ordinamus quod in illis locis in quibus in computanda legittima lex gotica est hactenus observata, ea repulsa, servetur decetero lex Romana. Et hec servari volumus in successionibus illarum personarum que decetero morientur.

XXVIII. Quod in causa secunde appellacionis libellus et quivis processus alius propter sentenciam conquiescat.

Item pro abreviandis litibus et earum sumptibus evitandis statuimus quod in causa secunde appellationis libellus non offeratur et quivis processus alius conquiescat, set determinari habeat juxta ponita et approbata[3] in causis[4] principali et appellationis prime. Ita quod judex secunde apellacionis, recognitis sine lite et sine scriptis processibus principalis et prime apellacionis curie[5], pronunciet, in scriptis tamen, an bene vel male appellatum fuerit confirmando vel informando sentencias procedentes[6].

XXIX. De non inquirendo contra deffunctos.

Item statuimus et ordinamus quod inquisitio nequeat fieri per nos vel per Illustrem Reginam consortem nostram vel inclitum infantem Petrum primogenitum et generalem procuratorem nostrum vel per officiales nostros aut eorum contra aliquem qui decesserint vel eius bona,

[1] *Z. j. 4*: omite *juvenis*.
[2] *Z. j. 4*: omite *pro*.
[3] *Z. j. 4*: *posita et probata*.
[4] *Z. j. 4*: *in causa*.
[5] *Z. j. 4*: *cause*.
[6] *Z. j. 4*: *precedentes*.

nisi in criminibus heresis, lese maiestatis, vel false monete, et eorum qui portant res prohibitas ad partes Egipti. Et in casibus etiam criminum [1] lese maiestatis vel false monete non valeat fieri dicta inquisicio, nisi infra triennium computandum post mortem illius de cuius bonis agetur fuerit inchoata [2].

XXX. *Qui mercatores seu draperii seu eorum negociatores puniantur, pena posita contra campsores qui s'abaten.*

Statuimus in super et ordinamus quod quicumque mercator vel draperius et eorum negociatores sive [3] factores tenuerint comandam vel comendas alterius vel merces aut alias res quas receperint in vel pro suo officio, et *s'abatrán* fugiendo vel se absentando vel lacitando [4], puniantur, pena apponita contra campsores qui *s'abaten*, dummodo quantitas vel valor comandarum mercium vel rerum centum librarum Barchinone summam attingat. Hoc idem observari jubentes in curritoribus et pelleriis [5] christianis judeis et sarracenis, qui *peyles e robes* recipiunt ad vendendum, etiamsi quantitas seu valor rerum quas [6] receperint non attigerit [7] dictam summam.

XXXI. *De etate notarii, et qui possunt recipere testamenta.*

Item quod nullus decetero creetur notarius vel ad notarii [8] officium admittatur nisi suficiens fuerit sciencia et moribus, et etatem compleverit viginti quatuor annorum. Et quod nullus juratus notariorum possit testamenta recipere que solum per notarios publicos recipi volumus et jubemus.

XXXII. *De ovibus et agnis non occidendis, et de perdicibus et columbis seu nidis earum.*

Item quod infra decem annos in aliquibus locis Cathalonie nostris vel prelatorum personarum ecclesiasticarum Richorum hominum militum civium vel hominum villarum vel aliis etiam quibuscumque non

[1] *Z. j. 4: criminis.*
[2] *Z. j. 4: incoata.*
[3] *Z. j. 4:* omite *sive.*
[4] *Z. j. 4: littigando.*
[5] *Z. j. 4: peyleriis.*
[6] *Z. j. 4: que.*
[7] *Z. j. 4: attingerit.*
[8] *Z. j. 4: notarie.*

occidentur[1] oves causa vendendi nisi quatuor annos exceserint. Idemque statuimus de agnis ut infra dictos decem annos occidi non debeant causa vendendi. Et quod nullus audeat capere vel occidere[2] perdices infra dictos decem annos nisi cum abibus, a festo videlicet pasce resurreccionis Domini[3] usque ad festum beati Michaelis mensis Septembris, nec audeat destruere nidos perdicum. Et quod nullus audeat capere columbos alienos *ab enzes cimbell* vel *filati*[4] vel alio modo nisi cum avibus. Et quod contra premissa vel aliqua ex eis facientibus imponantur[5] banna competencia per illos qui consueverunt imponere bannum in eorum locis seu terminis eorundem.

XXXIII. Quod credatur per unam curiam responsioni alterius quousque contrarium probetur.

Item statuimus quod si vicarii ad instantiam creditorum pro executione facienda moverit[6], in locis prelatorum personarum ecclesiasticarum Richorum hominum militum civium vel hominum villarum qui jurediccionem habeant in eisdem, dominos dictorum locorum vel eorum baiulos aut loca tenentes seu Curiam[7], quod predictis creditoribus de quantitatibus eis debitis faciant per debitores ipsorum locorum satisfieri[8]. Et domini dictorum locorum vel eorum baiuli seu loca tenentes aut Curia certificaverint dare dictos vicarios infra tempus eis assignatum quod debitor seu debitores non habent bona aliqua mobilia vel immobilia seu debita, in quibus possit fieri exequcio antedicta, quod vicarii predicti eo casu non possint dare licentiam pignorandi loca pretacta, nisi creditores ipsi coram dictis vicariis probaverint quod debitores jam dicti habent bona in locis predictis vel in terminis eorundem; quo probato licite possit dari contra loca predicta per dictos vicarios licencia pignorandi.

XXXIV. De franquitate hospitalis quam habet super bovatico.

In super attendentes quod[9] privilegia predecessorum nostrorum, et

[1] *Z. j. ½: occidantur.*
[2] *Z. j. ½: accipere.*
[3] *Z. j. ½:* omite *Domini.*
[4] *Z. j. ½: ab ençes çenbel vel filates.*
[5] *Z. j. ½: reponantur.*
[6] *Z. j. ½: monuerint.*
[7] *Z. j. ½: curiarum.*
[8] *Z. j. ½: satisfacere.*
[9] *Z. j. ½: per.*

signanter serenissimi Domini Jacobi recolende memorie patris nostri, per nos ex certa sciencia approbata ac juramento proprio renovata, necnon quandam sentenciam per dilectos consiliarios nostros [1] Jacobum Calbeti legum doctorem ac Petrum Despens jureperitum [2] Ilerde ex speciali delegacione nostra probata, que in rem judicatam noscitur transivisse, fratres ordinis hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani, tam Castellanie Emposte quam Prioratus Cathalonie, omnia loca homines et feminas qui nunc sunt vel erunt imposterum hospitalis predicti ab omni prestacione et [3] solucione bovatici terragii carnagii et erbatici fuisse et esse inmunes liberos et exemptos: Ideo ut nulla ambiguitatis materia super immunitatem libertatem et exempcionem predictas [4] valeat decetero [5] suboriri, hoc generali statuto imperpetuum valituro, presenti generali Curia approbante, sancimus omnes fratres loca homines et feminas prefati ordinis Castellanie et Prioratus predictorum ab omni solucioni et prestacione bovatici terragii erbagii et carnagii fore immunes liberos et exemptos, eosque unimus adjungimus incorporamus comprehendi et includi [6] volumus in carta vendicionis absolucionis et remissionis olim facte de bovatico et aliis superius nominatis Richis hominibus militibus civibus et villarum hominibus per prefatum Dominum patrem nostrum confecta per Stephanum de Podio quondam notarium Barchinone II nonas Februarii [7] anno Domini M°.CC°.XC. nono, et eadem per omnia in premissis et eorum singulis volumus libertate et immunitate gaudere, quibus gaudeant [8] omnes prefati ac si in ipsa carta a principio cum eisdem dominati specialiter extitissent.

XXXV. Quod domina Regina et infans primogenitus et officiales alii observent predicta.

In super etiam [9] volumus et statuimus quod nos et dicta Illustris Regina consors nostra et dictus inclitus Infans Petrus karisimus primogenitus et generalis Procurator noster [10] ac officiales nostri et ipsorum,

[1] *Z. j. 4: nostros consiliarios.*
[2] *Z. j 4: jurisperitum.*
[3] *Z. j. 4:* omite *et.*
[4] *Z. j. 4: super immunitate, libertate et exempcione predicta.*
[5] *Z. j. 4: perpetuo.*
[6] *Z. j. 4: et comprehendi ac includi.*
[7] *Z. j. 4: pridie nonas febroarii.*
[8] *Z. j. 4: gaudent.*
[9] *Z. j. 4:* omite *etiam.*
[10] *Z. j. 4:* omite *noster.*

quicumque sint et fuerint, teneamus et servemus ac teneant et observent omnia capitula presentis Curie et aliarum curiarum generalium Cathalonie preteritarum. Et etiam teneamus et observemus et teneant et observent dictis prelatis Ecclesiis [1] personis Ecclesiasticiis Religiosis Richis hominibus militibus civitatibus villis et aliis locis Cathalonie ac civibus et habitatoribus earundem et suis imperpetuum omnes libertates privilegia usus et consuetudines eorum, prout melius et plenius eis actenus usi fuerunt. Et omnia et singula confirmantes eisdem.

Predicta siquidem Capitula universa declarationes et concessiones predictas ad supplicationem omnium subscriptorum in generali Curia in villa Montis albi constitutorum facimus statuimus [2] et volumus per nos et successores nostros perpetuo et inviolabiliter observari. Mandantes omnibus supradictis ac vicariis curiis et universis officialibus nostris et prenominatorum et eorum locatenentibus et [3] subditis etiam nostris, presentibus et futuris, quod omnia predicta et singula teneant et observent et ab omnibus faciant teneri et inviolabiliter observari. Et in aliquo non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Et ad maiorem cautelam promittimus bona fide omnibus et singulis infrascriptis qui ad dictam generalem Curiam convenerunt, et omnibus etiam aliis de Cathalonia qui absentes, sunt et notario infrascripto a nobis pro eis et pro aliis quorum interest et interese potest ac poterit [4] legittime stipulanti paciscenti et recipienti, et etiam juramus in anima nostra per Deum et crucem Domini nostri Jhesu Christi et eius Sancta quatuor Evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, predicta omnia et singula ut superius dicta sunt tenere et complere et inviolabiliter observare et observari facere et teneri [5] ut superius continetur. Et prelati et persone Ecclesiastice et Religiose qui presentes sunt nomine suo et aliorum de Cathalonie consenciunt ad predicta in quantum status et eorum dignitas sive ordo sustineat et salva libertate Ecclesiastica et jure Ecclesie.

Acta sunt hec omnia et singula [6] in generali et celebri Curia in Ecclesia maiori beati Marie ville Montis albi tercio decimo kalendas julii anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo Tercio [7].

[1] *Z. j. 4: prelibatis ecclesiis, religiosis, richis hominibus.....*

[2] *Z. j. 4: constituimus.*

[3] *Z. j. 4:* omite *et.*

[4] *Z. j. 4:* omite *ac poterit.*

[5] *Z. j. 4: et tenere.*

[6] *Z. j. 4: et singula supradicta in generali et celebri curia villa Montis albi, in Cimmeterio ecclessie maioris eiusdem loci.*

[7] *Z. j. 4:* Termina aquí, omitiendo las confirmaciones.

Signum  Alfonsi, Dei gratia Regis Aragonum Valencie Sardinie Corsice ac Comitis Barchinone, qui predicta omnia et singula firmamus laudamus et juramus et sigillum bulle nostre plumbee in presenti apponi mandamus.

Sig ✠ num Johannis divina providencia patriarche Alexandrine et amministratoris Ecclesie Terrachone. Sig ✠ num Arnaldi Ilerdensis Episcopi. Sig ✠ num Galcerandi Vicensis Episcopi. Sig ✠ num Arnaldi de Manso canonici Urgellensis procuratoris Dominorum Episcoporum Barchinone et Urgelli. Sig ✠ num Guillermi Richerii Archidiaconi Sancte Engracie in Ecclesia Oscense procuratoris domini Episcopi Gerundensis. Sig ✠ num Guillermi de Plicamanibus sacriste Ecclesie Terrachone. Sig ✠ num Guifridi de Biure Archidiaconi sancti Fructuosi in dicta Ecclesia Terrachone procuratorum Capituli eiusdem. Sig ✠ num Guillermi de Solerio Archidiaconi Rippacurcie in Ecclesia Ilerdense procuratoris Capituli eiusdem. Sig ✠ num Berengarii Egidii procuratoris Capituli Ecclesie Vicensis. Sig ✠ num Raimundi de Boxadors Archidiaconi Celsone in Ecclesia Urgellense. Sig ✠ num Bernardi Lulli decretorum doctoris Archidiaconi sancte Marie de Mari in Ecclesia Barchinone procuratorum Capituli Ecclesie Barchinone. Sig ✠ num Arnaldi de Monterotundo canonici Gerundensis. Sig ✠ num Berengarii de Palacio Archidiaconi Empuritanensis in Ecclesia Gerundensi procuratoris Capituli Ecclesie Gerundensis. Sig ✠ num Fratris Poncii Abbatis Monasterii Populeti. Sig ✠ num Fratris Francisci minoris procuratoris abbatis monasterii sanctarum Crucum. Sig ✠ num Fratris Bernardi sa corbella procuratoris dominorum Fratris sanccii de Aragonie Castellani Emposte et Fratris Arnaldi de Ulms prioris in Cathalonie ordinis Hospitalis. Sig ✠ num Fratris Raimundi abbatis Monasterii sancti Felicis Guijolensis. Sig ✠ num Fratris Raimundi abbatis Monasteri Campirotundi. Nos omnes predicti qui nominibus propriis et nominibus procuratoris predictis omnia supradicta et singula concedimus laudamus firmamus et juramus.

Sig ✠ num Infantis Petri Ripacurcie et Impurie Comitis, Salvo tamen jure Comitatus Impuriarum. Sig ✠ num Berengarii de Vilariacuto procutoris et actoris dicte Domine Regine Tutoris et amministratoris persone et bonorum incliti domini Infantis Ferdinandi Marchionis

Dertuse et domini de Albarazino et auctoritate etiam dicti Domini Regis procuratoris incliti domini Infantis Jacobi Comitis Urgelli et Vicecomitis Agerensis procuratorio et proprio etiam nomine. Sig ✠ num Bernardi de Olzinellis legum doctoris procuratoris dicti Infantis Raimundi Berengarii Comitis montaneorum de Prades. Sig ✠ num Bernardi Vicecomitis Caprarie. Sig ✠ num Gaufridis Vicecomitis de Rochabertino. Sig ✠ num Guillermi sa corbella procuratoris Arnaldi Rogerii Comitis Pallariensis et Guillermi de Bellera. Sig ✠ num Berengarii de Cartella procuratoris Ugueti Vicecomitis Cardone. Sig ✠ num Jacobi de Besora procuratoris Rogeris Bernardi Vicecomitis Castriboni. Sig ✠ num Berengarii de Podiolo procuratoris nobilis domine Marie Vicecomitisse Cardone. Sig ✠ num Othonis de Montecatheno. Sig ✠ num Guillermi de Angularia. Sig ✠ num Raimundi Cornelii. Sig ✠ num Raimundi Rogerii de Paylars. Sig ✠ num Arnaldi de Erillo. Sig ✠ num Berengari de Cornabella procuratoris nobilis Berengarii de Angularia. Sig ✠ num Ugueti de Cervilione. Sig ✠ num Simonis de Muro. Sig ✠ num Berengarii de Rajadello. Sig ✠ num Bernardi Guillermi de Rippis. Sig ✠ num Bernardi de Orriols. Sig ✠ num Raimundi de Senesterra. Sig ✠ num Berengarii de Castro Episcopali. Sig ✠ num Argelini de Ulugia. Sig ✠ num Dalmacii de Rajadello. Sig ✠ num Arnaldi de Pulcro vicino. Sig ✠ num Petri de Calonico procuratoris Berengarii Guillermi et Francisci de Sancto Vincentio ac Berengarii de Sancto Minato. Sig ✠ num Guillermi de Albano. Sig ✠ num Geraldi de Concabella. Sig ✠ num Galcerandi de Castro veteri. Sig ✠ num Petri de Sanahugia. Nos omnes predicti qui nominibus propris et nominibus procuratoriis predictis omnia supradicta et singula concedimus firmamus et laudamus et in animabus nostris et illorum quorum procuratores sumus juramus per Deum et crucem Domini Nostri Jhesu Christi et eius sancta quatuor Evangelia manibus nostris corporaliter tacta predicta omnia et singula tenere et firmiter observare.

Sig ✠ num Thomme de Sancto Clemente. Sig ✠ num Petri Despens. Sig ✠ num Bernardi Clavelli. Sig ✠ num Bernardi Boxoni procuratorum et sindicorum Civitatis Ilerde et universitatis eiusdem. Sig ✠ num Jacobi Roure. Sig ✠ num Bertrandi de Seva. Sig ✠ num Hugueti de Serriano procuratorum et sindicorum Civitatis Barchinone et universitatis eiusdem. Sig ✠ num Bernardi de Bordills legum doctoris. Sig ✠ num Raimundi de Cigiario. Sig ✠ num Raimundi Alberti procuratorum et sindicorum Civitatis Gerunde et universitatis eiusdem. Sig ✠ num Jacobi de Ulzinellis. Sig ✠ num Petri de Rocha procura-

torum et sindicorum Civitatis Minorise et universitatis eiusdem. Sig ✠ num Antonii Manya. Sig ✠ num Jacobi de Valle procuratorum et sindicorum Civitatis Vici et universitatis eiusdem. Sig ✠ num Romei Escofet. Sig ✠ num Berengarii Marquesii procuratorum et sindicorum Villefranche. Sig ✠ num Ferrarii de na Burquesa. Sig ✠ num Arnaldi de Metina procuratorum et sindicorum ville Cervarie. Sig ✠ num Guillermi de Angularia. Sig ✠ num Guillermi Januari procuratorum et sindicorum ville Montisalbi. Sig ✠ num Romei *Vilerna*. Sig ✠ num Guillermi sa Sala procuratorum et sindicorum ville Tarrage. Sig ✠ num Jacobi Dolvani. Sig ✠ num Petri de Calvinçano procuratorum et sindicorum ville Berge. Sig ✠ num Bernardi Jaufridi. Sig ✠ num Raimundi Estraderii procuratorum et sindicorum ville Bisulduni. Sig ✠ num Petri Gasseti procuratoris et Sindici ville Turricelle de Montegrino. Nos omnes predicti cives et homines villarum qui nominibus propriis et nominibus procuratoriis universitatum predictarum civitatum et villarum quarum procuratores seu Sindici sumus predicta omnia et singula laudamus et firmamus et etiam in animabus nostris et aliorum et singulorum de dictis universitatibus juramus per Deum et crucem Domini Nostri Jhesu Christi et eius sancta quatuor Evangelia manibus nostris corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere et complere tenere et observare et in aliquo non contra venire.

Testes sunt qui predictis presentes fuerunt Nobilis Jacobus de Aragonia, Gondiçalbus Garcie, Petrus Marti Magister Rationalis, Arnaldus de Mojaria Vicecancellarius, Guillermus de Jaffera legum doctor, Bonanatus de Petra notarius et sigilla tenens Consiliarii dicti Domini Regis, Ferrarius de Lilleto Baiulus Cathalonie generalis et Petrus [1] judex Curie dicti Domini Regis, et plures alii in multitudine copiosa.

Sig ✠ num Bernardi de Podio predicti Domini Regis scriptoris et auctoritate Regia Notari publici per totam terram et dominationem ipsius, qui predictis interfuit et hec scribi fecit, et clausit die et anno quo supra.

[1] El apellido está en blanco.

CORTES

CELEBRADAS DURANTE EL REINADO DE D. PEDRO IV DE ARAGÓN.

XXXVI.

Cortes de Barcelona de 1340 [1].

Super celebranda generali Curia Cathalanis in villa Cervarie.

Illustri ac magnifico principi Jacobo, Dei gracia Maioricarum Regi Comiti Rossilionis ac Ceritanie ac domino Montispesulani, Petrus per eandem graciam Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Salutem et prosperos ad vota successus.

Serenitati vestre notum facimus per presentes nos Cathalanis noviter generalem Curiam indixisse quam in proximo intendimus celebrare. Et ad hoc villam seu locum Cervarie ad diem videlicet primam mensis Madii instantis duximus prefigendam. Et semel quolibet anno cum fueritis requisiti teneamini vos et succesores vestri venire ad curiam nostram et nostrorum in Cathalonia nisi tunc, quando fueritis requisiti, essetis in Regno Maiorice. Idcirco vos requirimus per presentes quatenus ad dictam villam Cervarie celebracioni diete curie veniatis et sitis inibi dicta die. Nos enim ibidem tunc esse proponimus ea causa, Domino concedente. Datum Valencie Sexto decimo kal. Februarii Anno Domini [2] Millesimo Trecentesimo Trecesimo Octavo.

Egidius Petri, mandato Regio.

Fuit eciam alia littera facta consimilis et sub eadem data, hoc addito quod in salutacione dominus Rex Aragonum vocat dominum Regem Maiorice *carissimum nostrum consanguineum tanquam fratrem*. Quarum altera ex certa causa debet dicto Regi Maiorice per Guillelmum de bo-

[1] Archivo general de la Corona de Aragón, *Reg.* 1.197, fols. 153 y siguientes.

[2] De la Encarnacion.

nen contra portarium domini Regis ad hoc deputatum nuncium presentari.—*Idem.*

Forma vero presentacionis fiende de altera litterarum predictarum et de quadam alia, in Registro intitulato *Maioricarum* ubi registrata extitit, continetur.

Petrus Dei gracia Rex Aragonum, etc. Reverendo in Christo patri Arnaldo divina providencia Terrachonensi archiepiscopo Salutem, etc. Cum nos intendamus generalem Curiam Cathalanis in proximo celebrare, et ad hoc villam seu locum Cervarie et diem videlicet primam mensis Madii instantis duxerimus prefigendam, Idcirco vos requirimus et monemus quatenus loco et die predictis celebracione dicte curie intersitis. Nos enim ipsis loco et die inibi esse proponimus Domino concedente. Datum Valencie xvij° kal. Februarii anno Domini M°. CCC°. XXX°. octavo.

GUILLELMUS AUGERII, mandato Regio.

Similes Episcopis.

Fratri Ferrario Barchinonensi.—Arnaldo Gerundensi.—Galcerando Vicensi.—Arnaldo Urgellensi.—Ferrario Ilerdensi.—Berengario Dertusensi.

Petrus Dei gracia Rex Aragonum, etc. Dilectis preposito et Capitulo Ecclesie Terrachone Salutem et dileccionem. Cum nos intendamus generalem Curiam Cathalanis in proximo celebrare et ad hoc villam seu locum Cervarie et diem videlicet primam mensis Madii instantis duxerimus prefigenda, Idcirco vos requirimus et monemus quatenus ordinetis et constituatis iconomos seu procuratores vestros, quos cum pleno posse tractandi consenciendi et formandi ea que in dicta Curia fuerint ordinata predictis loco et die celebracioni dicte Curie faciatis adesse. Nos enim ipsis loco et die inibi esse proponimus, Domino concedente. Datum Valencie xvij° kal. Februarii anno Domini M°. CCC°. XXX°. octavo.

Similes Capitulis infrascriptis.

Barchinonensi.—Gerundensi.—Vicensi.—Urgellensi.—Ilerdensi.—Dertusensi.

Sub forma predicta Episcoporum fuit scriptum abbatibus infrascriptis videlicet:

Populeti.—Sanctarum Crucum.—Rivipulli.—Balneolarum.—Sancti Cucuphatis Vallensis.—Campirotundi.—Sancti Felicis Guixellensis.—

Ameriensis.—Villebertrandi.—Sancti Michaelis de Fluviano.—Sancti Petri de Rodis.—Sancte Marie de Rosis.— Sancti Petri de Gallicantu. —Stagnensis.—Sancti Johannis de Abbatissis.—Sancti Laurencii de Monte.—Sancti Benedicti de Bagiis.—De Scarpio.—Gerrensis.

Item fuit scriptum dicendo et mandando venerabili et religioso Fratri Sancio de Aragone Castellano Emposte.

Fratri Petro Alegri tenenti locum Magistri hospitalis in Prioratu Catalonie.

Item fuit scriptum Nobilibus et Militibus infrascriptis sub forma sequenti.

Petrus Dei gracia Rex Aragonum, etc. Inclito Infanti Petro Rippacurcie et Impuriarum Comiti Carissimo patruo nostro. Salutem et dilecciónem. Cum nos intendamus generalem Curiam Catalanis in proximo celebrare et ad hoc villam seu locum Cervarie et diem videlicet primam mensis Madii instantis duxerimus prefigenda, Idcirco vobis dicimus et mandamus quatenus loco et die predictis celebracioni dicte Curie intersitis. Nos enim ipsis loco et die inibi esse proponimus, Domino concedente. Datum Valencie xvij° kal. Februarii anno Domini M°.CCC°.XXX°. octavo.

Guillelmus Aversone, mandato Regio.

Similes.

Inclito Infanti Raymundo Berengarii Comiti Montanearum de Prades.—Infanti Jacobo Urgelli et vicecomiti Agerensi.—Rogerio Bernardi vicecomiti Castriboni.—Arnaldo Rogerii Comiti Pallariensi.—Hugoni vicecomiti Cardone.—Jaufrido vicecomiti de Rochabertino.—Bernardo vicecomiti Caprarie.—Petro vicecomiti de Villamuro.—Raymundo Rogerii de Pallars.—Raymundo de Angularia.—Berengario de Angularia.—Petro de Queralto.—Othoni de Montecatheno.—Guillelmo de Cervilione.— Bernardo Jordani domino de Insula.—Geraldo Alamanni de Cervilione vel eius tutori.—Raymundo de Rippellis vel eius procuratori.—Amorosio de Rippellis vel eius procuratori.—Berengario Hugonis de Cabsencio.—Petro de Fonolleto.—Arnaldo de Capraria. —Garcia Martini.—Petro Galcerandi de Pinosio.—Ferrando Petri.— Dalmacio de Castronovo (decessit).—Arnaldo de Erillo.—Guillelmo de Bellera.—Arnaldo Dorcau.— Gilaberto de Crudiliis.—Gilaberto de Crudiliis de Bestracano.—Raymundo de Apilia.—Simoni de Muro.—Berengario de Vilariacuto.—Bertrando de Castelleto.—Francisco de Cerviano.—Poncio de sancta Pace (non est).—Raymundo de Cardona de

Torano.—Galcerando de Angularia.—Arnaldo de Saga.—Guillelmo de Cardona (ultima vice non fuit ei scriptum).—Raymundo Cornelii (non fuit ei scriptum hac vice, sed in mutacione Curie de qua infra continetur).

Sub forma Nobilium predictorum fuit scriptum Militibus infrascriptis.

Petro de Mellanno.—Bernardo Guillelmi de Foxano.—Guillelmo de Crexello.—Petro de Corniliano.—Dalmacio Xatmarii.—Guillelmo de Gallinariis.—Hugueto de Fluviano.—Jacobo de Besora.—Bernardo Dorriols.—Guillelmo de Palafolls.—Bernardo de sancta Eugenia.—Raymundo Berengarii de Mediona.—Dalmacio de Peramola.—Geraldo de Ulugia.—Raymundo de Timor.—Berengario de Castro episcopali.—Guillelmo de Barberano.—Raymundo de Josa.—Guillelmo de Apilia.—Bernardo Guillelmi de Rippis.—Berengario de sancto Vincencio.—Petro de Castroveteri.—Bernardo de Tous.—Ferrario de Villafrancha.—Bernardo de Falchs.—Berengario de Castro eulino de Robione.—Berengario de Fonollario.—Arjolio de Ulugia.—Berengario de Jorba.—Berengario de Raiadello.—Petro de Montetornesio.—Guillelmo de Calderiis.—Romeo de Monteolivo.—Raymundo de Senesterra.—Bernardo de Boxados.—Raymundo de Coponibus.—Raymundo de Castro eulino.—Bernardo de Vilademany.

Petrus Dei gracia Rex Aragonum, etc. Dilectis et fidelibus suis consiliariis et probis hominibus Civitatis Barchinone Salutem, etc. Cum nos intendamus generalem Curiam Cathalanis in proximo celebrare et ad hoc villam seu locum Cervarie et diem videlicet primam mensis Madii instantis duximus prefigenda, Ideirco vobis dicimus et mandamus quatenus ordinetis et constituatis nuncios seu procuratores vestros, quos cum pleno posse tractandi conficiendi et firmandi ea que in dicta Curia fuerint ordinata, predictis loco et die celebracioni dicte Curie faciatis adesse. Nos enim ipsis loco et die inibi esse proponimus, Domino concedente. Datum Valencie xvij kal. Februarii anno Domini Millesimo CCC.XXX. viij.—*Idem.*

Similes universitatibus infrascriptis.

Terracone.—Villefranche.—Gerunde.—Cambrils.—Bisulduni.—Turricelle de Montegrino.—Figueriis.—Ilerde.—Dertuse.—Dabvenano.—Cervarie.—Tarrage.—Montisalbi.—Minorise.—Apiarie.—Aqualate.—Vici.—Berge.—Calidarum de Montebovino.—Campirotundi.—Arbucio.

Petrus, etc. Dilecto nostro Fratri Aragono berardi comendatori ordinis Beati Antonii in Regnis Aragonum et Navarre Salutem, etc. Cum Nos prima die proximi instantis mensis Madii Catalanis in villa Cervarie curiam generalem mandaverimus celebrandam et pro quibusdam que in dicta curia tractabuntur vestram presenciam ibidem necessariam habeamus, Idcirco volumus ac vobis dicimus et mandamus quatenus dicta die celebracioni dictarum curiarum personaliter intersitis, hocque nullatenus inmutetis. Datum Valencie ij° idus Marcii anno Domini M°. CCC°. XXX°. octavo.—*Guillelmus de Pulcro vicino, mandato Regio facto pro Michaelo Petri çapata consiliario.*

Cum dominus Rex ex quibusdam causis ordinasset prorogare Curiam supradictam indictam apud villam Cervarie et mutare locum, fuit scriptum prelatis baronibus Militibus et universitatibus supradictis, quibus scriptum fuerat ut supra proxime continetur. Et fuit forma hec verbis competenter mutatis.

Petrus Dei gracia Rex Aragonum, etc. Reverendo in Christo patri Arnaldo divina providencia Terrachonensi archiepiscopo Salutem, etc. Nuper intendentes Cathalanis generalem Curiam in proximo celebrare ad hoc villam seu locum Cervarie et diem videlicet primam mensis Madii instantis prefigentes vobis per alias nostras scripsimus litteras ut die et loco predictis celebracioni dicte Curie adessetis. Sane cum super venientibus quibusdam causis necessariis nos opporteat celebracionem dicte Curie prorogare et alibi commutare, et ad hoc Civitatem Barchinone et diem videlicet Sancti Michaelis mensis Septembris primo venturi duxerimus prefigendam, Idcirco vobis dicimus et mandamus quatenus in dicta Civitate Barchinone die premissa celebracioni dicte Curie intersitis. Nos enim ipsis loco et die aderimus, Altissimo permittente. Datum Valencie V°. Cal. aprilis anno Domini Millesimo CCC°.XXX°.viiij°.

Guillelmus Aversone, mandato domini Regis.

Cum dominus Rex ex quibusdam causis ordinasset prorogare Curiam supradictam fuit scriptum prelatis baronibus militibus et universitatibus superius expressatis quibus jam scriptum fuerat ut superius continetur. Et fuit hec forma verbis competenter mutatis.

Petrus, etc. Reverendo in Christo patri Arnaldo divina providencia Terrachone Archiepiscopo Salutem, etc. Licet in Civitate Barchinone generalem Curiam Cathalanis in proximo instanti festo Sancti Michaelis ordinaverimus celebrandam, ut jam vobis per alias nostras litteras duximus intimandum, quia cum pro racione homagii Regni nostri Sardinie et Corsice Domini pape presenciam adire in proximo personaliter

nos opportet, celebracionem ipsam usque ad medium mensis Novembris proxime venturum ducimus prorogandam. Requirentes et monentes vos quatenus in dicta Civitate Barchinone die predicta celebracioni dicte Curie intersitis. Nos enim ipsis loco et die inibi esse proponimus, Deo dante. Datum Barchinone xv° kal. Septembris anno Domini M°.CCC°.XXX°. nono.

Guillelmus Aversone, mandato regio facto per dominum Infantem Petrum.

Illustri principi Jacobo Dei gracia Regi Maiorice Comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani, carissimo fratri nostro, Petrus per eandem Rex Aragonum, etc., Votivorum incrementum successuum cum salute.

Serenitati vestre significamus quod, licet nos ordinavissemus Cathalanis in villa Cervarie generalem Curiam celebrare, videlicet prima die mensis Madii proxime transacti, prout jam per alias nostras litteras vobis duximus intimandum, et postea ex quibusdam causis necessariis nos opportuerit dictam celebracionem prorogare mutando locum et diem videlicet ad Civitate Barchinone et ad festum sancti Michaelis mensis Septembris instantis, quia cum pro negocio homagii Regni nostri Sardinie et Corsice domini pape presenciam nos opportet adire in proximo sicut scitis, denuo dictam prorogacionem usque ad medium mensis Novembris instantis iterato providimus prorogandam. Et cum vos et successores vestri semel quolibet anno cum fueritis requisiti teneamini venire ad Curiam nostram et nostrorum in Cathalonia, nisi tunc quando fueritis requisiti essetis in Regno Maiorice, Ideirco vos requirimus per presentes quatenus ad dictam Civitatem Barchinone celebracioni dicte Curie veniatis et sitis inibi dicta die. Nos enim ibidem tunc esse proponimus ea causa, Domino permittente. Datum Barchinone quarto nonas Septembris anno Domini M°.CCC°.XXX°. nono.

Guillelmus Augerii, mandato regio factum per dominum Infantem Petrum.

Cum dominus Rex ex quibusdam causis ordinasset prorogare Curiam supradictam, fuit scriptum prelatis baronibus militibus ac universitatibus superius expressatis, quibus jam scriptum fuerat ut superius continetur. Et fuit hec forma verbis tamen competenter mutatis.

Petrus, etc. Reverendo in Christo patri Arnaldo divina providencia Terrachone Archiepiscopo Salutem, etc. Cum ex quibusdam causis celebracionem generalis Curie quam indiximus Cathalanis nos oportuerit prorogare, ad quam quidem celebracionem in civitate Barchinone fiendam prefiximus ultimo medium mensis Novembris proxime in-

stantis, prout jam per alias nostras litteras vobis duximus intimandum, et quare progressum nostrum quem ad presenciam domini pape sumus facturi pro negocio homagii Regni nostri Sardinie et Corsice necessario distulimus, nos convenit dictam celebracionem amplius prorogare videlicet ad Carniprivium Quadragesime primum venturum, Idcirco vos requirimus et monemus quatenus in dicta civitate Barchinone, predicto termino Carniprivii, celebracioni dicte Curie intersitis. Nos enim in ipsa Civitate tunc adesse intendimus, Deo duce. Datum Barchinone, viij° kal. Novembris anno Domini Millesimo CCC° tricesimo nona.

Guillelmus Augerii, mandato Regio facto
per dominum Infantem Petrum.

Illustri principi Jacobo Dei gracia Regi Maiorice Comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani, carissimo fratri nostro, Petrus per eandem Rex Aragonum, etc., Votivorum incrementa successuum cum salute.

Qualiter ex quibusdam causis celebracionem Curie generalis quam induximus Cathalanis prorogavimus ad quam quidem prorogacionem in civitate Barchinone fiendam prefiximus ultimo medium mensis Novembris instantis, Serenitati vestre per alias nostras litteras providimus reparandum et ad eas vos eciam evocandum. Sane quare racione progressus nostri ad presenciam domini pape pro prestando homagium pro Regno nostro Sardinie et Corsice quem necessario distulimus nos convenit dictam celebracionem amplius prorogare, videlicet ad Carniprivium Quadragesime primum venturum, et vos et successores vestri semel quolibet anno cum fueritis requisiti teneamini venire ad Curiam nostram et nostrorum in Cathalonia nisi tunc cum fueritis requisiti essetis in Regno Maiorice, Idcirco vos requirimus per presentes quatenus ad dictam civitatem Barchinone celebracioni dicte Curie veniatis, et sitis inibi dicta die. Nos enim in ipsa Civitate tunc adesse intendimus. Deo duce. Datum Barchinone viij° kal. Novembris anno Domini M°.CCC°. Tricesimo nono.

Guillelmus Augerii, mandato Regio facto
per dominum Infantem.

Excellenti principi Jacobo Dei gracia Regi Maiorice Comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani, carissimo fratri nostro, Petrus, eadem gracia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone, Salutem et votive prosperitatis augmentum.

Recepimus quandam litteram vestram per quam nos attente rogastis

ut, cum vos occupati arduis negociis pro presenti ad Curiam quam in Catalonia celebrandam indixerimus accedere nequiretis, vellimus vobis pro hac vice tantum concedere de gracia speciali quod non teneremini accedere ad eandem. Ad quam vobis taliter ducimus respondendum quod nos Curiam predictam ex certis causis intendamus prorogare et pendente tempore prorogacionis huiusmodi taliter super predictis petitis per vos intendimus providere et ordinare quod ex provisione et ordinacione nostris vos poteritis et debebitis contentari, sicque absque alia requisicione nostra ad Curiam predictam vos accedere non opportet. Datum Cesarauguste nonas Januarii anno Domini M°.CCC°.XXX° Nono.

Egidius Petri, mandato Regio facto per Petrum Despens vicecancellario.

Cum dominus Rex ex quibusdam causis ordinasset iterato prorogare Curiam supradictam fuit scriptum prelatis baronibus militibus ac universitatibus superius expressatis, quibus jam scriptum fuerat ut superius continetur. Et fuit hec forma verbis tamen competenter mutatis.

Petrus, etc. Reverendo in Christo patri Arnaldi divina providencia Terrachonensi Archiepiscopo Salutem, etc. Celebracionem Curie generalis quam indiximus Cathalanis ex quibusdam causis necessariis per aliqua temporis spacia et denuo ad instans Carniprivium Quadragesime meminimus per nostras litteras prorogasse. Sane cum nos, expeditis quibusdam arduis negociis nobis in hiis partibus occurrentibus, ad civitatem Barchinone pro celebracione dicte Curie personaliter accedere intendamus, Idcirco vos requirimus et monemus quatenus secunda die Dominica Quadragesime instantis [1] in dicta civitate Barchinone celebracioni dicte Curie intersitis, quoniam Nos ipsa die inibi erimus infallibiliter, dante Deo. Datum Cesarauguste decimo kal. Febroarii anno Domini Millesimo CCC°.XXX°. nono.

Guillelmus Augerii, mandato Regio facto per Petrum Dezpons vicecancellarium.

Illustri principi Jacobo Dei gracia Regi Maiorice Comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani, carissimo fratri nostro, Petrus per eandem Rex Aragonum, etc., Salutem et prosperos advota successus.

Celebracionem Curie generalis quam indiximus Cathalanis ex quibusdam causis necessariis per aliqua temporis spacia et denuo ad instans Carniprivium Quadragesime meminimus per nostras litteras pro-

[1] 12 Marzo.

rogasse. Sane cum nos, expeditis quibusdam arduis negociis nobis in hiis partibus occurrentibus, ad civitatem Barchinone pro celebracione dicte Curie personaliter accedere intendamus, Idcirco vos requirimus per presentes quatenus secunda die dominica Quadragesime instantis in dicta civitate Barchinone celebracioni dicte Curie intersitis, Quoniam nos ipsa die inibi erimus infallibiliter, dante Deo. Et quamvis celebracionem dicte Curie intenderemus amplius prorogare, et propterea nuper significavissemus vobis per nostras litteras responsivas quod absque alia requisicione nostra ad Curiam predictam vos accedere minime opporteret, attamen ex quibusdam racionabilibus causis non nisi usque ad dictam secundam diem dominicam Quadragesime eandem Curiam providimus prorogandam. Datum Cesarauguste Decimo kal. Februarii anno Domini Millesimo trecentesimo tricesimo nono.

G. Augerii, mandato Regio facto pro Petro Despens vicecancellario.

Illustri ac magnifico principi Jacobo Dei gracia Regi Maiorice Comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani, carissimo fratri nostro, Petrus per eandem Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Salutem et prosperitatis augmentum.

Serenitati vestre serie presencium intimamus vos pro certo didicisse quod perfidi Reges Marrochorum et Granate paratus maximos eventus eorum pravis conatibus promovent et Regno nostro Valencie valeant dampnum dare. Et quia nos decet circa deffensionem Regni eiusdem personaliter intendere quibuscumque aliis negociis pretermissis, propterea et ex aliis arduis causis statum Corone nostre concernentibus providimus celebracionem generalis Curie per nos in civitate Barchinone secunda die dominica Quadragesime proxime venientis Cathalanis indictam, ad quam vos per alias litteras nostras requisivimus adventurum penitus revocari. Sicque racione celebracionis dicte Curie die prefixa in dicta civitate Barchinone vos non convenit interesse. Datum Ilerde vj° idus Februarii anno Domini M°.CCC°.XXX°. Nono.

Egidius Petri, mandato Regio per litteram secretam.

Revocacio facta de celebracione Curie generalis Catalanis indicte in civitate Barchinone ut superius continetur, pro qua revocacione scriptum est Regi Maiorice ut in precedenti pagina est notatum; pro qua quidem revocacione fuit scriptum Prelatis Baronibus Militibus et universitatibus quibus inde scriptum fuerat. Et fuit forma hec, verbis competenter mutatis.

Petrus Dei gracia Rex Aragonum, etc., Reverendo in Christo patri Arnaldo divina providencia Terrachonensi Archiepiscopo Salutem et dileccionem. Significamus vobis nos pro certo didicisse quod perfidi Reges Marrochorum et Granate paratus maximos eventus eorum pravis conatibus promovent et Regno nostro Valencie valeant dampnum dare. Et quia nos decet circa deffensionem Regni eiusdem personaliter intendere quibuscumque aliis negociis pretermissis, propterea et ex aliis arduis causis statum Corone nostre tangentibus providimus celebracionem generalis Curie per nos in civitate Barchinone secunda die dominica Quadragesime proxime venientis Catalanis indictam ad quam vos per alias litteras nostras requisivimus adventurum penitus revocari, sic quod racione celebracionis dicte Curie die prefixa in dicta civitate Barchinone vos non convenit interesse. Datum Ilerde vj° idus Febroarii anno Domini M°.CCC°.XXX°. Nono.

Egidius Petri, mandato Regio facto per litteram secretam.

Convocacio Curie generalis apud civitatem Barchinone.

Petrus, etc. Reverendo in Christo patri Arnaldo divina providencia Terrachone Archiepiscopo Salutem, etc. Cause plurime multiplicum agendorum, que statum Regnorum et terrarum nostrarum ac Corone nostre Regie vehementer tangere noscebantur, a celebracione generalis Curie quam perinde indiximus Cathalanis Nos hactenus retraxerunt, et demum ad revocandum eandem necessario induxerunt. prout vobis per alias nostras litteras duximus intimandum, ex quibus a Regnis nostris Aragonum et Valencie presenciam nostram comode nequivimus prolongare. Cum autem nunc ad partes Cathalonie accedere personaliter intendamus dictamque generalem Curiam celebrare, et ad hoc civitatem Barchinone et diem videlicet primam mensis Julii proxime nunc venturi duxerimus prefigendum, Ideirco vos requirimus et monemus quatenus in dicta civitate Barchinone die predicta celebracioni dicte Curie intersitis. Nos enim ipsis loco et die aderimus, Altissimo concedente. Datum Valencie kal. Junii anno Domini M°.CCC°. Quadragesimo.

E. Augerii, mandato Regio facto per
Raymundum de consilio.

Similes infrascriptis Episcopis.

Fratri Ferrario Barchinonensi.—Arnaldo Gerundensi.—Galcerando

Vicensi.—Arnaldo Urgellensi.—Ferrario Ilerdensi.—Berengario Dertusensi [1].

Petrus, etc. Dilectis suis Preposito et Capitulo Ecclesie Terrachone Salutem, etc. Cause plurime multiplicum agendorum, que statum Regnorum et terrarum nostrarum ac Corone nostre Regie vehementer tangere noscebantur, a celebracione generalis Curie quam indiximus Cathalanis hactenus retraxerunt et demum ad revocandum eandem necessario induxerunt prout per alias nostras litteras duximus intimandum, ex quibus a Regnis nostris Aragonum et Valencie presenciam nostram comode nequivimus prolongare, et ad hoc civitatem Barchinone et diem videlicet primam mensis julii proxime nunc venturi duxerimus prefigendum. Ideirco vos requirimus et monemus quatenus ordinetis et constituatis yconomos seu procuratores vestros, quos cum pleno posse tractandi consenciendi et firmandi ea que in dicta Curia fuerint ordinata predictis loco et die celebracioni dicte Curie faciatis adesse. Nos enim ipsis loco et die aderimus, Altissimo concedente. Datum Valencie kal. Junii anno Domini M°.CCC°. Quadragesimo.

Similes infrascriptis Capitulis.

Barchinonensi.—Gerundensi.—Vicensi.—Urgellensi.—Ilerdensi.—Dertusensi.

Item fuit scriptum venerabili et religioso fratri Sancio de Aragone Castellano Emposte vel eius locum tenenti dicendo et mandando eidem.

Fratri Petro Alegri tenenti locum Magistri hospitalis in prioratu Cathalonie.

Sub forma Episcoporum fuit scriptum abbatibus infrascriptis.

Populeti.—Sanctarum Crucum.—Rivipulli.—Belneolarum.—Sancti Cucupinati Vallensis.—Campirotundi.—Sancti Felicis Guixolensis.—Ameriensis.—Villebertrandi.—Sancti Michaelis de Fluviano.—Sancti Petri de Rodis.—Sancte Marie de Rosis.—Sancti Petri de Gallicantu.—Stagnensis.—Sancti Johannis de Abbatissis.—Sancti Laurencii de Monte.—Sancti Benedicti de Bagiis.—De Scarpio.—Gerrensis.

[1] No murió en 19 de Febrero de 1340, sino del año siguiente. Villanueva (*Viaje liter.*, v. 96) y el P. Gams (*Series episcoporum Ecclesiæ catholicæ*, pag. 82) olvidaron que el cómputo de la Encarnación seguido por estas Cortes y las precedentes, rige asimismo en el epitafio de aquel Prelado: *Anno MCCCXL, XI cal. Martii obiit Berengarius de Pratis episcopus; hic tumulatur.* Diéle sucesor en 2 de Octubre de 1341 el Papa Benedicto XII.

Item fuit scriptum Nobilibus et militibus infrascriptis sub forma sequenti.

Petrus, etc. Inclito Infanti Petro carissimo patruo nostro Rippacurcie et Impuriarum Comiti Salutem et sincerum affectum. Cause plurime multiplicum agendorum, que statum Regnorum et terrarum nostrarum ac Corone nostre Regie vehementer tangere noscebantur, a celebracione generalis Curie quam perinde indiximus Cathalanis nos hactenus retraxerunt, et demum ad revocandum eandem necessario induxerunt prout vobis per alias nostras litteras duximus intimandum, ex quibus a Regnis nostris Aragonum et Valencie presenciam nostram comode nequivimus prolongare. Cum autem nunc ad partes Cathalonie accedere personaliter intendamus dictamque generalem Curiam celebrare et ad hoc civitatem Barchinone et diem videlicet primam mensis Julii proxime nunc venturi duxerimus prefigendum, Idcirco vobis dicimus et mandamus quatenus in dicta civitate Barchinone in die predicta celebracioni dicte Curie intersitis. Nos enim ipsis loco et die aderimus, Altissimo concedente. Datum Valencie kal. Junii anno Domini Millesimo CCC°. Quadragesimo.—*Idem.*

Inclito Infanti Raymundo Berengario Comiti Montanearum de Prades.—Infanti Jacobo Comiti Urgelli et vicecomiti Agerensi.—Rogerio Bernardi vicecomiti Castriboni.—Arnaldo Rogerii comiti Pallariensi. —Hugoni vicecomiti Cardone.—Jaufrido vicecomiti de Rochabertino. —Bernardo vicecomiti Caprarie.—Petro vicecomiti de Vilamuro.—Rogerio Rogerii de Pallars.—Raymundo de Angularia.—Berengario de Angularia.—Petro de Queralto.—Othoni de Montecatheno.—Guillelmo de Cervilione.—Bernardo Jordani domino de Insula.—Raymundo Alamanni de Cervilione vel eius tutori.—Raymundo de Ripellis vel eius procuratori.—Amorosio de Ripellis vel eius procuratori.—Berengario Ugonis de Cabrencio.—Petro de Fonolleto.—Arnaldo de Capraria.—Petro Galcerando de Pinosio.—Arnaldo de Erillo.—Guillelmo de Bellera.—Arnaldo Dorcau.—Heredi Eymerici de Scintillis.—Gilaberto de Crudiliis.—Gilaberto de Crudiliis de Bestracano.—Raymundo de Apilia.—Simoni de Muro.—Berengario de Villariacuto.—Bertrando de Castelleto.—Francisco de Cerviano.—Poncio de Sancta Pace.—Raymundo de Cardona de Torano.—Galcerando de Angularia.—Arnaldo de Saga.—Guillelmo de Cardona.—Raymundo Cornelii.

Sub forma nobilium predictorum fuit scriptum Militibus infrascriptis.

Petro de Malanno.—Bernardo Guillelmi de Foxano.—Guillelmo de Crexello.—Petro de Corniliano.—Dalmacio Xatmarii.—Guillelmo de Gallinariis.—Hugueto de Fluviano.—Jacobo de Besora.—Bernardo de Orriols.—Guillelmo de Palafolls.—Bernardo de Sancta Eugenia.—Raymundo Berengarii de Mediona.—Dalmacio de Peramola.—Galcerando de Ulugia.—Raymundo de Timor.—Berengario de Castro episcopali.—Guillelmo de Barbarano.—Raymundo de Josa.—Guillelmo de Apilia.—Bernardo Guillelmo de Rippis.—Berengario de Sancto Vincencio.—Petro de Castroveteri.—Bernardo de Tous.—Ferrario de Villafrancha.—Bernardo de Falchs.—Berengario de Castro eulino de Robione.—Berengario de Fonollario.—Ariolo de Ulugia.—Berengario de Jorba.—Berengario de Reiadello.—Petro de Montetornesio.—Guillelmo de Calderiis.—Romeo de Monteolivo.—Raymundo de Senesterra.—Bernardo de Boxadors.—Raymundo de Coponibus.—Raymundo de Castro eulino.—Bernardo de Vilademany.

Sub forma inferius scripta fuit scriptum universitatibus Cathalonie.

Petrus, etc. Dilectis et fidelibus suis Consiliariis et probis hominibus civitatis Barchinone Salutem, etc. Cause plurime multiplicum agendorum, que statum Regnorum et terrarum nostrarum ac Corone nostre Regie vehementer tangere noscebantur, a celebracione generalis Curie quam perinde indiximus Cathalanis nos hactenus retraxerunt, et demum ad revocandum eandem necessario induxerunt prout vobis per alias nostras litteras duximus intimandum, ex quibus a Regnis nostris Aragonum et Valencie presenciam nostram comode nequivimus prolongare. Cum autem nunc ad partes Cathalonie accedere personaliter intendamus dictamque generalem Curiam celebrare, et ad hoc dictam civitatem Barchinone et diem videlicet primam mensis Julii proxime nunc venturi duxerimus prefigendum. Ideirco vobis dicimus et mandamus quatenus constituatis et ordinetis nuncios seu procuratores vestros quos cum pleno posse tractandi consenciendi et firmandi ea que in dicta Curia fuerint ordinata predictis loco et die celebracioni dicte Curie faciatis adesse. Nos enim ipsis loco et die aderimus. Altissimo concedente. Datum Valencie kal. Junii anno Domini M°.CCC°. Quadragesimo.—*Idem.*

Similes infrascriptis universitatibus.

Terrachone.—Villefranche penitensium.—Gerunde.—Cambrils.—Bisulduni.—Turricelle de Montegrino.—Figueriis.—Ilerde.—Dertuse.—Dalmenario.—Cervarie.—Tarrage.—Montisalbi.—Minorise.—Apiarie.—Aqualate.—Vici.—Berge.—Calidarum de Montebovino.—Campirotundi.—Arbucio.

Item fuit scriptum Regi Maiorice super celebracione dicte Curie sub forma sequenti.

Illustri principi Jacobo Dei gracia Regi Maiorice Comiti Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispesulani, carissimo fratri nostro, Petrus per eandem Rex Aragonum, etc. Salutem et votive prosperitatis augmentum.

Cause plurime multiplicum agendorum, que statum Regnorum et terrarum nostrarum ac Corone nostre Regie vehementer tangere noscebantur, a celebracione generalis Curie quam perinde indiximus Cathalanis nos hactenus retraxerunt, et demum ad revocandum eandem necessario induxerunt prout vestre serenitati jam duximus intimandum, ex quibus a Regnis nostris Aragonum et Valencie presenciam nostram comode nequivimus prolongare. Cum autem nunc ad partes Cathalonie accedere personaliter intendamus dictamque generalem Curiam celebrare, ad hoc civitatem Barchinone et diem videlicet primam mensis Julii proxime nunc venturi duximus prefigendum. Et cum vos et successores vestri semel quolibet anno cum fueritis requisitis teneamini venire ad Curiam nostram et nostrorum in Cathalonia, nisi tunc quando fueritis requisiti essetis in Regno Maiorice, Idcirco vos requirimus per presentes quod ad dictam civitatem Barchinone celebracioni dicte Curie veniatis, et sitis inibi dicta die. Nos enim ibidem tunc esse proponimus ea causa, Domino concedente. Datum Valencie kal. Junii anno Domini M°.CCC°. Quadragesimo.

Guillelmus Augerii, mandato Regio pro R. de consilio.

XXXVII.

Cortes de Barcelona de 1347 [1].

Convocacio generalis Curie in civitate Barchinone celebrande.

Petrus, Dei gracia Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie, Reverendo in Christo patri Fratri Sancio divina providencia Terrachone Archiepiscopo Salutem et dileccionem. Licet nuper parlamentum generalem indixissemus Cathalanis pro habendo ab eis consilio et auxilio, quod in civitate Barchinone celebrandum die beati Martini proxime preterita duximus assignandum, quia tamen nunc. suplicante nobis Generali Cathalonie pro dicto parlamento in dicta Civitate congregato, concessimus loco dicti parlamenti generalem Curiam celebrare, propterea vos requirimus et monemus quatenus celebracioni dicte Curie die mercurii qua computabitur pridie idus Decembris in dicta civitate Barchinone, in qua nos jam constituti sumus, personaliter intersitis. Datum Barchinone, Quinto kalendas Decembris Anno Domini M°.CCC°. xl.vij°.—*Examinavit R.*

Bernardus de Pomo, mandato regio facto per Episcopum Vicensem consiliarium.

Similes infrascriptis Episcopis, videlicet.

Venerabili in Christo patri Michaeli divina providencia Barchinonensi Episcopo vel eius vicario.—Fratri Bernardo divina providencia Dertusensi Episcopo.—Jacobo divina providencia Ilerdensi Episcopo.—Petro [2] divina providencia Urgellensi Episcopo.—Ugoni divina providencia Vicensi Episcopo.—Arnaldo divina providencia Gerundens Episcopo.—Bernardo divina providencia Elnensis Episcopo.

Petrus, Dei gracia Rex Aragonum, etc., dilectis suis Capitulo Ecclesie Terrachone Salutem et dileccionem. Licet nuper parlamentum

[1] Archivo de la Corona de Aragón, *Reg.* 1.497, fols. 202 y siguientes.

[2] Villanueva (*Viaje lit.* XI, 115), no halló memorias de este prelado posteriores al año 1344. «Cuatro ó cinco años más, dice, pudo vivir y gobernar esta iglesia, constando que en 1350 tenía ya sucesor.»

generale indixissemus Cathalanis pro habendo ab eis consilio et auxilio, quod in civitatem Barchinone celebrandum die beati Martini proxime preterita duximus assignandum, quia tamen nunc, suplicante nobis Generali Cathalonie pro dicto parlamento in dicta Civitate congregato, concessimus loco dicti parlamenti generalem curiam celebrare, propterea vos requirimus et monemus quatenus ordinetis et constituatis iconomos seu procuratores vestros idoneos, qui cum pleno et sufficienti posse ad tractandum et ponendum in statu que agenda fuerint in eadem Curia, die mercurii qua computabitur pridie idus Decembris in dicta civitate Barchinone in qua nos jam constituti sumus, personaliter sint presentes. Datum Barchinone Quinto kal. Decembris anno Domini M°.CCC°. xl°. vij°.—*Examinavit R.—Idem.*

Similes infrascriptis.

Dilectis suis Capitulo Ecclesie Barchinone.—Dilectis suis Capitulo Ecclesie Dertuse.—Dilectis suis Capitulo Ecclesie Ilerde.—Dilectis suis Capitulo Ecclesie Urgellensis.—Dilectis suis Capitulo Ecclesie Vicensis.—Dilectis suis Capitulo Ecclesie Gerunde.—Dilectis suis Capitulo Ecclesie Elnensis.

Sub forma premissorum prelatorum fuit scriptum Religiosis et Abbatibus infrascriptis, videlicet.

Venerabili et religioso Fratri Johanni Ferdinandi de Heredia Castellano Emposte ordinis hospitalis Sancti Johannis Iherosolimitani.
Venerabili et religioso fratri Petro Arnaldi de Parietibus tortis priori Cathalonie ordinis hospitalis Sancti Johannis Iherosolimitani, vel eius locum tenenti in dicto prioratu.
Venerabili et religioso fratri Poncio Abbati Monasterii Populeti.
Venerabili et religioso fratri Abbati Monasterii Sanctarum Crucum.
Venerabili et religioso fratri Abbati Monasterii Sancti Cucuphatis Vallensis.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Rivipulli.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Sancti Laurencii de monte.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Stagnensis.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii de Scarpio.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Gerrensis.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Sancti Benedicti de Bagiis.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Ameriensis.

Venerabili et religioso Abbati Monasterii Campirotundi.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Sancti Johannis de Abbatissis.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Balneolarum.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Sancti Petri de Gallicantu.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Sancti Michaelis de Fluviano.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Villebertrandi.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Sancti Petri de Rodis.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Sancte Marie de Rosis.
Venerabili et religioso Abbati Monasterii Sancti Felicis Guixolensis.

Infantibus et nobilibus.

Petrus, Dei gracia Rex Aragonum, etc., Inclito Infanti Petro Rippacurcie et Montanearum de prades Comiti Salutem et sincere dileccionis afectum. Licet parlamentum generale indixissemus Cathalanis pro habendo ab eis consilio et auxilio, quod in civitate Barchinone celebrandum die beati Martini proxime preterita duximus assignandum, quia tamen nunc, suplicante nobis Generali Cathalonie pro dicto parlamento in dicta Civitate congregato, concessimus loco dicti parlamenti generalem Curiam celebrare, propterea vobis dicimus et mandamus quatenus celebracioni dicte Curie die mercurii qua computabitur pridie idus Decembris in dicta civitate Barchinone, in qua nos jam constituti sumus personaliter intersitis. Datum Barchinone quinto kal. Decembris anno Domini M°.CCC°. xl°.vij°.—*Examinavit R.—Idem.*

Similes.

Inclito infanti Raymundo Berengarii Comiti Impuriarum.

Inclito infanti Ferdinando Marchioni Dertuse et domino de Albarrazino.

Egregio Petro nepoti nostro carissimo filio et heredi incliti infantis Jacobi quondam Comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis vel suo tutori.

Et nobilibus, videlicet.

Raymundo Rogerii Comiti Pallariensi.—Ugoni vicecomiti Cardone.—Bernardo de Capraria.—Dalmacio vicecomiti de Rocabertino vel suo tutori.—Petro vicecomiti de Insula.—Raymundo vicecomiti de Caneto.—Rogerio Bernardi vicecomiti Castriboni.—Petro vicecomiti de Vilamuro.—Rogerio Bernardi de Pallars.—Raymundo de Angularia.

—Berengario de Angularia.—Petro de Queralto.—Guillelmo Raymundi de Montecatheno.—Berengario Arnaldi de Cervilione vel eius tutori.—Raymundo Alamanno de Cervilione vel eius tutori.—Raymundo de Ripelles.—Heredi Amorosii de Rippellis quondam.—Guillelmo Galcerandi de Cabrencio.—Ademario de Mosseto.—Arnaldo de Capraria.—Petro Galcerandi de Pinosio.—Arnaldo de Erillo.—Guillelmo de Bellera.—Arnaldo Dorcau.—Raymundo de Scintillis.—Guilaberto de Crudiliis de Petratalluta.—Guilaberto de Crudiliis de Bestracano.—Raymundo de Apilia.—Simoni de Muro.—Heredi Johannis de Sono vicecomitis de sancto Martino quondam.—Gisperto de Castelleto.—Francisco de Cerviano.—Poncio de sancta Pace.—Raymundo de Cardona de Torano.—Galcerando de Angularia.—Arnaldo de Saga.—Guillelmo de Cardona.—Ludovico Cornelii.—Petro de Melanno.—Nobili.....

Et militibus, videlicet.

Bernardo Guillelmo de Fuxano.—Guillelmo de Crexello.—Petro de Corniliano.—Dalmacio Raymundi Xatmarii.—Guillelmo de Palafolls.—Heredi Guillelmi de Gallinariis.—Ugueto de Fluviano.—Jacobo de Besora.—Heredi Bernardi de Urriols.—Bernardo de sancta Eugenia.—Raymundo Berengarii de Mediona.—Dalmacio de Peramola.—Geraldo de Ulugia.—Raymundo deTimor.—Heredi Berengarii de Castro episcopali quondam.—Guillelmo de Barbarano.—Raymundo de Josa.—Guillelmo de Apilia.—Bernardo Guillelmi de Rippis.—Berengario de sancto Vincencio.—Petro de Castroveteri.—Bernardo de Thous.—Ferrario de Villafrancha.—Francisco de Falchs.—Berengario de Castroeulino.—Omberto de Fonollario.—Heredi Argioli de Ulugia.—Berengario de Jorba.—Berengario de Raiadello.—Petro de Montetornesio.—Guillelmo de Calderiis.—Romeo de Monte olivo.—Raymundo de Senesterra.—Bernardo de Boxados.—Raymundo de Coponibus.—Raymundo de Castro eulino.—Bernardo de Vilademany.

Petrus Dei gracia Rex Aragonum, etc. Dilectis et fidelibus suis Consiliariis et probis hominibus civitatis Barchinone Salutem et dileccionem. Licet nuper parlamentum generale indixissemus Cathalanis pro habendo ab eis consilio et auxilio, quod in civitate Barchinone celebrandum die beati Martini proxime preterita duximus assignandum, quia tamen nunc, suplicante nobis Generali Cathalonie pro dicto parlamento in dicta Civitate congregato, concessimus loco dicti parlamenti generalem Curiam celebrare, propterea vobis dicimus et mandamus quatenus ordinetis et constituatis ex vobis certos nuncios et procurato-

res, qui cum pleno posse ad tractandum et ponendum in statu que agenda fuerint in eadem Curia die mercurii qua computabitur pridie idus Decembris in dicta civitate Barchinone, in qua nos jam constituti sumus, personaliter sint presentes. Datum Barchinone V° kal. Decembris anno Domini Millesimo Trecentesimo xl° Septimo.—*Examinavit R.*—*Idem.*

Similes universitatibus civitatum subscriptarum, videlicet.

Dilectis et fidelibus paciariis et probis hominibus civitatis Ilerde.
Fidelibus suis Consulibus et probis hominibus civitatis Terrachone.
Fidelibus suis juratis et probis hominibus civitatis Gerunde.
Fidelibus suis Consiliariis et probis hominibus civitatis Vici.
Fidelibus suis Consiliariis et probis hominibus civitatis Minorise.

Et universitatibus villarum, videlicet.

Fidelibus suis Consulibus et probis hominibus ville Perpiniani.
Fidelibus suis Consulibus et probis hominibus Podii ceritani.
Fidelibus suis Paciariis et probis hominibus ville Cervarie.
Fidelibus suis Paciariis et probis hominibus Tarrage.
Fidelibus suis Paciariis et probis hominibus Villegrasse. (Licet ista littera fuisset facta attamen non fuit missa dicte universitati Villegrasse quia mandavit et scripsit in fine ipsius littere..... [1]. Didaci vicecancellarius.)
Fidelibus suis Juratis et probis hominibus Villefranche penitensium.
Fidelibus suis Juratis et probis hominibus Montisalbi.
Fidelibus suis Consulibus et probis hominibus ville Berge.
Fidelibus suis Consulibus et probis hominibus Campirotundi.
Fidelibus suis Juratis et probis hominibus Bisulduni.
Fidelibus suis Juratis et probis hominibus de Figueriis.
Fidelibus suis Juratis et probis hominibus Turricelle de Montegrino.
Fidelibus suis Juratis et probis hominibus Calidarum de Montebovino.
Fidelibus suis Juratis et probis hominibus Sancti Petri de Auro.
Fidelibus suis Juratis et probis hominibus Apiarie.
Fidelibus suis Juratis et probis hominibus Aqualate.
Fidelibus suis Juratis et probis hominibus de Arbucio.
Fidelibus suis Juratis et probis hominibus de Cambrils.

[1] Claro abierto en el manuscrito por la polilla.

XXXVIII.

Cortes de Perpiñán en 1350 y 1351.

Proceso [1].

In Christi nomine et eius divina gracia. Cum serenissimus et magnifficus Princeps et Dominus Dominus Petrus Dei gracia Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rosilionis et Ceritanie, ad Dei servicium et honorem et utilitatem rei publice tocius sui Cathalonie Principatus et incolarum ipsius, celebrandam in villa Perpiniani generalem Curiam indixisset, ultimo dictam indixit Curiam sub forma sequenti. Petrus Dei gracia Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie, Reverendo in Christo patri fratri Sancio Divina providencia Archiepiscopo Terrachone, Salutem et dileccionem affectum. Quia diversa negocia undeque occurrencia nos intantum impediunt quod nullatenus esse personaliter possumus in villa Perpiniani die beate Marie presentis mensis Augusti per Nos ultimo assignata celebracione Curiarum quas tenere intendimus Cathalanis, et propterea nos opporteat diem ipsam usque ad primam diem instantis mensis Septembris necessario prorogare, Ideo vos requirimus et monemus quatenus die ipsa celebracioni dictarum Curiarum in villa iamdicta ubi Nos die pretacta huiusmodi racione indubie, dante Domino, esse proponimus intersitis. Datum Barchinone nonas Augusti Anno Domini Millessimo CCC°. Quinquagesimo.

Similes infrascriptis.

Venerabili in Christo patri Michaeli Divina providencia Barchinone Episcopo.

Venerabili in Christo patri Stephano Divina providencia Ilerdensi Episcopo.

Venerabili in Christo patri Berengario Divina providencia Gerundensi Episcopo.

Venerabili in Christo patri Jacobo Divina providencia Dertusensi Episcopo.

[1] Archivo general de la Corona de Aragón, Registro 1.° de Cortes. Las variantes de las Constituciones se han sacado del Códice Escurialense *Z. j. 4.*

Venerabili in Christo patri..... Divina providencia Urgellensi Episcopo.
Venerabili in Christo patri Luppo Divina providencia Vicensi Episcopo.
Venerabili in Christo patri..... Divina providencia Elnensi Episcopo.

Petrus Dei gracia Rex Aragonum, etc. Dilectis Preposito et Capitulo Ecclesie Terrachone Salutem, etc. Quia diversa negocia, etc.

Similes capitulis infrascriptis.

Preposito et capitulo ecclesie Barchinone.
Preposito et capitulo ecclesie Ilerdensis.
Preposito et capitulo Gerundensis.
Priori et capitulo ecclesie Dertusensis.
Decano et capitulo ecclesie Urgellensis.
Preposito et capitulo ecclesie Vicensis.
Preposito et capitulo ecclesie Elnensis.

Sub forma qua scriptum fuit Prelatis fuit scriptum religiosis et Abbatibus infrascriptis videlicet.

Venerabili et religioso fratri Johanni Ferdinandi de Heredia Castellano Emposte ordinis Hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani.
Venerabili et religioso ffratri Petro Arnaldi de Peretibus tortis Priori Cathalonie ordinis hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani.
Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Rivipulli.
Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Cucuphati Vallensis.
Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Populeti.
Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii sancti Petri de Rodis.
Venerabili et religioso fratri Guillelmo Abbati Monasterii Sanctarum Crucum.
Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Sancte Marie de Rosis.
Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Balneolarum.
Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Campirotundi.
Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii de Scarpio.
Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Ameriensis.
Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Sancti Felicis Guixollensis.
Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Ville Bertrandi.
Venerabibi et religioso..... Abbati Monasterii Geriensis.
Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Sancti Laurencii de Monte.
Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Stagnensis.

Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Sancti Michaelis de Fluviano.

Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Sancti Johannis de Abbatissis.

Venerabili et religioso..... Abbati Monasterii Sancti Benedicti de Bagiis.

Fuerunt eciam vocati cum litteris sigillo secreto sigillatis. Datum in loco de Volono X° Kalendas Septembris anno predicto.

Venerabilis et religiosus Abbas Monasterii Sancti Andree.

Venerabilis et religiosus Abbas Monasterii Sancti Genesii.

Venerabilis et religiosus..... Abbas Monasterii Sancti Michaelis de Cuxano.

Venerabilis et religiosus..... Abbas Monasterii Arularum.

Venerabilis et religiosus..... Abbas Monasterii Sancti Martini de Canigone.

Venerabilis et religiosus..... Abbas Monasterii Vallis de Bona.

Venerabilis et religiosus..... Abbas Monasterii de Yau.

Infantibus Nobilibus et militibus infrascriptis.

Inclito Infanti Petro Rippacurcie et Montanearum de Prades Comiti carissimo patrono nostro Salutem et Dilectionem afectum. Quia diversa negocia undeque occurrencia Nos intantum impediunt quod nullatenus esse personaliter possumus in Villa Perpiniani die Beate Marie presentis mensis Augusti per Nos ultimo assignata celebracioni Curiarum quas tenere intendimus Cathalanis, et propterea Nos opporteat diem ipsam usque ad prima die instantis mensis Septembris necessario prorogare, ideo vobis dicimus et mandamus quatenus die ipsa celebracioni dictarum Curiarum in villa iamdicta ubi Nos die pretacta huiusmodi racione, dante Domino, esse proponimus intersitis. Datum Barchinone nonas Augusti anno Domini Millesimo CCC° Quincuagesimo.

Similes infrascriptis.

Inclito Infanti Ferdinando nostro carissimo ffratri Marchioni Dertuse et Domino de Albarrazino.

Inclito Infanti Raymundo Berengarii Comiti Impuriarum nostro carissimo patruo.

Egregio viro Petro Comiti Urgelli et vicecomiti Agerensi nepoti nostro carissimo.

Subscripti sunt nobiles.

Nobili et dilecto nostro Raymundo Rogerii Comiti Pallariensi.
Hugoni Vicecomiti Cardone.
Dalmacio de Rochabertino Vicecomiti.
Bernardo Vicecomiti Caprarie.
Petro de Fonolleto Vicecomiti de Insula.
Heredi nobilis Johannisd e Sono quondam Vicecomiti de Sancto Martino.
Petro Vicecomiti de Vilamuro.
Rogerio Bernardi Vicecomiti Castriboni.
Raymundo de Angularia.
Petro de Montecatheno.
Artaldo Rogerii de Payllars.
Guillelmo Raymundi de Montecatheno.
Othoni de Montecatheno.
Guillelmo Galcerandi de Cabrencio.
Raymundo Alamanni de Cervilione.
Heredi Amorosii de Rippellis.
Guillermo de Bellera.
Berengario de Angularia.
Galcerando de Angularia vel eius heredi seu procuratori.
Arnaldo Dorcau.
Ludovico Cornelii.
Heredi Guillermi de Cardona.
Dalmacio de Queralto.
Gilaberto de Crudillis.
Berengario de Apilia.
Galcerando de Pinosio.
Raymundo de Rippellis.
Arnaldo de Erillo.
Heredi nobilis Simonis de Mur.
Raymundo de Scintillis.
Jasperto de Castelleto.
Francisco de Ceruiano.
Heredi nobilis Gilaberto de Crudillis de Bestracano.
Poncio de Sancta Pace.
Berengario de Castronouo.
Poncio de Caramanno seu eius heredi.
Ademario de Mosseto.

Heredi nobilis Petri de Meleano.
Acardo de Talarno.
Artaldo de Cabrera.
Arnaldo de Saga seu eius heredi.
Heredi nobilis Raymundi de Cardona.
Bernardo de So.

Similes fuerunt misse militibus infrascriptis.

Bernardo Guillermi de Fuxano.
Heredi Berengarii de Castro eulino.
Petro de Monte Tornesio.
Guillermo de Barberano.
Petro de Castro vetere seu eius heredi.
Heredi Guillermi de Palafolls.
Berengario de Sent Vicent seu eius heredi.
Heredi Bernardi de Boxadors.
Heredibus bonorum Berengarii de Rajadello.
Heredi Berengarii de Jorba.
Ariolo de Ulugia seu detentori bonorum eiusdem.
Heredi bonorum Berengarii de Castro episcopali.
Jacobo de Corniliano.
Heredi Dalmacii de Peramola.
Heredi Berengarii de Fonollario.
Heredi Guillermi de Gallineriis.
Heredi Dalmacii Xatmarii.
Heredi Hugueti de Fluviano.
Heredi Fferrarii de Villafrancha.
Bernardo de Rippis seu eius heredi.
Heredi Bernardi de Falchs.
Raymundo de Monteoliuo vel eius heredi.
Guillermo de Crexillo.
Heredi Raymundi Berengarii de Mediona.
Raymundo de Castro ulpio.
Alamando de Urriols.
Raymundo de Timor.
Bernardo de Thous.
Heredi Jacobi de Besora.
Raymundo de Coponibus.
Galcerando de Ulugia.

Guillelmo de Apilia.
Heredi Raymundi de Senesterra.
Heredi Bernardi de Sancta Eugenia.
Raymundo de Josa seu eius heredi.

Fuerunt eciam vocati ad dictas Curias cum litteris sigillo secreto sigillatis. Datum apud locum de Volono Decimo Kalendas Septembris anno predicto.
Thomas de Marçano miles.
Ffranciscus de Bellcastell miles.
Poncius de Luppiano miles.
Berengarius Dolius cuius est locus Dolius miles.

Universitatibus.

Petrus Dei gracia Rex Aragonum, etc. Dilectis et fidelibus Consiliariis et probis hominibus Barchinone Salutem et Dilectionem. Quia diversa negocia undique occurrencia Nos intantum impediunt quod nullatenus esse personaliter possumus in villa Perpiniani die Beate Marie presentis mensis Augusti per Nos ultimo assignata celebracioni Curiarum quas tenere intendimus Cathalanis, et propterea Nos opporteat diem ipsam usque ad primam diem instantis mensis Septembris necesario prorogare, ideo vobis dicimus et mandamus quatenus ordinetis vestros iconomos seu procuratores cum pleno posse tractandi consenciendi et firmandi ea que in dictis Curiis ordinabuntur quos die predicta in villa pretacta ubi Nos huiusmodi racione personaliter, dante Domino, esse intendimus adesse indubie faciatis. Datum Barchinone nonas Augusti anno Domini Millesimo CCC° Quinquagesimo.

Similes Universitatibus infrascriptarum Civitatum.

Dilectis et fidelibus nostris Paciariis et probis hominibus Civitatis Ilerde.
Fidelibus nostris Juratis et probis hominibus Civitatis Gerunde.
Fidelibus nostris Consulibus et probis hominibus Terrachone.
Fidelibus nostris Consiliariis et probis hominibus Civitatis Minorise.
Fidelibus nostris Consiliariis et probis hominibus Civitatis Vici.

Similes Universitatibus Villarum infrascriptarum.

Fidelibus nostris Paciariis et probis hominibus ville Cervarie.
Fidelibus suis Paciariis et probis hominibus Tarrege.
Juratis et probis hominibus Turricelle de Montegrino.

Juratis et probis hominibus Apiarie.
Consulibus et probis hominibus Villefranche penitensium.
Juratis et probis hominibus Montisalbi.
Consulibus et probis hominibus ville Perpiniani.
Consulibus et probis hominibus ville Podiiceritani.
Consulibus et probis hominibus Villefranche confluentis.
Juratis et probis hominibus Aqualate.
Juratis et probis hominibus de Cambrils.
Juratis et probis hominibus de Arbucio.
Juratis et probis hominibus de Figueriis.
Juratis et probis hominibus Bisulduni.
Consulibus et probis hominibus Campirotundi.
Consulibus et probis hominibus Berge.
Juratis et probis hominibus Calidarum de Montebovino.
Juratis et probis hominibus Sancti Petri de auro.
Consulibus et probis hominibus Coquiliberi.

Sequuntur presentaciones.

Die Mercurii qua computabatur Kalendas Septembris eiusdem videlicet Millessimi CCC Quinquagesimi omnes et singuli superius et inferius nominati juxta Constituciones generales Cathalonie se debuerunt in Perpiniano coram Domino Rege predicto aut in eius Cancellaria personaliter presentare iuxta formam litterarum superius contentarum pro dictis Curiis celebrandis. Qua die et diebus subscriptis in dicti Domini Regis Cancellaria videlicet coram venerabili in Cristo patre domino Hugone Divina providencia Valencie Episcopo dicti Domini Regis Consiliario et Cancellario dicti domini Regis nomine seu in mei Mathei Adriani eiusdem Domini Regis Scriptoris Secretarii ac Notarii publici per totam terram et dominacionem eiusdem ac Scriptoris eiusdem Domini Regis, mandato Curiarum generalium predictarum, cui presentaciones predictorum recipiende per dictum dominum Cancellarium fuerunt comisse, presencia nonnulli personaliter, et quidam alii per procuratores, plenam ad hec potestatem habentes, alii per vicarios seu actores, alii vero per procuratores seu actores, minime potestatem habentes, se presentarunt, et quidam alii nec per se seu alium se presentare curarunt, prout predicta inferius in descripcione cuiuslibet continentur.

Archiepiscopus Terrachone.

Reverendus in Cristo pater Sanccius Divina providencia Terrachone

Archiepiscopus die prefixa nec ipse nec alius pro eo, se pro dictis Curiis presentavit, sed die intitulata tercio nonas Septembris anni eiusdem, se predicto Archiepiscopo presentavit Raymundus de Cumbis procurator Romei de Cumbis Vicarii generalis Archiepiscopi antedicti. Et quare dictus Vicarius, nec per consequens dictus procurator, ad dictas Curias, seu actus ipsarum, ut debuit fieri, potestatem abilem non habebant, dictus procurator fuit per dictum Dominum Regem, approbantibus et consencientibus subscriptis duodecim per generale dicte Curie ad subscripta deputatis, de gracia receptus, ut inferius in generali declaracione facta sub kalendario quinto ydus Septembris anni predicti continetur. Recepto tamen iuramento a dicto procuratore, se credere dictum Archiepiscopum iustam acusacionem habere, pretextu infirmitatis persone sue qua fuit apud Romanam Curiam impeditus, ob quam pro dictis Curiis die prefixa et in dicto loco non potuit se personaliter presentare, habetur tamen procuratorium et sui forma et est registratum in presenti processu sub titulo procuratorum. Et die intitulata xij° Kalendas Octobris dictus procurator obtulit procuratorium sufficiens, quod est inferius in dicto titulo registratum.

Episcopus Barchinone.

Venerabilis in Christo pater Michael Divina providencia Barchinone Episcopus ut debuit non se personaliter presentavit. Sed die prefixa pro dictis Curiis celebrandis se presentavit Ffranciscus Rufacii eius Vicarius generalis. Et quare idem Vicarius potestatem ad hec specialiter non habebat, fuit receptus de gracia per dictum Dominum Regem, approbantibus et consencientibus duodecim antedictis, ut in dicta declaracione continetur, recepto tamen iuramento a dicto Vicario, dictum Episcopum excusacionem iustam habere qua impediente pro dictis Curiis dicta die assignata non potuit personaliter comparere, habetur Vicariatus in sui prima figura et est registratus in dicto titulo procuratorum. Et die intitulata xij° Kalendas Octobris dictus vicarius obtulit procuratorium sufficiens, quod est inferius in dicto titulo registratum.

Gerundensis episcopus.

Venerabilis in Christo pater Berengarius Divina providencia Gerundensis Episcopus die prefixa personaliter se minime presentavit. Sed Guillelmus Cavallerii Canonicus et Propositus ecclesie sancti Ffelicis Gerundensis pro eo dicta die presentavit se habens ad specialem man-

datum et plenum posse. Et prestito iuramento per dictum procuratorem, dictum Episcopum iustam excusacionem habere, obquam non se personaliter presentaverat, dicta die idem procurator fuit receptus. Et habetur procuratorium, et est registratum in titulo antedicto.

Ilerdensis Episcopus.

Venerabilis in Christo pater Stephanus Divina providencia Ilerdensis Episcopus personaliter, prefixa die, minime presentavit; sed die eadem presentavit se pro eodem Petrus Tholoni Canonicus et prepositus Sedis Ilerde procurator nobilis Guillelmi R. de Montecatheno Decani Ilerdensis asserentis, se fore vicarium generalem dicti Episcopi. Et prestito iuramento per dictum procuratorem, se credere dictum Episcopum iustam excusacionem habere, qua obstante, non potuit dicta die se pro dictis Curiis personaliter presentare, idem procurator de speciali gracia fuit receptus, ut in dicta declaracione est expressum. Habetur procuratorium, et est registratum in titulo procuratorum. Et die intitulata xij° Kalendas Octobris dictus procurator obtulit procuratorium sufficiens, quod est inferius in dicto titulo registratum.

Dertusensis Episcopus.

Venerabilis in Christo pater Jacobus Divina providencia Dertusensis Episcopus, personaliter se die predicta minime presentavit; sed die eadem pro eodem comparuit Berengarius Ferrarii clericus procurator eiusdem, habens plenum posse. Et prestito iuramento per dictum procuratorem, se credere dictum Episcopum ob notoriam necessitatem persone sue iustam excusacionem habere, obquam non se potuit presentare, dictus procurator fuit admissus de gracia. Habetur procuratorium, et est registratum in titulo procuratorum.

Urgellensis Episcopus.

Venerabilis in Christo pater Nicholaus Divina providencia Urgellensis Episcopus, die prefixa, personaliter se minime presentavit, sed Michael Fusteri Canonicus Urgellensis procurator constitutus a dicto Episcopo cum eius littera et procurator ad agendum et deffendendum super gravaminibus. Et die qua computabatur pridie nonas Septembris, dictus Episcopus se personaliter presentavit, et fuit de gracia receptus ut in declaracione iamdicta continetur. Habetur littera excusatoria, et est registrata in titulo procuratorum.

Vicensis Episcopus.

Venerabilis in Christo pater Luppus Divina providencia Vicensis Episcopus, die prefixa se personaliter minime presentavit, sed Bernardus de Monteacuto procurator Vicariorum dicti Episcopi; et prestito iuramento per dictum procuratorem, se credere dictum Episcopum iustam causam habere, qua obstante, ad dictam Curiam personaliter venire non poterat, idem procurator fuit admissus de gracia, prout continetur in declaracione predicta. Habetur procuratorium, et est registratum in titulo procuratorum.

Elnensis Episcopus.

Venerabilis in Christo pater Stephanus Divina providencia Elnensis Episcopus, die prefixa personaliter se minime presentavit, sed ipsa die Arnaldus Terreni Decretorum doctor Sacrista Sedis Elnensis procurator eiusdem ad hec specialiter deputatus. Et prestito iuramento per dictum procuratorem, se credere dictum Episcopum iustam causam habere, obquam die prefixa ad locum assignatum personaliter esse non potuit, idem procurator de gracia fuit receptus. Habetur procuratorium, et est registratum in dicto titulo procuratorum.

Sequuntur presentaciones procuratorum Capitulorum Ecclesiarum.

Capitulum ecclesie Terrachone.

Pro Capitulo Ecclesie Terrachone nullus.

Capitulum Barchinone.

Pro Capitulo Ecclesie Barchinone presentarunt se die prefixa Arnaldus de Busquetis Legum doctor et Raymundus Romei senior Canonici Barchinone, habens posse sufficiens, quod est registratum in titulo procuratorum.

Capitulum Ilerdense.

Pro Ilerdense Capitulo se presentavit Petrus Colom Canonicus Ilerdensis die prefixa, habens plenum posse, quod est registratum in dicto titulo procuratorum.

Capitulum Gerundense.

Pro Capitulo Gerundense se presentavit die prefixa Vitalis de Blanis

Abbas Sancti Felicis Gerundensis; habet posse sufficiens, quod est registratum in dicto titulo procuratorum.

Capitulum Dertusense.

Pro Capitulo Dertusense se presentavit, die prefixa, Geraldus de Monte bruno Archidiaconus de Culla, habens plenum posse ad predictam, quod est registratum in dicto titulo procuratorum.

Capitulum Urgellense.

Pro Urgellense Capitulo, die prefixa, nullus comparuit; sed die intitulata quinto idus Septembris cum procuratorio facto post diem prefixam, scilicet tercio nonas Septembris anni presentis, se presentarunt Gispertus Albarici et Michael Fusteri Canonici Urgellensis; procuratorium est sufficiens, et est registratum, etc. Fuerunt recogniti de gracia speciali ut in dicta declaracione continetur.

Capitulum Vicense.

Pro Vicense Capitulo se presentarunt die prefixa nobilis Poncius de Fonolleto, Johannes Pobol et Bertrandus de Monteacuto, posse habent sufficiens quilibet eorum insolidum, quod est registratum, etc.

Capitulum Elnense.

Pro Capitulo Elnense se presentavit, die prefixa, Arnaldus Terreni Decretorum doctor Sacrista Sedis Elnensis; habet plenum posse, quod est registratum, etc.

Religiosi.

Castellanus Emposte.

Venerabilis et religiosus frater Johannes Ferdinandi de Heredia Castellanus Emposte ordinis Hospitalis Sancti Johannis Iherosolimitani, die prefixa, se personaliter presentavit.

Prior Cathalonie.

Venerabilis et religiosus frater Petrus Arnaldus de Parietibus tortis Prior Cathalonie ordinis Hospitalis Sancti Johannis Iherosolimitani, se personaliter presentavit.

Abbas Rivipulli.

Venerabilis et religiosus Hugo Abbas Monasterii Rivipulli, se die prefixa personaliter presentavit.

Abbas Sancti Cucuphati Vallensis.

Venerabilis et religiosus Arnaldus Monasterii Sancti Cucuphati Vallensis Abbas, die prefixa, se personaliter presentavit.

Abbas Monasterii Populeti.

Venerabilis et religiosus frater Arnaldus Abbas Monasterii Populeti, die prefixa, se personaliter minime presentavit; sed die eadem se, pro eo, presentarunt frater Lupus de Varlo domine Regine et Bernardus Badia capellanus Domini Regis elemosinarii procuratores eiusdem. Et habetur procuratorium, et est registratum, etc. Et prestito iuramento per dictum fratrem Lupum, se credere dictum Abbatem iustam excusacionem habere, obquam non potuit se personaliter dicte Curie presentare, dicti procuratores fuerunt admissi de gracia speciali.

Abbas Monasterii Sancti Petri de Rodis.

Pro Abbate Monasterii Sancti Petri de Rodis, nec ipse, nec aliquis pro eo.

Abbas Monasterii Sanctarum Crucum.

Venerabilis et religiosus frater Guillelmus Abbas Monasterii Sanctarum Crucum, non se personaliter presentavit die prefixa, quia accesserat apud Monasterium Cisterciensem pro Capitulo inibi celebrando; sed die eadem, pro eodem Abbate, presentarunt se frater Poncius de Manresa et frater Arnaldus Bordich monachi dicti Monasterii; habent ad hec specialem mandatum, quod est registratum, etc. et dictus frater Poncius iuravit se credere dictum Abbatem ex dicta causa iustam excusacionem habere obquam, etc. Et fuerunt idem procuratores de gracia recepti.

Abbas Monasterii sancte Marie de Rosis.

Venerabilis et Religiosus frater..... Abbas Monasterii Sancte Marie de Rosis non comparuit, nec aliquis pro eo.

Abbas Monasterii Balneolarum.

Venerabilis et Religiosus frater Arnaldus Abbas Monasterii Balneolarum, die prefixa, se personaliter presentavit.

Abbas Campirotundi.

Venerabilis et religiosus Bernardus Abbas Monasterii Campirotundi, die prefixa, personaliter se minime presentavit; sed pro eo, die eadem, se presentarunt frater Franciscus de Ulmis camerarius et Frater Arnaldus de Minans (?) Elemosinarius dicti Monasterii, Petrus de Cantalupis et Berengarius Foltrandi de Campo rotundo cum pleno posse, quod registratum est in dicto titulo procuratorum. Et die qua computabatur tercio nonas Septembris anni eiusdem comparuit personaliter dictus Abbas, et fuit receptus de gracia ut in declaracione subscripta continetur.

Abbas Monasterii de Scarpio.

Venerabilis Abbas Monasterii de Scarpio non comparuit dicta die, nec aliquis pro eo.

Abbas Monasterii Ameriensis.

Venerabilis et religiosus frater Boso Abbas Monasterii Ameriensis, se die prefixa personaliter minime presentavit; sed pro eo, die eadem comparuit Leo de Murato clericus Bacallarius in legibus diocesis Rutinensis, habens plenum posse cum quibusdam aliis et in solidum, quod registratum est in titulo de procuratoribus. Et prestito iuramento per eundem procuratorem, se credere dictum Abbatem iustam excusacionem habere pretextu infirmitatis podagre, quam patitur, qua ipsum impediente se non potuit personaliter presentare, dictus procurator fuit admissus de gracia speciali.

Abbas Monasterii Sancti Felicis Guixollensis.

Venerabilis et religiosus Abbas Monasterii Sancti Felicis Guixollensis, die prefixa, se personaliter minime presentavit, nec pro eo quisquam.

Abbas Monasterii Villebertrandi.

Venerabilis et religiosus Abbas Monasterii Villebertrandi, dicta die, se personaliter minime presentavit, nec aliquis pro eo.

Abbas Monasterii Gerrensis.

Venerabilis Abbas Monasterii Gerrensis non comparuit, nec pro eo quisquam.

Abbas Monasterii Sancti Laurencii de Monte.

Venerabilis et religiosus frater Jacobus Abbas Monasterii Sancti Laurencii de Monte, die prefixa, personaliter se minime presentavit; sed pro eo, die eadem, comparuit Arnaldus Romei civis Barchinone. Et prestito iuramento per dictum Arnaldum procuratorem dicti Abbatis habentem plenum posse, quod registratum est in titulo procuratorum, se credere dictum Abbatem iustam excusacionem pretextu infirmitatis persone sue, obquam personaliter comparere minime potuit, idem procurator fuit receptus de gracia.

Abbas Monasterii Stagnensis.

Venerabilis et religiosus frater Berengarius Abbas Monasterii Stagnensis, die prefixa, minime se personaliter presentavit; sed die eadem pro eo comparuit Frater Berengarius de Vilamuro procurator eiusdem; habet posse sufficiens, quod est registratum in titulo procuratorum. Et recepto iuramento a dicto procuratore, se credere dictum Abbatem non posse venire ob necessitatem persone sue, idem procurator fuit de gracia receptus.

Abbas Monasterii Sancti Michaelis de Fluviano.

Venerabilis et religiosus Abbas Monasterii sancti Michaelis de Fluviano, dicta die, non comparuit, nec quisquam pro eo.

Abbas Monasterii Sancti Johannis de Abbatissis.

Venerabilis et religiosus Frater Franciscus Abbas Monasterii Sancti Johannis de Abbatissis, die preffixa, ad dictas Curias se personaliter presentavit.

Abbas sancti Benedicti de Bagiis.

Venerabilis Abbas Monasterii Sancti Benedicti de Bagiis, die prefixa, non comparuit, nec aliquis pro ipso.

Abbas Monasterii sancti Michaelis de Cuxano.

Venerabilis et religiosus Amelius Abbas Monasterii sancti Michaelis de Cuxano, die prefixa, non personaliter comparuit, sed pro ipso se presentavit Frater Raymundus de Alta Rippa Vicarius generalis dicti Abbatis; non habebat tamen ad hoc speciale mandatum. Recepto tamen iuramento a dicto Vicario, dictum Abbatem iustam causam habere non se personaliter presentasse, dictus Vicarius de speciali gracia fuit admissus, ut in subscripta declaracione continetur, et habetur Vicariatus, et est registratum in titulo procuratorum.

Abbas Sancti Genesii.

Venerabilis et religiosus Abbas Sancti Genesii, die prefixa, se personaliter presentavit.

Abbas Monasterii Arularum.

Venerabilis et religiosus Berengarius Abbas Monasterii Arularum, non die prefixa, sed die qua computabatur tercio nonas Septembris, se personaliter presentavit, et prestito per eum iuramento, se causam iustam habuisse, obquam die prefixa minime potuit comparere, fuit receptus de gracia speciali.

Abbas sancti Martini de Canigono.

Venerabilis et religiosus frater Raymundus Monasterii Sancti Martini de Canigono, die prefixa, se personaliter presentavit.

Abbas Monasterii Vallis de Bona.

Venerabilis et religiosus frater Raymundus Abbas Monasterii Vallis de Bona, die prefixa, se personaliter presentavit.

Abbas Monasterii de Jau.

Venerabilis et religiosus Abbas Monasterii de Jau, nec ipse nec alius pro eo comparuit.

Infantes domus Regie et Barones.

Inclitus Infans Petrus Rippacurcie et Montanearum de Prades Comes, die prefixa, se personaliter minime presentavit; sed pro eo, die predicta, se presentarunt Bertrandus Surdi et Berengarius de Pauo procuratores dicti Infantis; habetur procuratorium, et est registratum in titulo procuratorum inferius. Et prestito iuramento per dictos procuratores se credere dictum Infantem iustam excusacionem habere, ob necessitatem persone sue, qua ipsum impediente, non potuit personaliter comparere, idem procuratores fuerunt recepti de gracia.

Inclitus Infans Raymundus Berengarii Comes Impuriarum, die prefixa, se personaliter minime presentavit. Sed die eadem, pro ipso, comparuit nobilis Franciscus de Cerviano cum procuratorio, protestacione continente, quod habetur et registratum est inferius in dicto procuratorum titulo. Et prestitit dictus procurator iuramentum, se credere dictum Infantem iustam excusacionem habere, qua obstante, non potuit person aliter comparere. Et die qua computabatur quinto idus Septembris anni eiusdem, cum dictus Infans qui, ut Comes Impuriarum, fuerat evocatus ad Curias presentes, non ut Comes suum predictum procuratorem constituerat, de approbacione et consensu duodecim subscriptorum declaravit dictum procuratorem dicti Infantis cum dicto procuratorio ad presentes Curias minime debere admitti, sed si dictus Infans infra quindecim dies computandos a die presenti in antea ut Impuriarum Comes, prout extitit evocatus, suum procuratorem sufficientem ad dictas Curias duxerit transmitendum, idem procurator ad dictam Curiam de gracia admitatur ut hec et alia, circa hec acta, in instrumento publico inferius inserto, seu eius nota, in titulo instrumentorum publicorum continetur.

Inclitus Infans Ferdinandus Marchio Dertuse et Dominus de Abarrazino, die prefixa, se personaliter minime presentavit. Sed die eadem se presentarunt pro eo Petrus de Almenario et Petrus de Vilalbino substituti procuratores a Petro Tima procuratore ad hec dicti Infantis. Habetur procuratorium dicti Petri Tima et instrumentum substitucionis, et sunt registrata inferius in titulo procuratorum. Et prestito iuramento per dictos substitutos, se credere dictum Infantem iustam excusacionem habere, obquam se non potuit personaliter presentare, dicti substi-

stuti fuerunt admissi de gracia speciali.

Et die intitulata pridie mensis Septembris anni eiusdem, venerabilis in Christo pater Hugo Valencie Episcopus, dicti Domini Regis Consiliarius et Cancellarius, de dicti Domini Regis mandato, in presencia subscriptorum duodecim, videlicet, venerabilis in Christo patris Nicholai Urgellensis Episcopi, nobilium Petri de Fonolleto Vicecomitis de Caneto et de Insula, Guillelmi de Galcerandi de Cabrencio, Vitalis de Blanis Abbatis sancti Felicis Gerundensis, Francisci Ruffacii vicarii Episcopi Barchinone, Arnaldi de Busquetis legum doctoris Canonici Barchinone, Berengarii de Podiolo militis, Bernardi Guillelmi de Fuxano militis, Petri Çarovira legun doctoris civis Barchinone, Arnaldi de Bosco civis Ilerde, Francisci de Terradis iurisperiti civis Gerunde ac Bernardi Olibe legum doctoris Perpiniani, per dictam generalem Curiam dato eis subscriptis pleno posse deputatorum ad hoc videlicet; quod cum ipsis dicte Curie nomine Dominus Rex cognosceret et declaracionem faceret de causis seu excusacionibus illorum, qui erant ad dictam Curiam convocati et non se presentaverant ut debebant die eis pro dicta Curia assignata, dicti Domini Regis nomine fuit protestatus, quod predictorum titulorum, quibus dictus Infans se nititur nominare, in hiis in quibus sibi ex dictis titulis idem Infans ius videtur seu nititur vendicare eidem, ius aliquod acrescere minime valeat ullo modo. Et die Sabbati intitulata tercio Idus Septembris anni eiusdem, presentibus dictis duodecim, dictus Dominus Rex, ratifficans et confirmans protestacionem per dictum Episcopum factam suo nomine, simili modo fuit protestatus ut in instrumento publico in titulo instrumentorum publicorum contento expressatur. Et die veneris qua computabatur quintodecimo Kalendas Octobris anni eiusdem in presencia mei dicti Notarii in Monasterio Fratrum Minorum Perpiniani, tota dicta Curia congregata inibi presentibus venerabilibus Jacobo de Faro et Jasperto de Tregurano Consiliariis dicti Domini Regis, per dictum Dominum Regem hac de causa ad dictam Curiam destinatis, in plena Curia absente tamen dicto Domino Rege consenciente et approbante dicta Curia, venerabilis et religiosus frater Johannes Ferdinandi de Heredia Castellanus Emposte Ordinis Hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani, pro tota dicta Curia verbo dixit; quod tota Curia antedicta adherebat protestacioni iamdicte per dictum Episcopum primo facte et per dictum Dominum Regem subsequenter tanquam iuste et ex mera iusticia procedenti, contradicendo ex adverso dictis et protestatis verbo vel scriptis per procuratores substitutos dicti Infantis contra protestacionem iamdictam. Que omnia dicta per dictum Castellanum, tota Curia confirmavit potissime cum per dictum Caste-

llanum pro tota dicta Curia inibi dictum esset, quod in dominio Domini Regis predicti, quis non poterat nec debebat procurator generalis esse, nisi ille cui Dominus Rex procuracionem vellet comitere antedictam. Hec autem inferius inserta sunt in instrumento publico facto pro dicta protestacione, seu in nota ipsius, in titulo dicti Infantis in notulis publicorum instrumentorum factorum pretextu Curie presentis.

Egregius vir Petrus Comes Urgelli et Vicecomes Agerensis nepos Domini Regis, in pupillari etate constitutus, non se dicta die personaliter presentavit. Sed egregia Cecilia Comitissa Urgelli et Vicecomitissa Agerensis mater et tutrix dicti Comitis, Domini Regis per suam litteram intimavit, se constituisse procuratorem seu actorem Raymundum de Pinello, et credens quod idem Raymundus dicta die dicte Curie adesse non posset, supplicavit dicto Domino Regi quod dignaretur in presenti Curia providere quod quando dictus procurator veniret, reciperetur ad Curiam antedictam. Die vero prefixa Petrus de Podio iunior iurisperitus Ilerde, asserens se fore procuratorem una cum dicto Raymundo de Pinello dicte Comitisse nomine dicti Comitis, seu eius tutricis predicte, licet adhuc procuratorium non haberet, se presentavit. Die vero intitulata quinto Idus Septembris dictus Raymundus de Pinello se presentavit cum suficienti procuratorio, quod inferius registratum est in titulo procuratorum, quodquam actum fuit die intitulata septimo Idus Augusti anni predicti et fuit admissus de gracia speciali.

Nobilis Raymundus Rogerii Comes Pallariensis se personaliter minime presentavit; sed pro ipso comparuit Raymundus Rogerii eius filius cum procuratorio insufficienti; tamen de gracia fuit admissus, ut in declaracione subscripta continetur.

Nobilis Hugo Vicecomes Cardone die prefixa se personaliter presentavit; sed Berengarius de Podiolo miles, procurator eiusdem, die predicta comparuit; et procuratorium est registratum inferius in titulo procuratorum. Et prestito iuramento per dictum procuratorem se credere dictum Vicecomitem iustam causam habere obquam non se potuit personaliter presentare, idem procurator admissus fuit de gracia.

Nobilis Dalmacius Vicecomes de Rochabertino pupillus est, ideo se personaliter die prefixa minime presentavit; sed die eadem nobilis Guillelmus Galcerandus de Cabrencio, alias vocatus de Rochabertino, eius patruus, asserens se tutorem dicti Vicecomitis se presentavit, tamen tutoriam aliquam non ostendit. Die tamen eadem Guillelmus Doix armorum Uxerius Domini Regis, tutorio nomine dicti Vicecomitis, se presentavit die predicta et ostendit quedam instrumenta faciencia pro dicta tutoria, que inferius in titulo procuratorum registrata sunt. Et postmo-

dum dictus nobilis Guillelmus Galcerandi obtulit duas papireas litteras que similiter sunt in dicto titulo presentate fuit *(sic)* Fuit ordinatum quod ambo admiterentur absque tamen preiudicio partis utriusque.

Nobilis Bernardus Vicecomes Caprarie, die prefixa se personaliter presentavit.

Nobilis Petrus de Fonolleto Vicecomes de Caneto et de Insula, die prefixa se personaliter presentavit.

Nobilis heres nobilis Johannis de Sono Vicecomes de Sancto Martino pupillus est, et non ipse, seu eius tutor, nec alius pro eo, die prefixa presentavit; sed die qua computabatur tercio Nonas Septembris presentavit se Berengarius de Monteolivo et Gondissalvus de Castroveteri de camera Domini Regis, procuratores Eymerici de Pulcrovicino tutoris, ut asseritur, dicti nobilis pupilli. Habetur procuratorium et est registratum in titulo procuratorum inferius. Et fuerunt dicti procuratores admissi de gracia speciali.

Nobilis Petrus Vicecomes de Vilamuro die prefixa se personaliter minime presentavit, sed die eadem pro eo Ferrarius Dareny eius procurator. Habetur procuratorium, et est inferius registratum in dicto procuratorum titulo. Dictus vero procurator fuit de gracia receptus, prestito per ipsum iuramento se credere dictum Vicecomitem iustam causam habere obquam non potuit dicta die personaliter comparere.

Nobilis Rogerius Bernardi Vicecomes Castriboni non die prefixa personaliter presentavit; sed Berengarius de Malla pro ipso, asserens se fore suum procuratorem, se die eadem presentavit, et Ferrarius de Maguerola Scriptor Domini Regis ac Notarius publicus per totam terram et dominacionem Domini Regis, fecit fidem michi dicto scriptori presencium Curiarum dictum Vicecomitem fecisse procuratorem dictum Berengarium cum instrumento procuracionis iuramentum continentem, cum dictus Vicecomes sit maior annorum quatordecim, minor vero viginti.

Nobilis Raimundus de Angularia de Bello podio die prefixa personaliter se minime presentavit; sed pro ipso die eadem comparuit Berengarius de Podiolo miles, procurator ipsius. Habetur procuratorium, et est registratum inferius in titulo procuratorum. Et prestito iuramento per dictum procuratorem, se credere dictum Nobilem iustam excusacionem habere obquam dicta die personaliter comparere non potuit, dictus procurator fuit receptus de gracia.

Nobilis Petrus de Monthecatheno, die prefixa se personaliter non presentavit: sed pro ipso Guillelmus de Blanis, eius procurator, dicta die comparuit, et procuratorium est registratum inferius in dicto procuratorum titulo. Et prestito iuramento per dictum procuratorem se cre-

dere dictum Nobilem iustam excusacionem habere, etc. ut superius, idem procurator fuit receptus de gracia.

Nobilis Arnaldus Rogerii de Pallars die prefixa se personaliter minime presentavit; sed die eadem pro ipso comparuit Arnaldus Guillelmi de Besora, eius procurator, et habetur procuratorium, et est registratum in dicto procuratorum titulo. Et prestito iuramento per dictum procuratorem se credere dictum Nobilem iustam excusacionem habere, etc., idem procurator fuit de gracia receptus.

Nobilis Guillelmus Raymundi de Montecatheno, nec ipse, nec alius pro eo.

Nobilis Othonus de Montecatheno, nec ipse, nec alius pro eo.

Nobilis Guillelmus Galcerandi de Cabrencio, die prefixa se personaliter presentavit.

Nobilis Raymundus Alamanni de Cervilione, nec ipse, nec alius pro eo.

Nobilis heres Amorosii de Rippellis, nec ipse, nec alius pro eo.

Nobilis Guillelmus de Bellera die prefixa se personaliter presentavit.

Nobilis Berengarius de Angularia, nec ipse, nec alius pro eo.

Nobilis Galcerandus de Angularia, nec ipse, nec alius pro eo, seu eius herede.

Nobilis Arnaldus de Ortallo, die prefixa se personaliter minime presentavit; sed die eadem Ferrarius Dareny eius procurator, et constat de procuratorio inferius registrato in titulo procuratorum. Et prestito iuramento per dictum procuratorem se credere dictum Nobilem iustam causam habere, etc., ut superius, idem procurator de gracia fuit receptus.

Nobilis Ludovicus Cornelii pupillus est, et die prefixa pro nobili Beatrice de Cardona, eius matre et tutrice, comparuit Martinus Luppi Dorna actor dicte tutricis. Habetur actoria, et est registrata in titulo procuratorum inferius. Fuit receptus dictus actor.

Nobilis heres nobilis Guillelmi de Cardona, nec ipse, nec alius pro eo.

Nobilis Dalmacius de Queralto, nec ipse, nec alius pro eo.

Nobilis Gilabertus de Crudillis, die prefixa personaliter se minime presentavit; sed pro ipso die tercia qua computabatur tercio Nonas Septembris Guillelmus de Caciano miles, procurator dicti Nobilis comparuit. Et prestito iuramento per dictum procuratorem, dictum Nobilem iustam excusacionem habere, etc. ut supra, idem procurator fuit receptus de gracia speciali.

Nobilis Berengarius de Apilia, nec ipse, nec alius pro eo.

Nobilis Galcerandus de Pinosio die prefixa se personaliter presentavit.

Nobilis Raymundus de Rippellis, nec ipse, nec alius pro eo.

Nobilis Arnaldus de Erillo, nec ipse, nec alius pro eo.

Nobilis heres nobilis Simonis de Muro, nec ipse, nec alius pro eo.

Nobilis Raymundus de Scintillis, nec ipse, nec alius pro eo.

Nobilis Jaspertus de Castelleto, die prefixa se personaliter presentavit.

Nobilis Gilabertus de Crudiliis de Bestracano obiit; sed pro nobili Berengerono de Crudillis, eius heredis, se presentavit nobilis Ademarius de Mosseto dicens, se posse presentare ut coniuncta persona nobilis Erarde, uxoris dicti Gilaberti, quondam tutricis dicti Berengaroni, filie eiusdem, nobilis Ademarii; tamen dictus nobilis Ademarius ut coniuncta persona, seu alias pro dicto nobili Berengarono, non fuit receptus.

Nobilis Poncius de Sancta pace, nec ipse, nec alius pro eo

Nobilis Berengarius de Castronovo, nec ipse, nec alius pro eo.

Nobilis Poncius de Caramanno die prefixa non se personaliter presentavit; sed die intitulata quarto Idus Septembris se personaliter presentavit, et prestito per eum iuramento se iustam excusacionem habere, fuit admissus de gracia.

Nobilis Ademarius de Mosseto die prefixa se personaliter presentavit.

Nobilis Periconus de Meleanno pupillus est; die prefixa se presentavit Berengarius de Montecurvo actor generalis nobilis Constancie matris et tutricis dicti nobilis. Et licet idem actor, ad hec posse specialiter non haberet, tamen fuit receptus, ut in declaracione subscripta continetur.

Nobilis Acardus de Talarno die prefixa se personaliter presentavit.

Nobilis Artaldus de Capraria, alias vocatus de Focibus, die prefixa se personaliter minime presentavit; sed eadem die comparuit Arnaldus de Sau eius procurator generalis. Et licet idem procurator, ad hec plenum posse specialiter non haberet, tamen fuit receptus de gracia, ut in dicta declaracione inferius continetur.

Nobilis Arnaldus de Saga vel eius heres, nec ipse, nec alius pro ipso.

Nobilis Raymundus de Cardona de Thorano obiit; sed Ferrarius de Perues actor generalis nobilis Margarite de Cardona matris et tutricis Periconi de Cardona, filii et heredis Periconi de Cardona, quondam filii et heredis dicti nobilis Raymundi, comparuit die prefixa. Et licet idem actor, plenum posse ad hec specialiter non haberet, tamen de gracia fuit admissus, ut in dicta declaracione est expressum.

Nobilis Bernardus de Sono, nec ipse, nec alius pro eo.

Milites.

Bernardus Guillelmi de Fuxano die prefixa se personaliter presentavit.

Heres Berengarii de Castro eulino, nec ipse, nec alius pro eo.

Petrus de Montetornesio, nec ipse, nec alius pro eo.

Guillelmus de Barberano, nec ipse, nec alius pro eo.

Petrus de Castroveteri seu eius heres, nec ipse, nec alius pro eo.

Heres Guillelmi de Palafolls, nec ipse, nec alius pro eo.

Berengarius de Sancto Vincencio, nec ipse, nec alius pro eo.

Heres Bernardi de Boxadors, nec ipse, nec alius pro eo.

Heres Berengarii de Rajadello, nec ipse, nec alius pro eo.

Heres Berengarii de Jorba, nec ipse, nec alius pro eo.

Heres Ariolii de Ulugia seu ipsius bonorum detentor, nec ipse, nec alius pro eo.

Heres Berengarii de Castro episcopali, nec ipse, nec alius pro eo.

Jacobus de Corvileano die preffixa se personaliter presentavit.

Heres Dalmacii de Peramola, nec ipse, nec alius pro eo.

Heres Berengarii de Fonollario, nec ipse, nec alius pro eo.

Heres Guillelmi de Gallineriis est Arnaldus de Biure, sed die preffixa se personaliter minime presentavit; sed eadem die pro ipso comparuit Bernardus Cavallerii de Villa Bisulduni procurator suus, et procuratorium est registratum inferius in titulo procuratorum. Et prestito iuramento per dictum procuratorem se credere dictum Arnaldum iustam excusacionem habere obquam non potuit se personaliter presentare dicta die, idem procurator fuit admissus de gracia.

Dalmacius Xatmar mentecaptus est; sed pro eo comparuit Guillelmus Sunyer civis Gerunde eius curator, scilicet die prefixa.

Heres Hugueti de Fluviano, nec ipse, nec alius pro eo.

Heres Ferrarii de Villafrancha, nec ipse, nec alius pro eo.

Heres Bernardi de Rippis, nec ipse, nec alius pro eo.

Heres Bernardi de Falchs, nec ipse, nec alius pro eo.

Raymundus de Monteolivo seu eius heres, nec ipse, nec alius pro eo.

Guillelmus de Crexello, non se die prefixa personaliter presentavit, sed Bernardus Guillelmi de Fuxano, et quia non ostendit procuratorium, non fuit admissus.

Heres Raymundi Berengarii de Mediona, nec ipse nec alius pro eo.

Raymundus de Castroeulino, nec ipse, nec alius pro eo.

Bernardus Alamanni Dorriols pupillus est, et pro ipso comparuit die prefixa Bernardus Guillelmi de Fuxano ut pater et legittimus administrator eiusdem.

Raymundus de Timor, nec ipse, nec alius pro eo.

Bernardus de Tous, nec ipse, nec alius pro eo.

Arnaldus Guillelmi de Besora, heres Jacobi de Besora, die prefixa se personaliter presentavit.

Raymundus de Coponibus, nec ipse, nec alius pro eo.

Geraldus de Ulugia, nec ipse, nec alius pro eo.

Guillelmus de Apilia, nec ipse, nec alius pro eo.

Heres Raymundi de Senesterra pupillus est; sed pro eius tutrice, presentavit se Poncius de Burco actor generalis dicte tutricis; fuit receptus ut in declaracione subscripta continetur.

Heres Bernardi de Sancta Eugenia, nec ipse, nec alius pro eo.

Raymundus de Josa, nec ipse, nec alius pro eo.

Franciscus de Bellcastell, die prefixa se personaliter presentavit.

Berengarius Dolms cuius est locus Dolms, die prefixa se personaliter presentavit.

Poncius de Lupiano, die prefixa se personaliter presentavit.

Thomas de Marzano, die prefixa se personaliter presentavit.

Universitates Civitatum et Villarum.

Pro Universitate Civitatis Barchinone, die prefixa se presentarunt Guillelmus Oliverii, Petrus Rovira legum doctor, Jacobus Cavallerii et Petrus Bussoti cives et Sindici dicte Civitatis. Habetur sindicatus, et est registratus in titulo procuratorum.

Pro Universitate Civitatis Ilerde, se presentarunt die prefixa Arnaldus de Bosco, Petrus Muntanyana, Arnaldus de Riusech et Petrus de Podio iunior, cives et Sindici dicte Universitatis, et sindicatus est registratus inferius in titulo procuratorum.

Pro Universitate Civitatis Gerunde, se die prefixa presentarunt Franciscus Terrades iurisperitus et Guillelmus Sunyerii cives et Sindici dicte Civitatis; et sindicatus est registratus in dicto titulo procuratorum.

Pro Universitate Civitatis Terrachone, nullus.

Pro Universitate Civitatis Minorise, die prefixa se presentarunt Jacobus Amargos et Berengarius de Superbalcio cives et Sindici dicte Universitatis; Sindicatus registratus est in dicto procuratorum titulo.

Pro Universitate Civitatis Vici, die premissa se presentarunt Raymundus de Angulo sive de Carnerio et Laurencius de Valle cives et Sindici Universitatis dicte Civitatis; Sindicatus registratus est in dicto titulo procuratorum.

Villarum.

Pro Universitate Ville Cervarie, die prefixa se presentarunt Bernardus Egidii et Arnaldus de Metina Sindici et procuratores Universitatis dicte ville; Sindicatus registratus est in dicto titulo.

Pro Universitate Ville Tarrage, die prefixa se presentarunt Petrus

Oldomar et Raymundus Portapa offerendo procuratorium sufficiens, excepto quod non nominabantur Sindici in ipso. Fuit eis assignata dies ad habendum procuratorium sufficiens, ut in declaracione subscripta continetur.

Pro Universitate Turricelle de Montegrino, die prefixa presentarunt se Raymundus Dalmacii Sindicus et Procurator dicte Universitatis; Sindicatus registratus est in titulo predicto.

Pro Universitate Ville Apiarie die prefixa presentarunt se Berengarius Bleda et Bernardus Bleda Sindici et Procuratores dicte Universitatis; procuratorium registratum est in dicto procuratorum titulo.

Pro Universitate Villefranche penitensium, non die prefixa, sed die intitulata iiij° Nonas Septembris presentarunt se Petrus Poncii et Ferrarius Gilaberti Sindici et Procuratores dicti Universitatis. Habetur procuratorium et est registratum in dicto titulo procuratorum. Et prestito per dictos Procuratores iuramento se iustam impedimenti excusacionem habere, qua impediente, non poterunt comparere die preffixa, fuerunt recepti de gracia.

Pro Universitate Ville Montisalbi, Franciscus Alanyani maior dierum se die prefixa presentavit; et eius procuratorium registratum est in dicto procuratorum titulo, ut inferius continetur.

Pro Universitate Ville Perpiniani die prefixa presentarunt se Johannes de Aldrias, Guillelmus Luppi, Bernardus Olibe legum doctor, Petrus Durandi iurisperitus, Bernardus Egidii et Petrus de Alanyano Consules et Procuratores dicte Universitatis: procuratorium est registratum in titulo antedicto.

Pro Universitate Ville Podiiceritani die prefixa se presentarunt Andreas Fabri Consul et Bertrandus de Dorna alias de Luarteriis Sindici et Procuratores dicte Universitatis: Sindicatus registratus est inferius in dicto titulo.

Pro Universitate Villefranche confluentis, die prefixa, se presentarunt Jacobus Tholose et Petrus Vanomerii Sindici et Procuratores Universitatis dicte Ville; Sindicatus registratus est in dicto titulo.

Pro Universitate Ville Aqualate, die prefixa, se presentarunt Arnaldus Vitalis et Jacobus Moratoni Sindici et Procuratores dicte Universitatis; Sindicatus registratus est in dicto titulo procuratorum.

Pro Universitate loci de Cambrils, nullus.

Pro Universitate loci de Arbucio, nullus.

Pro Universitate loci de Figueriis, die prefixa, se presentarunt Arnaldus de Podio et Guillelmus Bells Sindici et Procuratores dicte Universitatis; Sindicatus est in dicto procuratorum titulo registratus.

Pro Universitate Bisulduni, die prefixa se presentarunt Bernardus Cavallerii et Petrus de Sancta Maria Sindici et procuratores dicte Universitatis: ipsorum sindicatus registratus est inferius in titulo antedicto.

Pro Universitate Ville Campirotundi, die prefixa se presentarunt Arnaldus Corone, Petrus de Cantalonis, Jacobus Materoni et Berengarius Foltrandi Sindici et procuratores dicte Universitatis; sindicatus inferius in dicto procuratorum titulo registratus existit.

Pro Universitate Ville Berge, die prefixa Arnaldus de Condaminis procurator dicte Universitatis se presentavit; procuratorium in dicto titulo procuratorum inferius registratum est.

Pro Universitate Calidarum de Monte bovino, nullus.

Pro Universitate loci sancti Petri de Auro, non die prefixa, sed die qua computabatur pridie Nonas Septembris se presentavit Jacobus Calveti Sindicus et procurator dicte Universitatis; et eius sindicatus est inferius registratus. Et prestito iuramento per dictum Procuratorem, se credere dictam Universitatem iustam excusacionem habere, obquam eadem Universitas ad dictam diem non potuerunt dictum procuratorem seu alium mittere, idem procurator fuit receptus de gracia speciali.

Pro Universitate Ville Coquiliberi, die prefixa se presentarunt Arnaldus Martina Consul et Petrus Durandi mercatores, asserentes se Sindicos dicte Universitatis, sed non ostenderunt sindicatum usque ad diem terciam intitulatam pridie nonas Septembris anni eiusdem, et fuerunt admissi de gracia speciali: ipsorum sindicatus est inferius registratus in dicto titulo procuratorum.

Die vero intitulata quarto nonas Septembris anno predicto, in palacio Castri Perpiniani in qua erat tota generalis Curia congregata et plures alii, qui non erant de Curia antedicta, idem Dominus Rex volendo illustrium predecessorum suorum vestigiis inherere dixit; se hanc Curiam indixisse ad Dei laudem et tocius celestis Curie et pro bono statu sui Cathalonie Principatus, et primo ut convenit se subiciens racioni quod iusticiam faceret de seipso videlicet, quod si per ipsum, aut quosvis officiales suos, aliquid contra iusticiam factum fuerat in dicto Principatu, quod id, mediante iusticia, ad pristinum et debitum statum totaliter reducatur. Et quod in dicta Curia, Dei mediante dono, Constituciones et Ordinaciones fierent ad utilitatem et comodum Principatus eiusdem et degencium in eodem.

Et pro Prelatis et Ecclesiasticis personis, inibi presentibus ipsisque approbantibus, exsurgens venerabilis Hugo Abbas Monasterii Rivipulli comendans multipliciter eiusdem Domini Regis laudabilis voluntatis intentum, post multa comendabilia verba circa predicta per ipsum

Abbatem prolata, eidem Domino Regi humiliter supplicavit, ut dicta per eum, affectu operis adimpleret.

Et pro Nobilibus militibus Curie antedictis, ipsis approbantibus, exsurgens nobilis Petrus de Fonolleto Vicecomes de Caneto et de Insula, respondendo dicto Domino Regi, dixit et fecit responsionem quasi similem in effectu.

Et pro Sindicis Universitatum Civitatum et Villarum predictarum, ipsis Sindicis approbantibus, exsurgens Petrus Çarovira legum doctor, fecit responsionem quasi similem in effectu.

Et cum nonnulli ex superius nominatis, ut in preambulo dicte presentacionis exprimitur, personaliter, et quidam alii per procuratores, plenam ad predictam potestatem habentes, alii vero per Vicarios seu actores, alii per procuratores seu actores minime potestatem habentes, se dicta die et aliis diebus iamdictis presentarunt, et quidam alii, nec per se seu alium, se presentare curassent, Dominus Rex mandavit dicto Cancellario quod vocatis ad se venerabilibus Jacobo de Faro et Jasperto de Tregurano iurisperitis Consiliariis suis, vocatisque duodecim de dicta Curia electis superius et inferius nominatis, cognosceret presentaciones, procuraciones, actorias et sindicatus predictos, et de excusacionibus antedictis se plenius informaret, et ei relacionem faceret, ut audita eius relacione super iamdictis, posset facere declaracionem decentem.

Dei vero intitulata quinto Idus Septembris anno predicto in Perpiniano, dictus Dominus Rex, audita predictorum relacione a dicto suo Cancellario; Attendens quod licet ex premissorum presentacionem tenore intuentur e certo quod Raymundus de Cumbis procurator Romei de Cumbis Vicarii dicti Reverendi Fratris Sancii Archiepiscopi Terrachone, Petrus Tholoni procurator nobilis Guillelmi Raymundi de Montecatheno Vicarii venerabilis Stephani Ilerdensis Episcopi, Bertrandus de Monteacuto procurator Petri Garcia de Rada bacallarii in utroque Iure et officialis et Berengarii de Lercio Canonici Vicenses Vicariorum venerabilis Luppi Vicensis Episcopi, seu eos constituentes, ac Franciscus Rufacii Vicarius generalis venerabilis Michaelis Barchinone Episcopi, et Frater Raymundus de Altarippa Vicarius venerabilis Amelii Abbatis Monasterii sancti Michaelis de Cuxano, et Nobilis Raymundus Rogerii Comitis Pallariensis, et Berengarius de Montecurvo actor generalis nobilis Constancie matris et tutricis Nobilis Periconi de Meleanno, et Arnaldus de Sau procurator generalis Nobilis Artaldi de Capraria alias vocati de Focibus, ac Ferrarius de Perues actor generalis Nobilis Margarite de Cardona matris et tutricis nobilis Periconi de Cardona, quondam filii et heredis Raymundi de Cardona quondam, et Pon-

cius de Bierto actor generalis tutricis heredis Raymundi Senesterra, ut fieri debebat, iuxta Constituciones Cathalonie generales, mandatum seu plenum posse ad hec specialiter non haberent; et licet eciam in procuratorio Universitatis Ville Tarrege nomina procuratorum minime exprimerentur; Attamen idem Dominus Rex, approbantibus et consencientibus subscriptis duodecim pro generale dicte Curie ad hec specialiter deputatis et a dicto generali habentibus potestatem, videlicet; venerabili Nicholao Urgellense Episcopo, Nobili Petro de Fonolleto Vicecomite de Caneto et de Insula, Nobili Guillelmo Galcerandi de Cabrencio alias vocato de Rochabertino, Vitali de Blanis Abbati sancti Felicis Gerundensis, Francisco Rufacii Vicario Barchinone Episcopi, Arnaldo de Busquetis canonico Barchinone, Berengario Dez pujol et Bernardus Guillelmi de Fuxano militibus, Petro Ça Rovira legum doctore cive Barchinone, Arnaldo de Bosco cive Ilerde, Francisco Terrades Gerunde, et Bernardo Olibe legum doctore ville Perpiniani, prestitis tamen iuramentis per procuratores dictorum Vicariorum Archiepiscopi Terrachone, Episcoporum Ilerde et Vici, ac per Vicarios Barchinone Episcopi, et Abbatis Monasterii sancti Michaelis de Cuxano, ac per procuratores nobilium Comitis Pallariensis et Artaldi de Focibus, se credere eorum principales iustam excusacionem habere, qua obstante, die prefixa idem principales pro dicta Curia non poterunt personaliter comparere, idem Dominus Rex in hiis scriptis voluit, quod dicti procuratores, vicarii et actores et Petrus Oldomar ac Raymundus Portapa qui pro dicta Universitate Tarrege se et dictum procuratorium presentarunt, ad presentem Curiam et actus eiusdem admiterentur de gracia speciali; hoc tamen adiecto, quod omnes superius nominati, aut alii pro ipsorum principalibus, intra unum mensem a die presenti in antea continue numerandum, in presenti Curia teneantur ad hec sufficiencia procuratoria presentare, cum ratihabicione eorum que facta fuerunt et fient in presenti Curia per superius nominatos; et nisi dicta procuratoria presentaverint intra mensem iamdictum, quod in dicta Curia extunc ipsi seu eorum principales nullatenus admitantur, quin pocius ab ea totaliter expellantur. Licet inquam venerabilis Berengarius Gerundensis Episcopus, et venerabilis Jacobus Episcopus Dertusensis, ac venerabilis Stephanus Elnensis Episcopus, et venerabilis frater Arnaldus abbas Monasterii Populeti, ac venerabilis frater Guillelmus Abbas Monasterii Sanctarum Crucum, ac venerabilis frater Boso Abbas Monasterii Ameriensis, venerabilis frater Jacobus Abbas Monasterii Sancti Laurencii de Monte, venerabilis Berengarius Abbas Monasterii Stagnensis, inclitus Infans Petrus Rippacurcie et Monta nearum de prades Comes, inclitus Infans Ferdinandus Marchio Der-

tuse et Dominus de Albarrazino, Nobilis Hugo Vicecomes Cardone, Nobilis Petrus Vicecomes de Vilamuro, Nobilis Rogerius Bernardi Vicecomes Castriboni, nobilis Raymundus de Angularia de Bellopodio, Nobilis Petrus de Montecatheno, Nobilis Artaldus Rogerii de Pallars, Nobilis Arnaldus de Ortallo, Nobilis Gilabertus de Crudillis, et Arnaldus de Biure, se personaliter die prefixa minime presentarunt, quia tamen eorum procuratores se presentarunt die eadem cum sufficientibus procuratoriis, et, ut continetur superius, iurarunt ad sancta Dei Evangelia, se credere dictos eorum principales iustas causas habere, quibus intervenientibus, dicti eorum principales die prefixa dicta de causa non potuerunt pro dicta Curia personaliter presentare, dictus Dominus Rex in eisdem scriptis, consencientibus et approbantibus duodecim antedictis, voluit dictos principales suo casu et eorum procuratores ad presentem Curiam et ipsarum actus debere admitti modo simili de gracia speciali. Quamvis, insuper, venerabilis Nicholaus Urgellensis Episcopus, Gispertus Albarati et Michael Fusceti Canonici Urgellenses procuratores Capituli Urgellensis, venerabilis Bernardus Abbas Monasterii Campirotundi, venerabilis Berengarius Abbas Monasterii Arularum, et Raymundus de Pinello ac Petrus de Podio iurisperitus Ilerdensis iunior procuratores Egregie Sicilie Comitisse Urgelli e Vicecomitisse Agerensis Tutricis Egregii Petri Urgelli Comitis et Vicecomitis Agerensis, ac Berengarius de Monteolivo et Gondissalbus de Castroveteri procuratores Eymerici de Pulcro vicino tutoris Nobilis Vicecomitis de Sancto Martino, Nobilis Poncius de Caramanno, ac Petrus Poncii et Ferrarius Gilaberti Sindici et procuratores Universitatis Villefranche penitensium, et Arnaldus Martina Consul, et Petrus Durandi Sindici et procuratores Universitatis Coquiliberi, non die prefixa sed post, ut continetur, superius presentaverint se ex causa Curie antedicte, tamen Dominus Rex predictus, approbantibus et consencientibus duodecim antedictis, voluit quod ad presentem Curiam admitterentur de gracia speciali. Insuper, cum inclitus Infans Raymundus Berengarii Comes Impuriarum qui, ut Comes, ad presentem Curiam citatus fuerat, ut Comes suum procuratorem ad dictam Curiam minime transmisisset, dictus Dominus Rex, consencientibus et approbantibus duodecim antedictis, declaravit Nobilem Franciscum de Cerviano procuratorem dicti Infantis cum procuratorio, per eundem procuratorem oblato, in presenti Curia minime debere admitti. Sed si idem Infans, intra quindecim dies a die presenti in antea continue numerandos, suum procuratorem sufficientem, ut Comes, transmitteret, quod idem procurator admitteretur in Curia antedicta, alias non. Presentibus testibus huic declaracioni Nobilibus Luppo Comite de Lu-

na et domino Civitatis Sugurbii, Bernardo de Capraria, venerabilibus Rogerio de Rovenato, Matteo Mercerii, Petro Cortit Militibus Consiliariis, Alamando Petri de Verduno scriptore Secretario, et Ferrario de Maguerola Scriptore dicti Domini Regis.

Die vero sequenti intitulata quarto Idus Septembris anni predicti, venerabilis Jacobus de Faro et Jaspertus de Tregurano Consiliarii dicti Domini Regis, presente me Scriptore ac Notario infrascripto, ad mandatum Regium eis factum per venerabilem in Christo Patrem dominum Hugonem divina providencia Valencie Episcopum dicti Domini Regis Consiliarium et Cancellarium, accesserunt ad Monasterium Fratrum Minorum Perpiniani, in quo erant, dicte Curie in diversis locis Brachia congregata, ubi dicte Curie negocia tractare inceperant, et primo Brachio Prelatorum et personarum Ecclesiasticarum, secundo Nobilium et militum Brachio, tercio Brachio Civitatum et Villarum, expressis eisdem causis superius expressatis ex parte dicti Domini Regis, iniuxerunt eisdem, quod dicti Infantis procuratorem pretextu dicti procuratorii ad dicte Curie tractatus non admitteretur quovismodo; tamen, si infra dictos quindecim dies, dictus Infans suum procuratorem suficientem ut permittitur ad dictam Curiam destinaret, quod idem procurator graciose admitteretur ut superius est expressum. Et de predictis idem dicti Domini Regis nomine requisiverunt fieri publicum seu publica, tot quot voluerint, instrumenta. Presentibus testibus, Vitale de Blanis Abbate Sancti Felicis Gerundensis, et Francisco Rufacii vicario Episcopi Barchinone, Nobili Petro de Fonolleto Vicecomite de Caneto et de Insula, ac Bernardo Guillelmi de Fuxano milite, Petro Ça rovira legum doctore Barchinone, et Bernardo Egidii vicino Cervarie.

Et die intitulata quinto Idus Septembris anni predicti, idem Dominus Rex, in sue celsitudinis presenciam constitutis duodecim superius nominatis, ratifficans et confirmans expresse protestacionem eiusdem Domini Regis nomine et mandato per dictum Cancellarium super facto incliti Infantis Ferdinandi, fuit modo simili protestatus, prout continetur in instrumento de predictis facto, quod est notatum in titulo instrumentorum publicorum inferius.

Die Veneris vero intitulata quintodecimo Kalendas Octobris anni eiusdem, in presencia mei Notarii et testium subscriptorum in Monasterio fratrum Minorum ville Perpiniani, ubi erat tota predicta generalis Curia congregata pro tractandis negociis Curie antedicte, presentibus inibi venerabilibus Jacobo de Faro et Jasperto de Tregurano Consiliariis dicti Domini Regis per dictum Dominum Regem, hac de causa ad dictam Curiam destinatis, in plena Curia, absente tamen dicto Domino Re-

ge, consenciente et approbante, dicta Curia, venerabilis et Religiosus frater Johannis Ferdinandi de Heredia Castellanus Emposte ordinis Hospitalis Sancti Johannis Iherosolimitani, pro tota dicta Curia verbo dixit, quod tota dicta Curia inherebat protestacioni facte prima per venerabilem Valencie Episcopum, Domini Regis Cancellarium, ipsius Domini Regis nomine et mandato videlicet; quod pretextu titulorum quibus dictus inclitus Infans Ferdinandus se nititur nominare, in hiis in quibus sibi ex dictis titulis idem Infans ius videtur seu nititur vendicare, ius aliquod accrescere minime valeat ullo modo. Et subsequenter ratifficacioni et confirmacioni ac protestacioni facte per dictum Dominum Regem super predictis, tanquam iustis et ex mera iusticia procedentibus, pro contradicendo expresse ex adverso dictis et protestatis verbo vel scriptis ubicumque per procuratores dicti Infantis contra protestacionem iamdictam. Que omnia per dictum Castellanum dicta, tota dicta Curia confirmavit potissime cum per dictum Castellanum et per totam dictam Curiam inibi dictum fuisset, quod in dominio dicti Domini Regis quis non poterat nec debebat Procurator generalis existere, nisi ille cui Dominus Rex procuracionem generalem vellet comittere ante dictam, presentibus testibus, etc.

Et die intitulata xij° Kalendas Octobris anni eiusdem, subscripti procuratores obtulerunt sua sufficiencia procuratoria, que inferius, in titulo procuratorum, registrata existunt, videlicet:

Reverendi in Christo patris fratris Sancii Terrachone Archiepiscopi.

Venerabilis in Christo patris Michaelis Barchinone Episcopi.

Venerabilis in Christo patris Stephani Ilerdensis Episcopi.

Et die qua computabatur pridie Nonas Octobris anno predicto, venerabilis Frater Raymundus de Altariba procurator venerabilis Fratri Amelii Abbatis Monasterii sancti Michaelis de Cuxano obtulit procuratorium sufficiens, ut inferius registratum existit in dicto capitulo procuratorum.

Die qua computabatur Nonas Octobris, Sindici superius nominati Universitatis ville Tarrege presentarunt suum sindicatum, qui registratus est inferius in titulo procuratorum premisso.

Die Martis vero intitulata quarto Idus Octobris anno predicto, tota dicta Curia congregata, dictus Rex proposuit verbo, Curie antedicte, quod in Insula Sardinie propter rebellionem Baronum de Auria fuerant maxima guerrarum discrimina suscitata, quorum pretextu Insula eadem erat exposita maximis periculis et iacturis. Et cum pro diversis negociis gravibus qui idem Domino Regi diversimode occurrerunt, temporibus retroactis, eius Thesauraria sit adeo exausta pecunia, quo ad sum-

ptus necessarios fiendos in execucionibus iusticie, qui fieri habent contra Barones predictos, idem Dominus Rex sufficere non valeret, rogavit omnes de Curia antedicta, quod super hiis copiosum prestarent subsidium, cum quo, super iamdictis honori et statui dicti Domini Regis et utilitati rei publice ipsius subditorum et defensioni dicte Insule valeret debite provideri.

Et consurgens venerabilis et religiosus frater Johannes Ferdinandi de Heredia Castellanus Emposte iamdictus, pro Brachio Prelatorum et personarum ecclesiasticarum, ipsis consencientibus et approbantibus, post laudabilem comendacionem bone intencionis Domini Regis quam protulit dixit; quod dictum Brachium cum aliis Brachiis Curie et per se ipsum deliberarent super propositis per Dominum Regem et quod facerent, Deo propicio, bonam responsionem, de qua Dominus Rex prefatus debebit et poterit contentari.

Surgens insuper Nobilis vir Petrus de Fonolleto Vicecomes de Caneto et de Insula, pro Brachio Nobilium et Militum, et fecit quasi similem in effectu responsionem ad idem, approbante et consenciente Brachio antedicto.

Et districtus Petrus Ça rovira legum doctor Civis et sindicus Barchinone, pro Brachio Civitatum et Villarum surgens, approbantibus et consencientibus Sindicis Villarum predictarum, fecit quasi similem responsionem in effectu ad predicta.

Die Mercurii intitulata sexto Kalendas Novembris anno Domini Millesimo CCC° Quinquagesimo, Domino Rege presente in Curia, pro generale dicte Curie surgentibus et pro dicta Curia dicentibus Abbate Rivipulli, Vicecomiti de Caneto et Petro Rovira, nemine dicte Curie discrepante, fuit concessa dicto Domino Regi generalis imposicio, prout in capitulis inde factis continetur, que inibi lecta fuerunt de verbo ad verbum, quorum tenores secuuntur inferius. Et dictus Dominus Rex, acceptans concessionem, dixit, quod recognosceret capitula antedicta ut si que abtanda essent, in ipsis abtarentur.

Testes Raymundus de Villa nova Miles, Bernardus de Ulzinellis, Jacobus de Faro, Jaspertus de Tregurano, Guillelmus Doix, Rodericus de Luxo, Dominico Dassio, etc.

Die Sabbati intitulata xij° Kalendas Decembris, dictus Dominus Rex constitutus personaliter in capitulo Monasterii Minorum Perpiniani, presente dicta Curia dixit, quod cum ipse vellet Capitula facere recognosci, quod illi de Curia aliquos de eorum Brachiis ordinarent qui, cum dicto Domino Rege vel deputandis ab eo, dicta capitula recognoscerent et abtarent.

Et fuerunt ad hec per dictam Curiam qui, nemine contradicente, dictam dicti Domini Regis proposicionem acceptam habuit, ordinati fuerunt, videlicet; pro Brachio Ecclesie, venerabilis frater Arnaldus Balneolarum, frater Franciscus Sancti Johannis de Abbatissis, frater Bernardus Campirotundi, Vitalis de Blanis sancti Felicis Gerundensis Abbatis et Franciscus Rufacii Vicarius et procurator Barchinone Episcopi; Nobilis Petrus de Fonolleto Vicecomes de Caneto et de Insula, Berengarius de Podiolo miles, Azbertus de Gacello et Franciscus de Rippis, pro Brachio Richorum hominum et Militum; et Petrus Rovira legum doctor ac Guillelmus Oliverii cives et Sindici Civitatis Barchinone, et Arnaldus de Riudeset Civis et Sindicus Civitatis Ilerde, et Petrus de Angularia Sindicus Universitatis ville Montisalbi, pro Brachio Civitatum et Villarum Cathalonie.

Die Lune vero sequenti qua computabatur decimo kalendas Decembris anni eiusdem, in noctis crepusculo in Monasterio Fratrum Minorum scilicet, in capitulo Monasterii eiusdem in quo erat dicta Curia congregata, per dictum Dominum Regem, approbante et consenciente dicta Curia, fuerunt facte certe Constituciones contente in quodam quaterno papireo, que per me fuerunt lecte et publicate, et fuit ordinatum per dictum Dominum Regem, approbante et consenciente dicta Curia, quod dicte Constituciones recognoscerentur et abterentur substancia facti mutata minime per discretos Petrum de Rovira legum doctorem et Jacobum de Faro Consiliarium dicti Domini Regis.

Fuerunt eciam facte Constituciones super quibusdam iuris que dictari et ordinari debebant per venerabilem dominum Hugonem Valencie Episcopum, Domini Regis Cancellarium, fratrem Franciscum Abbatem Monasterii sancti Johannis de Abbatissis, Berengarium de Podiolo militem, ac dictum Petrum de Rovira et Jacobum de Faro predictum. Et per hos eosdem debent dictari Constituciones Petri Alberti, seu declaraciones.

Fuit eciam facta Constitucio super retencione prohibicionum facta per Dominum Regem Aragonum, Domini Regis predicti genitorem, in donacione facta inclito Domino Infanti Ferdinando, fratre dicti Domini Regis, in civitate Dertuse sic quod ipsa retencio observetur iuxta sui formam, usu quocunque in contrarium usitate minime obsistente. Declaravit tamen dictus Dominus Rex et retenuit, approbante et consenciente dicta Curia, quod propter huiusmodi Constitucionem alicui iuri suo seu dicti Infantis nullum preiudicium valeat generari.

Constituciones vero omnes sunt que secuuntur inferius.

Ibidemque dicta die et hora, facta recognicione dictorum Capitulorum, lectisque per me dictum Notarium nonnullis ex ipsis in quibus quedam per iamdictos fuerunt abtata, dictus Dominus Rex et dicta Curia, nemine discrepante, omnia predicta Capitula que iamdicta die Sabbati computata vj° Kalendas Novembris anni presentis, in dicta Curia lecta fuerunt et pro lectis habuerunt, quorum omnium Capitulorum tenor sequitur sub hiis verbis;

Primerament es avengut, etc.

Et confestim consenciente et approbante dicta Curia, discrepante nemine, fuerunt facte Constituciones de contentis in primo, secundo, tercio, quarto, quinto, sexto ac septimo decimo Articulis.

De contentis vero in aliis Capitulis predictis, fuit firmatum instrumentum publicum per dictum Dominum Regem, in dicta Curia, in posse mihi Notarii supradicti.

Et nichilominus, approbante et consenciente dicta Curia, dictus Dominus Rex ordinavit ac voluit et concessit quod, non obstante Constitucione edita in Montealbo per dictum Dominum genitorem suum qua cavetur, quod aliquis non possit esse Vicarius in Cathalonia de Vicaria illa in qua domiciliatus existit, dictus Dominus Rex ad postulacionem et supplicacionem Consiliariorum et Proborum hominum Civitatis Barchinone, possit pro triennio proxime sequenti Vicarium Barchinone et Vallensis ordinare quem voluerit habitatorem in Vicaria iamdicta, dum tamen fiat ad postulacionem et supplicacionem Consiliariorum et Proborum hominum iamdictorum.

Firmavit et iuravit Dominus Rex.

Firmarunt eciam et jurarunt subscripti.

Castellanus Emposte, etc.

Die Martis qua computabatur nono Kalendas Decembris anni eiusdem, dicto Domino Rege in quadam camera sui Regii Castri Ville Perpiniani personaliter constituto, in qua erat tota dicta Curia congregata, omnes de Curia antedicta, nemine discrepante, consenserunt dicto Domino Regi, quod totum id quod decostitit et costabit armamentum illius galee que pridem ad Domini Regis servicium missa extitit ad Insulam Sardinie et quandiu in dicti Domini Regis servicio fuerit, solvatur ex peccunia imposicionis generalis iamdicte.

Et dictus Dominus Rex, acceptans gratamque et acceptam habens concessionem iamdictam, prorogavit presentem Curiam, continuandam in Perpiniano, usque ad vicesimam diem inclusive instantis mensis Ianuarii.

Et fuerunt testes qui supra.

Die prima Febroarii anno a Nativitate Domini Millesimo CCC° Quinquagesimo primo, honorabilis Bernardus de Thous miles et Jacobus de Faro Consiliarii Domini Regis, factis per Dominum Regem responsionibus et provisionibus in Capitulis gravaminum per Curiam generalem oblatis eidem Domino Regi, de ipsius Domini Regis mandato, obtulerunt dicte Curie in Monasterio Fratrum Minorum dicta Capitula cum dictis provisionibus et responsionibus in fine cuiuslibet Capitulorum contentis.

Obtulerunt eciam dicti Domini Regis Consiliarii prefati dicte Curie per modum Constitucionum dictarum Capitula que secuuntur;

Has constituciones, etc.

Et die xij mensis Febroarii anno predicto in Castro Perpiniani, consulente, approbante et assenciente dicta Curia generali, Dominus Rex fecit super facto necis nefandissime perpetrate in personam Abbatis Sancti Cucuphatis Vallensis, processum et Constitucionem que incipit;

Quia Reges qui iudicant terram.

Et tota Curia voluit quod Jaspertus de Tregurano Consiliarius Regius et Petrus Rovira legum doctor recognoscerunt dictum processum et illum abtarent in hiis in quibus quo ad alia negocia possent preiudicia generari.

Et dictus processus fuit recognitus per eosdem, et voluerunt quod transiret prout superius continetur.

Cum Dominus Rex, in generali Curia quam in civitate Cesaraugusta Aragonensem ultimo celebravit, promisisset quod facerent posse suum quod moneta Iaccensis afforetur in locis ipsius Regni videlicet, ad racionem decemocto denariorum Barchinone duodecim denariis Iaccensibus, die xij Marcii anno a Nativitate Domini Millesimo CCC° Quinquagesimo primo, idem Dominus Rex mandavit discreto Jacobo de Faro eius Consiliario quod apud Monasterium fratrum Minorum Perpiniani, ubi dicta erat Curia congregata, accederet et generale dicte Curie rogaret ex parte eiusdem ut afforamentum dicte monete Iaccensis in presenti Curia fieri sustinerent. Quiquidem Jacobus de Faro ad dictum Monasterium in quo, ut premititur, congregata erat Curia antedicta, accedens personaliter, presentibus me Notario et testibus infrascriptis, ex parte ipsius Domini Regis dictam rogavit Curiam et Prelatos, Religiosos, personas Ecclesiasticas, Barones, Milites, Cives et Sindicos Civitatum et Villarum in dicta Curia, quod dictum afforamentum consentirent fieri in Curia antedicta. Dicti Domini Regis intuitu et honore, predicti vero de Curia antedicta, auditis predictis per dictum Jacobum de Faro pro parte dicti Domini Regis eis expositis, retinuerunt

sibi deliberacionem super eisdem. Et paululum Nobilis vir Petrus de Fonolleto, approbante dicta Curia et volente et pro eadem Curia dixit, post plura verba, quod predicta eadem Curia comode concedere non valeret pluribus de causis, qui in maximum dampnum mercatorum Cathalanorum qui in diversis locis Regni Aragonum negociaciones suas gerunt in dicto casu multipliciter devenirent. Et de predictis, dictus Jacobus de Faro dicti Domini Regis nomine, requisivit per me subscriptum Notarium fieri publicum instrumentum.

Testes Simon Rovira Notarius Barchinone et Petrus Mir Domini Regis porterius.

Die quartadecima Marcii anno a Nativitate Domini Millesimo CCC° Quinquagesimo primo, cum Dominus Rex vellet presentem Curiam concludere, seu licenciare, personaliter accessit de gracia speciali, quamvis non teneretur, ad domum capituli Monasterii fratrum Minorum ville Perpiniani in qua erat dicta Curia congregata, et ibidem existens, more Regali, feci per me subscriptum Notarium de consilio, asenssu et approbacione dicte Curie, publicari Constituciones que incipiunt; *Hac nostra constitucione sanccimus*, etc. Mandavit eciam fieri confirmacionem cum privilegio iurato quod iuravit de Capitulo edito in Curia Montissoni quod incipit; *Item ordinamus et statuimus quod scriptores Curiarum*, etc. Fuit eciam facta, de consilio, asenssu et approbacione dicte Curie, Constitucio duratura usque ad primam generalem Curiam celebrandam in Cathalonia de Capitulo quod incipit; *Quia rerum experiencia Nos docuit*, etc.

Fuit eciam additum Capitulis imposicionis concesse Domino Regi, Capitulum sequens; *Item com encara lo Sant Pare no haia consentit lo dit atorgament*, etc.

Fuit eciam actum, consenciente et approbante dicta Curia, quod licet super facto loci de Alguerio solum dicta imposicio dicatur fuisse concessa, quod in omnibus execucionibus faciendis ubicumque in Sardinia et Corsice Regno aut si veniret contra dictum Dominum Regem posse gencium extraneorum, etc., dicta imposicio extendatur prout in xj° Capitulo Oblacionis dicte imposicionis continetur.

Actum eciam extitit et concordatum, consenciente et approbante Curia antedicta, quod si quidem per quosvis ex predictis de dicta Curia dicto Domino Regi data seu concessa fuerunt interim racione execucionum predictarum de peccunia dictarum imposicionum cum locus affuerit deducantur, et ea restituantur eisdem, seu ea possint penes se retinere ex peccunia antedicta, aliis vero Capitulis in eorum robore permanentibus et vigore.

Et hiis peractis, incontinenti dictus Dominus Rex conclusit et licenciavit Curiam antedictam sic quod quisque, cum Dei benediccione, possit ad propia remeare.

Tenores vero dictarum Constitucionum factarum in villa Perpiniani sun que seguuntur.

[1] In nomine Sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Noverint universi, quod cum Nos Petrus Dei gracia Rex Aragonum, Valencie, Maiorice, Sardinie et Corsice, Comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, leges predecessorum nostrorum super hoc sequentes mandavissemus, pro bono statu et reformacione Principatus Cathalonie, generalem Curiam Cathalanis in villa Perpiniani, ut moris est fieri, celebrandam, convenissetque ad easdem Curiam et Villam Prelati, persone Eclesiastice, Religiosi et Procuratores Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium, Richi homines, Milites, Cives et Homines Villarum ac Procuratores et Sindici Universitatum Civitatum et Locorum Cathalonie, quorum nomina inferius describuntur, ideo tractatu super [2] infrascriptis cum eisdem habito, ad supplicacionem et de consilio, approbacione et asensu eorundem, Constituciones, confirmaciones et declaraciones pro bono statu terre dicti Principatus, fecimus infrascriptis [3].

[4] I. In primis siquidem ordinamus et statuimus, quod nulli qui deinde Nobis preces pro se fundat aut supplicet, ut [5] officium Vicarie aut Baiulie aut quodvis aliud pro quo in Cathalonia tabula teneri debeat, comittamus cum tale [6] qui sic pro se supplicando officio se ingerit, suspectum debeamus merito ad ipsius regimen reputare. Et illud idem rogantibus [7] pro se super provisione eisdem de officio Inquisitorum tabule fiendam, volumus observari.

[1] *Z. j. 4.* (Rubrica): Incipiunt constituciones editas per illustrissimum dominum Regem Petrum tertium in generali curia Perpiniani. Probemium.

[2] *Z. j. 4*: *super hoc.*

[3] *Z. j. 4*: *infrascriptas.*

[4] *Z. j. 4.* (Rubrica): Alicui pro se deprecanti officium jurisdiccionis pro quo tabula teneri debeat seu officium inquisicionis ipsius tabule nullatenus comitatur.

[5] *Z. j. 4*: omite *ut.*

[6] *Z. j. 4*: *cum talem.*

[7] *Z. j. 4*: *in deprecantibus.*

[1] II. Cum non debeat per unam viam concedi quod per aliam denegatur, ordinamus et statuimus quod si contingat alicui Vicario, Baiulo aut cuicunque alii Officiali ordinario, aliquam causam per Nos, vel alium inde potestatem habentem, delegari seu comitti, de qua si absque delegacione vel comissione speciali iure ordinario cognosceret, salarium recipere non auderet, nullum inde salarium pretextu, seu vigore ipsius delegacionis seu comissionis, audeat recipere vel habere. Judex, tamen, vel acessor huic Officiali in dicta causa assistens, possit et sibi liceat salarium recipere moderatum.

[2] III. Sane, quia iuxta Constituciones Curiarum preteritarum, Notarii, Regentes scribanias Curiarum, Vicariorum et Baiulorum Nostrorum tenentur tenere tabulam prout et quando alii officiales tenere astringuuntur, possetque verti in dubium an interim suspendi debeant a regimine earundem, ideo ordinamus et statuimus quod ipsi Notarii, regentes dictas scribanias, sive eas habeant ad ius perpetuum [3] ad vitam seu ad tempus, suspendantur [4] a regimine earundem tamdiu quandiu tabulam tenebunt, prout secundum formam Constitucionum predictarum officiales [5] predicti removentur [6] vel suspenduntur, nec ad ipsarum regimen pretextu comissionis nostre aut Inquisitorum tabule vel alias redire possint, nisi eo modo quo Vicarii, Baiuli et alii Officiales tabulam tenere astricti, iuxta dictas Constituciones [7] ad tenendum dicta officia redire possunt; adiecto quod si scribania fuerit illius Notarii qui tabulam tenebit, quod durante tempore tabule possit alicui bone et idonee persone regimen ipsius scribanie comitere, qui, pro ipso, ipsam scribaniam teneat et gubernet.

[8] IIII. Quia subiectorum nostrorum utilitas non exposcit quod alicui qui Scribaniam alicuius Curie habeat vel substitutis ab eo principale officium ipsius Curie comittatur, ordinamus et statuimus quod alicui habenti nunc vel infuturum Scribaniam Curie, Vicarii, Baiuli vel

[1] *Z. j.* 4. (Rúbrica): ORDINARIUS SI COGNOSCAT DE CAUSA SUI OFFICII EX COMISSIONE SUPERIORIS NEQUEAT RECIPERE SALARIUM PRETEXTU COMISSIONIS IPSIUS.

[2] *Z. j.* 4. (Rúbrica): NOTARII REGENTES SCRIBANIAS CURIARUM, VICARIORUM ET BAIULORUM, ETIAM SI SINT PERPETUI, DUM TABULAM TENUERIT AB IPSO REGIMINE SUSPENDANTUR.

[3] *Z. j.* 4: *ad in perpetuum.*

[4] *Z. j.* 4: omite *suspendantur.*

[5] *Z. j.* 4: omite *officiales.*

[6] *Z. j.* 4: *remoueantur.*

[7] *Z. j.* 4: *iuxta constituciones.*

[8] *Z. j.* 4. (Rúbrica): HABENTI SCRIBANIAM ALICUIUS CURIE SEU SUBSTITUTIS EIUSDEM OFFICIUM PRINCIPALE IPSIUS CURIE NULLATENUS COMITATUR.

alterius Officii ordinarii, officium Vicarie vel Baiulie vel quodvis aliud Officium ordinarium illius Curie in qua scribania habebit, eciam si per subtitutum eandem regeret aut substitutis eiusdem, nullatenus comitatur; per hoc tamen prohibere [1] non intendimus quin in eodem loco alterius tamen Curie scribaniam habens, aut eius substituti, possint ordinarium officium obtinere.

[2] V. Ordinamus eciam, quod si alicui Notario arte videlicet Notarie in aliqua Civitate vel Villa vel quovis alio loco utenti contingat de officio Vicarie vel Baiulie vel quovis alio iurisdiccionis officio provideri, talis Notarius habeat cessare ab utendo sue Notarie officio, quandiu tenebit officium memoratum; hoc proviso, quod ordinarius illius loci vel ipse idem Notarius, si officium ordinarium illius loci sibi fuerit comissum, antequam comisso sibi officio utipossint, alicui idoneo Notario loci eiusdem [3] compleccionem, perfeccionem et clausuram instrumentorum, per dictum Notarium receptorum, comittere teneatur.

[4] VI. Denique confirmantes Capitulum editum in tercia Curia Barchinone per Dominum Regem Jacobum bone memorie avum Nostrum celebrata, quod incipit; *Item ordinamus de consilio, assensu et approbacione predictorum, quod si aliquis Vicarius*, etc., ac addentes eidem, statuimus quod Vicarius vel Baiulus aut alius Officialis Noster vel Scriptor Curie ipsius vel quevis alia persona qui denarios vel alias res, apud ipsum officialem comendatas vel sequestratas racione sui officii, custodiet vel tenebit, nequeat pretextu custodie vel cuiusvis alterius laboris quem pro tenendo eosdem subeat, salarium aliquod aut servicium recipere vel habere.

[5] VII. Ne modus excedatur in recipiendo salarium de subscriptis, ordinamus et statuimus quod Vicarius, Baiulus, Iudex ordinarius vel acessor aut quevis alia persona ad quam decretorum salarii recepcio pertineat vel consueverit pertinere, pro decreto quod interponatur super se valente quinquaginta libras Barchinone vel minus, recipiat tres

[1] *Z. j.* 4: *prouidere.*

[2] *Z. j.* 4. (Rubrica): TABELLIO DUM REGIT ALIQUID JURISDICCIONIS OFFICIUM, CESSET UTI OFFICIO NOTARIE.

[3] *Z. j.* 4: *eidem.*

[4] *Z. j.* 4. (Rubrica): TENENS DEPOSITA CURIE NEQUEAT SERUICIUM VEL SALARIUM PROINDE RECIPERE SEU HABERE, ETIAM SI EAM TENUERIT UT SEQUESTER.

[5] *Z. j.* 4. (Rubrica): QUANTITAS SALARII EXSOLUENDI PRO INTERPOSICIONE QUORUMLIBET DECRETORUM.

solidos barchinonenses et non ultra. Si autem valorem quinquaginta librarum excesserit, usque ad valorem centum librarum inclusive, quinque solidos recipiat et non ultra. Si vero valorem Centum librarum excesserit ad quamcunque quantitatem ascendat, decem solidos dumtaxat recipiat et non ultra. Si tamen decretum ipsum super re non habente certam quantitatem, puta si procuracionis instrumentum vel quodvis aliud simple[1] auctenticetur interponatur, eo casu tres solidos dumtaxat pro ipso decreto recipi volumus et non ultra. In locis tamen in quibus pro interposicione decretorum nichil vel minus est solitum recipi, servetur id quod in eisdem locis est fieri assuetum: per hoc tamen non tollimus quin Nos, seu alii potestatem habentes, possimus facere graciam de predictis.

[2] VIII. Parimodo ordinamus et statuimus, quod Iudex ordinarius vel acessor aut quivis alius Officialis vel Iudex ordinarius aut delegatus qui cognoscat de particione vel distribucione peccunie apud Curiam, vel alios vice ipsius deposite vel sequestrate, nequeat recipere pro suo salario vel labore nisi sex denarios pro libra quantitatis quam distribuet seu distribui decernet, si ipsa tamen quantitatis peccunie deposite vel sequestrate quinquaginta libras barchinonenses non excedat. Si autem ipsa quantitas quinquaginta libras excesserit, eo casu pro quolibet libra recipiat tres denarios, et non ultra, ita videlicet quod salarium huiusmodi mille solidos non excedat. non obstante usu in recipiendo maiorem quantitatem salarii quam tatxata sit superius actenus observato. In locis tamen ubi pro predictis nichil vel minus est solitum recipi, servari volumus id quod in ipsis locis est actenus fieri usitatum.

[3] IX. Preterea, reiecta solennitate a Iure Romano inducta, ordinamus et statuimus quod tutor, filio seu filie in testamento, codicillo aut qualibet alia voluntate ultima sui patris datus, possit nomine ipsius pupilli vel pupille se hereditati paterne, absque confirmacione seu decreto Iudicis aut quavis alia iuris solennitate, inmiscere, inventariumque facere et omnia alia que cum confirmacione et decreto Iudicis facere posset; prius tamen per eundem tutorem, in posse illius Curie a qua confirmacionem seu decretum recepturus erat, super procurando utilia

[1] *Z. j.* 4: *simile.*

[2] *Z. j.* 4. (Rúbrica): QUANTITAS SALARII TATXATI JUDICI COGNOSCENTI DE PETICIONE PECUNIE IN CURIA DEPOSITE SEU ETIAM SEQUESTRATE.

[3] *Z. j.* 4. (Rubrica): TUTOR DATUS A PARTE POSSIT ABSQUE DECRETO ET CONFIRMACIONI JUDICIS SE PATERNE HEREDITATI INMISCERE ALIAS RES PUPILLI.

dicti pupilli vel pupille et evitando inutilia prestito iuramento, quod antequam incipiat facere inventarium vel aliquid gerere de bonis pupilli vel pupille facere teneatur.

[1] X. Ut fraudibus, quas in subscriptis, factas fuisse comperimus obvietur, ordinamus et statuimus, quod si alicui Vicario, Baiulo aut quivis alii Officiali, qui in Cathalonia tabulam tenere habeat, per Nos autem [2] quemvis alium vice nostra potestatem inde habentem causa aliqua de qua ipse iure ordinario posset cognoscere comittatur de hiis qui vigore ipsius comissionis faciet, ac si iure ordinario cognosceret, tenere tabulam teneatur. Si vero causa aliqua, extra suum officium vel de qua ipse iure ordinario cognoscere nequiret, tali Officiali comissa fuerit, de hiis qui vigore talis comissionis gesserit, tenere tabulam minime teneatur.

[3] XI. Ad obiandum difficultati probacionis quam exactores terciorum sunt soliti petere in subscriptis, ordinamus et statuimus, quod credatur et credi debeat [4] soli iuramento creditoris vel creditricis dicentis se elongasse debitorem suum de solucione qua certo termino sibi fienda erat, vel se ipsam solucionem ante terminum recepisse, eciam si in instrumento publico vel scriptura Curie expresse contineatur quod pena tercii vel quevis alia pena eciam fisco Regio adquirendo, absque retroclamo vel requisicione aliqua ex solo lapssu [5] termini comitatur. Et hec quidem intellegimus locum habere, si creditor vel creditrix fuerit christianus. Si autem iudeus fuerit vel paganus, iuramento ipsius iudei vel pagani fidem volumus adhiberi.

[6] XII. Difficultati Notariorum quam in exhibendo instrumenta et notas que recipiuntur de subscriptis frequenter adiciunt obviantes, ordinamus et statuimus, quod Ordinarii locorum compellant et teneantur compellere Notarios, infra districtum suum degentes, ad exhibendum instrumenta vendicionum, stabilimentorum et quarumcunque alia-

[1] *Z. j. 4.* (Rubrica): ORDINARIUS TENETUR TENERE TABULAM DE HIIS QUI AD SUAM JURISDICCIONEM PERTINENT, ETIAM SI DE EIS EX SUPERIORIS COMISSIONE COGNOSCAT.

[2] *Z. j. 4: aut.*

[3] *Z. j. 4.* (Rubrica): IURAMENTO CREDITORIS CHRISTIANI STATUR SUPER ELONGACIONEM DEBITI SOLUENDI CERTO TEMPORE VEL SOLUCIONE IPSIUS, ETIAM SI SUB PENA TERCII DEBEATUR.

[4] *Z. j. 4: habeat.*

[5] *Z. j. 4: lapsu.*

[6] *Z. j. 4.* (Rubrica): NOTARIUS DEBET EXHIBI INSTRUMENTA CONFECTA DE POSSESSIONIBUS TENENTIS PER ALIOS, AC ETIAM NOTULAS IPSIS DOMINIS PRO QUIBUS TENEANTUR.

rum alienacionum que fiant per emphiteotas, vassallos seu feudatarios aut quosvis alios terram tenentes, de possesionibus in emphiteosim, feudum, pagesiam aut quemvis alium censum, servitutem vel onus, tentis et notulas eciam ipsorum instrumentorum dominis videlicet, pro quibus ipse possessiones teneantur, et ad dandum eciam ipsis dominorum ipsorum expensis de dictis instrumentis vel notulis copiam et transsumptum, quam copiam ipsi Notarii absque compulsione aliqua possint dare.

[1] XIII. Quia sepe contingit ex ineptitudine peticionis processus quamplurimos anullari quod a gentibus, presertim pauperibus, iura sua ocasionem et materiam tribuit deserere [2], ideo ordinamus et statuimus, quod ex aliqua impertinencia vel ineptitudine peticionis seu libelli, ex quo clare pateat de intencione agentis per peticionem vel libellum aut eciam per processum, Iudex non abstineat a proferendo sentenciam in causa, nec talem excepcionem ante litem contestatam vel post admittat [3], aut eciam processus vel sentenciam quem vel quam super tali peticione seu libello fieri aut ferri [4] contingat, nequeant ex causa predicta anullari vel eciam revocari, aut dici nulla vel irrita ipso iure predicta aute [5] constitucio, dumtaxat ad futura negocia extendatur.

[6] XIIII. Confirmantes Capitulum in Curie Montisalbi per Dominum Regem Alfonsum patrem nostrum celebrata editum, quod incipit; *Item ordinamus quod nullus condempnetur ad mortem*, etc., volumus ipsum Capitulum iuxta ipsius seriem imposterum observari.

[7] XV. Insuper ordinamus et statuimus, quod aliquis qui de huiusmodi [8] difinicionem seu remissionem a Nobis vel ab alio inde potesta; tem habente receperint redire nequeat, aut esse vel stare in Loco ubi interfectus morabitur [9] vel infra quinque aunos a tempore obtente remissionis computandos, nisi composuerit vel se convenerit cum filiis

[1] *Z. j. 4.* (Rubrica): EXCEPTIO IMPERTINENTIS VEL INEPTE PETICIONIS NULLATENUS ADMITATUR IMO NIHILOMINUS SENTENCIA PROFERATUR EX QUO DARE PATEAT DE INTENCIONE AGENTIS.

[2] *Z. j. 4: deserendi.*

[3] *Z. j. 4:* omite *admittat.*

[4] *Z. j. 4: fieri.*

[5] *Z. j. 4: autem.*

[6] *Z. j. 4.* (Rubrica): CONFIRMACIO XXV CAPITULI CURIE ULTIME MONTIS ALBI.

[7] *Z. j. 4.* (Rubrica): RECIPIENS DEFFINICIONEM SEU REMISSIONEM HOMICIDII ESSENDO ET MORANDO IN LOCO UBI INTERFECTUS MORABATUR PER CERTUM TEMPUS DEBEAT ABSTINERE.

[8] *Z. j. 4: homicidio.*

[9] *Z. j. 4: morabatur.*

vel consanguineis propinquioribus interfecti. Si tamen homicidium in rixa fuerit perpetratum, tunc recipientem difinicionem vel remissionem de tali homicidio ab intrando in dictum Locum per biennium dumtaxat volumus abstineri, nisi antea se cum parte convenerit vel composuerit, ut prefertur. Et si contrarium a quocumque in posterum fuerit attemptatum, diffinicio seu remissio homicidii mente deliberata vel in rixa comissi [1] ei facta, sit nulla et irrita ipso facto. In hiis autem comprehendi aut intelligi nolumus illos qui se defendendo, aut alias in casibus de iure licitis, homicidia contigerit perpetrare.

[2] XVI. Statuimus eciam et sanccimus, quod si filius vel filia, nepos vel neptis, aut quivis alii descendentes, in potestatem patris vel avi aut quorumcumque aliorum ascendencium constituti, matrimonio se collocaverint, de et cum voluntate patris vel avi aut aliorum in quorum fuerint potestate, habeantur incontinenti ipso facto pro emancipatis et omnia possint inter vivos et in ultima voluntate gerere: quod filius emancipatus possint eciam si cum patre vel avo aut alio in cuius potestate fuerit in eodem hospicio remaneat vel moretur, quoniam sola matrimonii collacione, de et cum consensu parentis per verba de presenti facta, filium vel alium descendentem a patrie potestatis nexu volumus liberari, licet carnalis inde copula non fuerit subsecuta.

[3] XVII. Ad tollendam omnem suspicionis materiam, ordinamus et statuimus, quod si aliquis existens in potestate alterius, tanquam tutoris vel curatoris aut alias, faciet donacionem aut remissionem vel absolucionem de aliquibus bonis vel iuribus suis, ille in cuius posse erit vel cum quo stabit, vel alii pro eo, talis donacio et remissio seu absolucio, quatenus ipsa remissio vel absolucio donacionem sapiat, et instrumentum inde factum sint nulle et irrite ipso iure, nisi de et cum voluntate et asensu trium personarum sibi ex parte patris et ex parte matris in proximiori gradu parentele attinencium, se reperiri poterunt, alias trium personarum vel ex parte patris dumtaxat vel ex parte matris prout reperiri poterunt sibi in gradu proximo constitutorum. Et in defectu predictorum trium amicorum magis sibi specialium dicte donacio et diffinicio seu remissio facte fuerint seu firmate. Et nisi eciam

[1] *Z. j. 4: comissa.*

[2] *Z. j. 4.* (Rubrica): LIBERI SOLO CONSENSU COLLOCATI IN MATRIMONIO DE VOLUNTATE PARENTUM IN QUORUM POTESTATE PRO EMANCIPATIS HABENTUR.

[3] *Z. j. 4.* (Rubrica): DONACIONES SEU REMISSIONES AUT ABSOLUCIONES FACTE TUTORIBUS SEU CURATORIBUS AUT ALIIS SIMILIBUS NON VALEANT IPSO IURE NISI CERTA SOLEMNITAS SIT OBSERUATA.

ultra assensum predictorum Iudicis auctoritas intervenerit vel decretum et iuramentum eciam facientis donacionem, diffinicionem vel remissionem, virtute cuius asserat predictas personas esse sibi magis propinquas vel amicas. Predicta tamen, in eo qui etatem xx annorum excesserit, nolumus observari.

[1] XVIII. Sanccimus, ordinamus et statuimus, quod nullus Vicarius, Baiulus, acessor nec quivis alius Officialis nec locumtenens eorum, nec eciam aliquis de domo vel familia ipsorum audeant recipere procuracionem vel comissionem alicuius persone super redditibus aut aliis iuribus infra districtum ipsorum colligendis, exceptis tamen redditibus et emolumentis Nostris quos Nostris officialibus vel hiis qui de eorum sunt domo vel familia, iuxta potestatem per Nos eis traditam vel tradendam, colligere liceat et levare.

[2] XIX. Ad occurrendum desidie quod in Notariis seu tabellionibus hactenus inolevit, volumus, statuimus et iubemus quod quicunque Notarius vel scriptor qui firmam alicuius instrumenti recipiet, scribat aut scribi faciat, in suis capibreviis vel libris notularum, notam dicti instrumenti largo modo et per consequenciam litterarum dictatam sit quod in ipsa notula non sit aliqua abreviatura que per verbum etc. sicut hactenus fieri consuevit. Quamquidem notam scribere seu scribi facere teneatur infra duos menses post firmam omnium contrahencium et aliorum qui ipsum instrumentum firmare habeant interpositam computandos, ipsis tamen contrahentibus dictis notariis exsolventibus medietatem dicti salarii, de pro ipso instrumento eis pertinentis. Si vero ipsum instrumentum aut contractus super quo instrumentum recipietur ad cognicionem sapientis vel alterius persone dictari habeat, eo casu tempus duorum mensium postquam ipsa cognicio interposita fuerit, incipiat currere, et non ante. Et illud idem in testamentis volumus observari terminus tamen duorum mensium post publicacionem testamentorum, qui post portem testancium coram suis amicis solet fieri et requisicionem, inde per illum cuius interest, subsecutam incipiat currere et non ante. Et si forsan testator in vita sua requirat testamentum suum in nota capibrevii vel libri notularum redigi seu scribi, ille notarius infra duos menses a tempore ipsius requisicionis inmediate sequen-

[1] *Z. j.* 4. (Rubrica): NULLUS OFFICIALIS REGIUS SEU IPSIUS DOMESTICI RECIPIANT COMISSIONEM AB ALIQUO SUPER REDDITIBUS SEU ALIIS IURIBUS QUI NON PERTINEANT AD DOMINUM REGEM COLLIGENDIS.

[2] *Z. j.* 4. (Rubrica): NOTARII TENENTES INFRA CERTUM TEMPUS INSTRUMENTA PER EOS RECEPTA IN CAPIBREUIIS SCRIBERE LARGO MODO, ETC.

tes facere teneatur, ipso tamen testatore medietatem salarii testamenti eiusdem Notario persolvente. In Locis tamen ubi iam ordinatum existit quod Notarii habeant testamenta in notis capibreviorum redigere, servetur id quod iam in ipsis Locis existit ordinatum. Et si predicta autem predictorum aliquid Notarius aut scriptor aliquis repertus fuerit non servare, officio tabellionatus per sentenciam perpetuo sit privatus.

[1] XX. Ceterum confirmantes Capitulum editum in Curia Gerunde per Dominum Regem Jacobum bone memorie avum nostrum celebrata, quod incipit: *Item statuimus et ordinamus quod carterarii* [2], etc., adicimus eisdem [3], quod si aliquis carterarius [4] locabit pannos lectorum aut res aliquas alicui capto, quod nequeat pro mercede seu logerio talis locacionis plus accipere ab ipso capto quam officialis de [5] mandato cuius ipse captus detinebitur vel ipsius ordinarius fuerit arbitratus, et si carcerarius aliquid in contrarium fecerit, ad amissionem sui officii perpetuo condempnetur. Et nichilominus ad reddendum tali capto, totum id quod ab ipso capto ultra predicta convictus fuerit exhigisse [6].

[7] XXI. Volumus et concedimus quod non obstante remissione generali criminum et excesuum, si quam per Nos alicui Aliame indeorum vel singularibus indeis fieri contigerit, infuturum possit inquiri ad instanciam partis pro emenda sui iuris sibi fienda. Adiecto quod si per Nos vel aliquem officialem nostrum indeis aliqua remissio criminum fieret, servetur super hoc Capitulum editum in prima Curia Barchinone per Dominum Regem Jacobum avum nostrum, recolende memorie, celebrata, quod incipit: *Item quod Nos vel officiales nostri non accipiamus nec habeamus*, etc.

[8] XXII. Cum quelibet Constitucio seu lex rebus imponi debeat et non verbis, ordinamus et statuimus quod in negociis seu casibus in quibus per Nos ex aliqua iusta causa nequeat indeis fieri elongamentum,

[1] *Z. j.* 4. (Rubrica): CARCERARIUS PRO LOGERIO PANNORUM LECTI NON RECIPIAT A CAPTO NISI QUANTUM ORDINARIUS FUERIT ARBITRATUS.

[2] *Z. j.* 4: *carcerarii.*

[3] *Z. j.* 4: *eidem.*

[4] *Z. j.* 4: *carcerarius.*

[5] *Z. j.* 4: Omite *de.*

[6] *Z. j.* 4: *exegisse.*

[7] *Z. j.* 4. (Rubrica): GENERALI REMISSIONE FACTA IUDEIS, NON OBSTANTE POSSINT AD INSTANCIAM PARTIS FIERI INQUISITIO PRO EMENDA.

[8] *Z. j.* 4. (Rubrica): SUPER SEDIMENTUM AUT ALIA SIMILIS PROVISIO NON CONCEDATUR VEL NON POSSIT ELONGAMENTUM CONCEDI.

non concedamus ipsis iudeis aliquod super sedimentum aut provisionem aliquam, quocunque censeatur nomine, per quam creditori debitum differretur, et quod eciam non obstante quod exactores seu collectores tributorum et aliarum collectarum iudeorum, pro ipsis tributis seu collectis, eosdem distringant, nichilominus per Ordinarios locorum aut alios ad quos ea res spectet exhibeatur creditoribus christianis de suis debitoribus iudeis iusticie complementum.

[1] XXIII. Ad evitandum occasionem faciendi comandas ficticias inter subscriptas personas, ordinamus et statuimus quod ex aliquo instrumento comande pure quam iudeus fecerit christiano, ipse christianus non capiatur, nisi ipsa comanda facta esset per iudeum alicui christiano mercatori, racione mercandi. Et illud idem in casu converso volumus observari, videlicet, quod iudeus non aliter quam christianus capiatur pro instrumento comande quam sibi fecerit christianus, cum ex condicione dictarum personarum dictam comandam reputemus et fingamus ficticiam et non veram.

[2] XXIIII. Concedimus, statuimus et sancimus quod si super atzemilarius et sui coadiutores seu portarii ipsi [3] in capiendo animalia Nobis et Nostre Curie necessaria denunciati fuerint delinquisse longe videlicet plura animalia quam Nobis et Nostre Curie necessaria fuerint scienter ut gentes inde redimere faciant capiendo vel redempcionem recipiendi, aut alias in similibus graviter ex opposito extendende, Vicarii, Bainli et alii officiales nostri in quarum districtu hec comissa fuerint auctoritatem nostram, quam per hanc Constitucionem nostram eis concedimus, licenciam habeant de talibus inquirende et portarios et alios predictos quos taliter delinquisse repererint, compellant ad restituendum recepta indebite per eosdem, Nobis tamen punicionem alia si quam demeruerint reservata.

[4] XXV. Volumus eciam et concedimus, quod Capitulum editum in Curia Barchinone per Dominum Regem Petrum clare memorie Per-

[1] *Z. j.* 4. (Rúbrica): CHRISTIANUS PRO INSTRUMENTO COMANDE FACTE JUDEO NON CAPITUR NISI COMANDA FACTA FUERIT MERCATORI RACIONI MERCANDI.

[2] *Z. j.* 4. (Rúbrica): POSSIT FIERI INQUISITIO PER ORDINARIOS CONTRA ADZEMBLARIOS ET PORTARIOS SI DENUNCIATI FUERINT IN CAPIENDO ANIMALIA AD OPUS CURIE DOMINI REGIS EXCESSISSE.

[3] *Z. j.* 4: *nostri.*

[4] *Z. j.* 4. (Rúbrica): CONFIRMACIO XXIX CAPITULI DOMINI REGIS PETRIS. Debe referirse al cap. XXIII de las Cortes de Barcelona, celebradas por D. Pedro III en 1283, pág. 148 de este volumen.

avum Nostrum celebrata quod incipit; *Item concedimus et* [1] *eciam approbamus quod lezde*, etc., inviolabiliter iuxta eius seriem observetur.

[2] XXVI. Ad excludendum fraudes qui in subscriptis sepissime committuntur, ordinamus et statuimus quod si instrumentum aliquod fieri contigeret per liberos suis parentibus, aut per quamvis aliam personam cuicumque alii in diminucionem, derogacionem seu preiudicium hereditamendi seu donacionis facti aut faciendi per ipsos parentes aut quosvis alios liberis suis, aut quibusvis aliis tempore nupciali, tale instrumentum sit nullum, cassum et irritum ipso iure et fides sibi in iudicio vel extra nullatenus habeatur, prohibentes omnibus Notariis terre Nostre ne talia recipiant instrumenta.

[3] XXVII. Approbantes Capitulum editum in prima Curia Barchinone per Dominum Regem Jacobum Avum Nostrum bone memorie celebrata, quod incipit; *Item quod aliqua carta iudeorum*, etc., ac eisdem [4] addentes, statuimus et sancimus, quod nedum in carta usure, immo eciam in carta non usuraria, dictum Capitulum imposterum observetur. Declarantes carte nomine, instrumentum publicum et scripturam tercii seu iudicialem aut quamvis scripturam aliam contineri.

[5] XXVIII. Laudantes Statutum editum in Curia Montisalbi per Dominum Regem Alfonsum, recolende memorie, Patrem Nostrum celebrata, quod incipit; *Item ab tollendum abusum qui in subscriptis*, etc., ac eidem addicientes, statuimus et iubemus, quod quociescunque per Officiales Nostros personam aliquam pro crimine citari contigerit, in citacione ipsa addiciatur cominacio bannimenti videlicet, quod si citatus infra terminum ei prefixum per Officiales Nostros non comperuerit, banniatur et pro bannito habeatur. Que citacio cum cominacione bannimenti habeat voce preconia publicari. Et ipsum eciam bannimentum, post ipsum citacionis terminum, nichilominus voce preconia publicetur.

[1] *Z. j. 4: ac.*

[2] *Z. j. 4.* (Rubrica): INSTRUMENTUM FACTUM PER QUEMVIS IN PREIUDICIUM HEREDITAMENTI SIBI FACTI TEMPORE NUPCIARUM NICHILOMINUS EST MOMENTI.

[3] *Z. j. 4.* (Rubrica): IN CARTA JUDEORUM, SIUE SIT IN FORMA PUBLICA SIUE JUDICIALIS, SEU ALIA, VJ ANNORUM PRESCRIPTIO OBSERUETUR, ETIAM SI IN EA NON FIAT MENCIO DE USURA.

[4] *Z. j. 4: ac eidem.*

[5] *Z. j. 4.* (Rubrica): IN CITACIONE PRO CRIMINE DEBET FIERI COMMINACIO BANNIMENTI ET ETIAM DEBET VOCE PRECONIA PUBLICARI.

[1] XXIX. Ad hoc ut salarium inquisitorum tabule facilius persolvatur, ordinamus et statuimus, quod Vicarii, Baiuli et quicumque alii Officiales Nostri qui tenere tabulam sunt astricti, antequam suo fungantur officio, vel eciam ad ipsum Officium admittatur, deponant et deponere habeant in aliqua tabula numularia idonea et secura, vel ubi tabula numularia non reperitur, apud aliquem idoneum mercatorem vel alium Probum hominem, salarium dictorum Inquisitorum, per Constituciones celebrium Curiarum preteritarum taxatum, pro solido videlicet et libra, iuxta salaria et emolumenta que ipsi officiales in et pro officiis eis comissis recipiunt, et quantitatem quam dicti Officiales deposuerint possint sibi de proventibus suorum Officiorum libere retinere. Et Magister racionalis Curie Nostre, qui nunc est et pro tempore fuerit, ipsam quantitatem depositam ex sola ostencione apoche per campsorem vel mercatorem vel alium qui ipsum depositum receperit facte in compotum ipsis officialibus admitere teneatur, licet litteram nostram mandamenti aut executoriam Thesaurarii non ostendant.

[2] XXX. Preterea confirmantes Capitulum editum in Curia Ilerde per Dominum Regem Jacobum bone memorie Avum Nostrum celebrata, quod incipit; *Statuimus eciam et ordinamus super Capitulo qui loquitur*, etc., ac ipsum declarantes Capitulum, statuimus et sancimus quod omnes Prelati et religiosi et eorum Capitula, Comites, Vicecomites et alii Barones, Milites, Cives et homines Villarum et Universitates et quecunque alie persone ecclesiastice vel seculares, in Cathalonia degentes, citate per Nos aut successores nostros ut veniant ad Curias quas in Cathalonia indici contigerit infuturum, veniant et venire teneantur personaliter, et Universitates et Capitula suos sindicos, potestatem sufficientem habentes, mittant et mittere teneantur. Et si forsan persone citate iuste et sufficienti impedimento detinerentur, ne ad dictas Curias possint personaliter comperere, eo casu idoneam et sufficientem personam in procuratorem suum mittere teneantur; ita videlicet, quod si Prelatus fuerit Ecclesia Cathedralis, personam sufficientem et idoneam sui Capituli aut Vicarium vel Officialem suum principalem: si vero religiosus, aut Collegiata ecclesia fuerit, aliquam idoneam personam

[1] *Z. j.* 4. (Rúbrica): OFFICIALES ORDINARII DE NOUO QUI TENERE TABULAM SUNT ASTRICTI ANTE QUAM SUO UTANTUR OFFICIO SALARIUM INQUISITORUM TABULE DEPONERE TENEANTUR PRO RATA SALARII EORUMDEM.

[2] *Z. j.* 4. (Rúbrica): PRELATI ET COMITES ALIIQUE BARONES ET ALII IN CHATALONIA (*sic*) TENENTUR VENIRE AD CURIAS CATHALONIE GENERALES CONTRA QUOS SI CONTRARIUM FECERINT SINT PRODITE CERTE PENE.

sui conventus aut ordinis vel professionis sue, aut si Capitulum cathedralis vel Collegiate ecclesie fuerit, personam sufficientem sui capituli vel collegii. Sin autem Baro cuiuscunque preheminencie aut status fuerit vel Miles, personam de paratico vel militari genere in suum procuratorem mittere teneantur. Sic videlicet quod ipse procurator sit et esset habeat Cathalanus et domiciliatus seu beneficiatus in Cathalonia, et quod eadem persona nequeat esse procurator duorum videlicet Prelati et Capituli, vel duorum Prelatorum aut Capitulorum, vel duorum Baronium et sic de aliis, nec eciam qui pro se et suo nomine in Curia fuerit, possit esse alterius procurator. Excepto milite qui in Curia pro se et nomine suo et ut procurator duorum vel plurium militum possit esse. Adiecto quod procurator Prelati, Baronis aut cuiusvis alterius habeat sufficiens procuratorium deferre de quo per instrumentum publicum fidem die Curie prefixa nobis facere teneatur, in quo sit inserta et facta fides per Notarium qui ipsum instrumentum fecerit de impedimento quo persona citata ad Curiam venire nequit, quodquidem impedimentum in posse ipsius Notarii persona citata clare exprimere et de ipso iuramento proprio fidem facere teneatur, proviso tamen quod nichilominus an ipsum impedimentum iustum fuerit, necne cognicioni nostre et Curie iuxta tenorem dicti Capituli reservetur. Et si contra premissa, vel non sequendo premissa, per aliquem factum fuerit, quod talis contrafaciens vel predicta sequi omittens ad tractatus Curie aut alia que ibi agenda fuerint, nullatenus admittatur, nec de hoc eciam Nos aut successores Nostri, eciam de assensu tocius Curie, graciam facere valeamus. Adiecto eciam quod ultra habeat penam et penas eciam in dicto Capitulo adiectas. Archiepiscopi, Episcopi et Comites, eo quia notabiles sunt persone, nisi premissa servaverint ad dandum gravamina, in Curia nullatenus admittantur.

[1] XXXI. Cum secundum Constituciones Cathalonie preteritas, quas nunc eciam confirmamus, cuilibet sit licitum portare et mittere bladum, victualia, et alias quascunque merces seu res, ad quemcumque locum voluerint, excepto quod pro necessitate seu caristie terre Nos possumus inhibicionem facere de blado et victualibus usque ad tempus in dictis Constitucionibus expressatum, et ab aliquo citra tempore quidam abusus in Civitate Dertuse inoleverit, quod mercatores et alii bladum et alia victualia, inde extrahere volentes, ipsa extrahere prohibentur vir-

[1] *Z. j. 1.* (Rubrica): PROVISIO NE IN CIVITATE DERTUSE FIAT PROHIBICIO VICTUALIUM, ET SI QUA PROHIBICIO FACTA FUERIT NUNCIATUR IRRITA.

tute prohibicionis qua *desteniment* vullgariter nuncupatur, et qua ibidem sepissime fuit facta; ideo ad tollendum abusum predictum, de consilio, assensu et approbacione dicte Curie generalis, ordinamus et statuimus quod inclito Infanti Ferdinando fratri nostro Marchioni Dertuse et Domino de Abarrazino aut eius officialibus seu Probis hominibus dicte Civitatis Dertuse non liceat dictam prohibicionem seu *desteniment* facere infuturum quodque virtute prohibicionis seu prohibicionum facte seu factarum, quas cum presenti cassamus et irritamus et cassas et irritas nunciamus non prohibeant seu prohibere atemptent mercatores aut quosvis alias personas, ne pro eorum libito voluntatis extrahant seu extrahere possint a dicta Civitate, et defferre quecunque voluerint blada et alia victualia prout eisdem licitum existit iuxta Constituciones predictas. Et si per dictum Infantem aut eius officiales seu Probos homines dicte Civitatis contrarium fuerit attemptatum, possimus contra eosdem procedere prout et tanquam transgressores Constitucionum Cathalonie et alias prout de iure et racione fuerit faciendum. Cum dictus Infans ad dictas Constituciones servandas, prout alii Barones de Cathalonia, astringatur iuxta retenciones contentas in donacione sibi facta per Serenissimum Dominum Alfonsum bone memorie Regem Aragonum genitorem nostrum, per hanc tamen Constitucionem non intendimus iure nostro aut dicti Infantis in aliquo derogare.

[1] XXXII. Predictam [2] siquidem Capitula universa, declaraciones et cessiones predictas, ad supplicacionem omnium subscriptorum presenti die in generali Curia constitutorum, facimus, statuimus et volumus per Nos et succesores Nostros perpetuo et inviolabiliter [3] observari. Mandantes omnibus supradictis ac Vicariis, Curiis et universis Officialibus nostris et prenominatorum et eorum locatenentibus et subditis eciam nostris, presentibus et futuris, quod omnia predicta et singula teneant et observent, et ab omnibus faciant teneri et inviolabiliter observari, et in aliquo non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione. Et ad maiorem cautelam promittimus omnibus et singulis infrascriptis, qui die presenti ad dictam generalem Curiam convenerint [4] et omnibus eciam aliis de Cathalonia qui absentes sunt, et Notario infrascripto a Nobis pro eis et pro aliis quorum interest et interesse potest et poterit legittime stipulanti paciscenti et recipienti, et eciam

[1] *Z. j. 4.* (Rubrica): QUOD PREDICTE ORDINACIONES PERPETUO OBSERUENTUR.
[2] *Z. j. 4: Predicta.*
[3] *Z. j. 4: inviolabiliter perpetuo.*
[4] *Z. j. 4: conuenerunt.*

iuramus in animam nostram per Deum et Crucem Domini nostri Jhesu Christi et eius Sancta quatuor Evangelia [1], manibus nostris corporaliter tacta, predicta omnia et singula, ut superius dicta sunt, tenere et complere et inconcusse observare, et observari facere et teneri, ut superius continetur. Et Prelati et persone ecclesiastice et religiose qui presentes sunt, nomine suo et aliorum de Cathalonia, consenciunt ad predicta in quantum status et eorum dignitates sive ordo sustineant, et salva libertate ecclesiastica et iura [2] Ecclesie. Acta fuerunt [3] hec omnia et singula in generali et celebri Curia antedicta, scilicet in Capitulo Monasterii Fratrum Minorum Perpiniani die Lune qua computabatur decimo Kalendas Novembris anno Domini M°CCC° Quinquagesimo.

[4] XXXIII. Continuando eciam dictam Curiam die inferius proxime dicta in eadem generali Curia, consenciente et approbante Curia eadem, Iudicium Curie seu processum decrevimus et fecimus, tenoris qui sequitur.

[5] Quia Reges qui iudicant terram per Prophetam admonentur, ut serviant Domino in timore et exultent ei cum tremore, nequando irascatur Dominus pereant de via iusta, et hec per ipsos Reges nequirent comode adimpleri, si iniurias illatas de Ministris qui et ipsi Deo irrogari videntur inultas relinquerent, aut ut iuris vigor exhigit impunitas; ideo Nos Petrus Dei gracia Rex Aragonum, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie in subscripto negocio Deo servire et eius iram evitare omnimode cupientes, subscriptum Curie iudicium seu processum tendentem ad ulciscendum et puniendum iniuriam Deo et Ecclesie in personam venerabilis Arnaldi Raymundi Abbatis Monasterii Sancti Cucuphatis Vallensis interfecti inhumaniter irrogatam, de approbacione, consensu et consilio tocius generalis Curie Cathalonie in villa Perpiniani congregate, in qua erant Prelati, Barones, Milites et Civitatum et Villarums indici inferius nominati, ut sequitur promulgamus. Pridem [6], videlicet hora matutinarum festi Nativitatis Domini proxime transacti, dum dictus Abbas cum monachis sui conventus, in coro ipsius Ecclesie, in cathedra sua solita

[1] *Z. j. 4: IIII.or euuangelia.* Omite *manibus..... tacta.*
[2] *Z. j. 4: iure.*
[3] *Z. j. 4: sunt.*
[4] *Z. j. 4.* (Rúbrica): PRIMA CONTINUACIO CURIE.
[5] *Z. j. 4.* (Rúbrica): IUDICIUM CURIE SEU PROCESSUS FACTUS CONTRA ILLOS QUI INTERFECERUNT ABBATEM SANCTI CUCUPHATIS IN MATUTINIS NATALIS DOMINI.
[6] *Z. j. 4: Pridie.*

existens, vestibus sacerdotalibus indutus, et celebracioni matutinali eiusdem festi intendens, frontem manibus sufultum, tenens circam [1] leccionem quam in coro tunc de proximo ad Dei laudem dicturus erat, premeditaretur quidam perdicionis [2] filii per ipsum eorum euaginatis ensibus et cum barbis ficticiis intrantes, et in dictum Abbatem subito cum ipsis ensibus irruentes, ipsum in capite atrociter vulnerarunt. Qui premeditans ipsorum irruencium nequiciam ab inferendo sibi malum ob reverenciam altaris et reliquiarum qui [3] in eo sunt compesci [4], subito ad altare confugit, et recipiens de ipso quandam crucem Domini que in ipso altari erat, et eam in sui tuicione ad pectus suum ponens, vertit se ante irruentes in eum qui eum retro euaginatis ensibus sequebantur. Et ipso sic existente, quedam alia Crux Dei in ipso altari affixa, in qua de Ligno vere Crucis erat aperte [5] ipsius Ligni coram ipso Abbate miraculose se vertit, ut constat ex deposicione quorundam, ipsi vero nec Deum timentes nec altare aut crucem Domini venerantes, nec eciam indignacionis nostre aculeos metuentes, in eundem inhumanius quam incepissent [6] cum armis invalescere non cesantes, eumque altare ac Crucem Domini cum ensibus concassantes, ipsum ictibus pluribus inibi percusserunt. Qui examinis et perterritus, humanum querens suffragium, currendo ad dictum Corum, ubi aliqui monachi perterriti extabant, rediit dictis sceleratoribus ipsum insequentibus, qui eum infra ipsum corum tot et tam gravibus cum lanceis et ensibus ictibus [7] percusserunt, quod ibidem cecidit interfectus. Que cum Nostro auditui pervenerunt cui, quale et quante admiracioni cum animi anxietate et dolore et cordis turbacione [8] comixte, mentis nostre aciem posuerunt. Et quas, quales et quantas inde cogitaciones ad ulciscendum tam detestabile et nefandissimum scelus tendentes extunc habuimus et habemusvix credere posset quisquam. Sed hec novit et noscit ille cui nichil est ignotum, et omnium corda panduntur. Hec itaque facimus orribile [9] et inhumanum novum et insolitum reputamus. Nunquam enim aut nusquam simile crimen fuit auditum, aut quod comissum fuerit, scriptum in libro aliquo reperitur. Quanquam enim legatur de iudeis, quod unum ex Prophe-

[1] *Z. j. 4: circa.*
[2] *Z. j. 4: prodicionis.*
[3] *Z. j. 4: que.*
[4] *Z. j. 4: confestim.*
[5] *Z. j. 4: aparte.*
[6] *Z. j. 4: cepissent.*
[7] *Z. j. 4: ictis.*
[8] *Z. j. 4: conturbacione.*
[9] *Z. j. 4: orribil.*

tis scilicet Zachariam filium Barachie inter templum et altare occiderunt [1], illa tamen mors huic similis non existit; illaquidem extra Sancta Sanctarum, hec intus; illa eciam prope altare; hec ad altare et in altari et in dictum Abbatem tenentem eciam crucem Domini extitit perpetrata. Hunc denique Abbatem armaturis Salvatoris Domini nostri Ihesu Christi indutum, et circa Dei laudem eius celebrando officium sollicitum et attentum in loco suo et in habitacione seu Monasterio proprio ac in domo eciam Domini, conspicimus interfectum. Quisquam ergo locus, aut que seu quales armature aut bonorum operum faccio alicui modo prodesse poterunt ad tutelam, si tam nefanda scelera inulta remanserint et de eis specialis terribilis et exemplaris iusticia non sequatur, ut saltem quos Dei timor a malo non cohibuit, dura virga feriat discipline. In hoc eciam facinore, Creatori et cuncte creature irrogatam iniuriam intuemur. Primo, Deo Patri, in eo quod eius domus que oracionis et quietis domus [2] precipua dicitur, et quam quisquam tutissimum refugium et presidium corporis et anime sibi reputat, fuit per dictos iniquitatis filios, vi et agressione armorum violata, et humani aspersione sanguinis maculata. Secundo, Deo filio, in eo quod dies Nativitatem suam figurans, que inicium et causa salvacionis nostre fuit et que cuncto christiano populo affluentem leticiam pro aliis festis anni afert, nedum non fuit tenuta, immo prorsus extitit vilipensa. Et in eo eciam quod minister et sacerdos suis vestibus sacerdotalibus indutus, ac armaturis quibus ipse Dei Filius tempore passionis sue fuit munitus, Diviño officio vaccans, fuit nequiter interemptus, atque eciam in eo quod salvifica Dei Crux, in qua ipse Dei Filius pro salute humani generis pendens spiritum suum emisit, quamque eciam maiores mundi pectori suo ad Dei laudem ut defendantur ab hostibus appositam defuerunt [3], et [4] altare Dei in quo laudis hostia inmolatur et in quo erat sacratissimum Corpus Christi, non fuerunt per eosdem ut debuit honorificata, immo quod dolenter et cum cordis amaritudine referimus, cum ensibus cisa et percussa graviter extiterunt. Tercio, Deo Spiritui Sancto, in eo quod dictus Abbas qui perpendendo ut premititur existens verba prophecie per Spiritum Sanctum, per ora videlicet prophetarum promulgata, ad Dei laudem et honorem se dicturum parabat, fuit eadem dicere impeditus. Quarto, gloriosissime Virgini Marie, in eo quod hora suum puerperium significantem, in qua omnis creatura angelica videlicet et hu-

[1] *Z. j. 4:* *occideret.*
[2] *Z. j. 4:* Omite *domus.*
[3] *Z. j. 4:* *defferunt.*
[4] *Z. j. 4:* Omite *ad.*

mana Deo gracias reddens et mundo inmensam leticiam et gaudium hostendens, ipsam puerperam afluenti gaudio seu leticia honoravit. dictum orribile scelus nequiter perpetrarunt. Et hoc ipsi puerpere, non leticiam aut gaudium, sed tristiciam et fletum, non decus, sed dedecus exhibentes, eu pro dolor, eu pro dolor, hora qua, secundum representacionem Sancte Matris Ecclesie, animalia bruta honorem puerpere Virgini reddiderunt, et eciam templum romanum, et alie creature vita et racione carentes, ipsum puerperium miraculose ostenderunt, dicti perdicionis filii eidem beate Virgini iniuriam et dedecus, ut premittitur, irrogarunt. Quinto, toti cetui Angelorum, in eo quod hora qua ipsi imnum illum angelicum, qui cotidie in Dei Ecclesia canitur: *Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bone voluntatis*, solenniter cecinerunt, et dicti diaboli filii operam agressioni armorum et homicidio ac sacrilegio dederunt, gravem inde guerram et discordiam cum et dictus Abbas militaris esset generis seminantis. Sexto, Beato Cucuphato cuius corpus supra altare ad ipsius invocacionem et honorem inibi dedicatum erat, et est reconditum inter alias reliquias Beatorum, necnon et diversis Sanctis Dei, in eo quod Monasterium ad eius laudem et honorem edificatum, et altare eciam dicte Ecclesie sub eius invocacione constructum, in quo diverse reliquie Sanctorum existunt, violarunt et altare eciam, ut premittitur, cum ensibus percusserunt. Septimo, Nobis in eo quod proteccionem, pacem et treugam nostram sub cuius presidio Ecclesie et earum ciminteria cum triginta earum passibus, presbiteri, monachi et religiosi, et precipue dies Nativitatis Domini et eius vigilia, per Constituciones pacis et treuge sunt specialiter constitute, dictam pacem et treugam violarunt in Nostre dicionis vilipendium pariter et contemptum. Octavo, generaliter cuncte [1] creature in eo quod Magestas divina et humana pariter, ut premititur, fuit lesa. Ex dicto autem nephandissimo actu, domus seu habitacio propria dicti Abbatis fuit cum armis agressa nequiter et invasa, sacrosancta Dei Ecclesia fuit armorum violencia violata, fuerunt eciam ecclesie ministri preteriti, et divina officia perturbata, altare eciam maius Ecclesie et sancta Crux Dei neclegta inhumaniter et percussa. Et de ministro Dei et capite dicti conventus mors nequiter perpetrata. Et divina Magestas pariter et humana lesa multipliciter et offensa, hec quidem christiane religioni sunt contraria et cognacioni quam inter homines natura constituit aliena. perpetratores, ergo huiusmodi iuxta doctrinam propheticam in virga ferrea corrigantur et tanquam vas figuli confringantur in eos equidem

[1] *Z. j. l: omni.*

leges et iudicia Curie nostre iubemus insurgere et iura armari diro gladio et ultore. Et ne imposterum per subdolosam astuciam alicuius, aut ex veritatis taciturnitate vel alias, Nos aut Successores nostri parcere dictis sceleratoribus, aut dicta crimina remittere valeamus, utque ipsi perpetua egestate laborent, et careant divino suffragio pariter et humano, et ut eciam in predictis mera et rigida iusticia subsequatur. Hoc nostro Iudicio Curie seu Processu, perpetuis valituro temporibus, ordinamus quod Nos aut Successores nostri, vel pro Primogeniti, procuratores, Vicarii et cuncti Officiales aut comissarii Nostri et ipsorum presentes pariter et futuri, aut eorum locatenentes pretextu novi adventus seu introitus Successorum nostrorum aut illustrium Reginarum vel nativitatis filii nostri, aut viatici intra terram vel ultra mare, aut per mare faciendi, aut alicuius publice leticie que Nobis, aut ipsis posset contingere, vel quibusvis aliis occasione, causa seu pretextu, eciam si maiores fuerint superius expressatis, nequeamus et nequeant dicta crimina in totum vel in partem subscriptis personis que de eisdem inculpate reperiuntur aut infuturum reperientur, aut aliquibus vel alicui ex ipsis remittere, aut eciam perdonare, nec concedere aliquod guidaticum, supercedimentum, elongamentum aut subscripte contumacie remissionem vel dilacionem presentis Iudicii Curie seu Processus, aut cuiusvis alterius contra ipsos facti vel fiendi seu fieri inchoati seu eciam inchoandi, aut alia quecunque que in proficium, beneplacitum aut favorem aliquem dictarum personarum vel alicuius seu aliquarum ex ipsis possent cedere quovismodo directe vel eciam indirecte. Et si quod incontrarium per Nos aut ipsos unquam fuerit attemptatum, eciam si de hiis expressam mencionem faciat, sit nullum et irritum ipso facto. Nec ad observacionem eiusdem Nos aut successores nostri et officiales nostri et ipsorum aliquatenus teneamur. Quinimo cuique eciam tale quid concedenti liceat sua propria auctoritate contrafacere vel venire. Quoniam de hiis legem iuramento proprio vallatam facimus per quam Nobis et ipsis contrarium faciendi adivimus potestatem, ut dicti nefandi et sacrilegi malefactores iusticiam subeant quam merentur. Ceterum quare qui de novo emergunt novo indigent auxilio seu processu, tenore presentis Curie Iudicii seu Processus quod seu quem vim edictorum in hac parte volumus obtinere pro primo, secundo, tercio et peremptorie ac de gracia terminis seu edictis subscriptas personas quarum nomina inferius sunt scripta, movemus et citamus ac eis dicimus ac districte precipiendo mandamus, quatenus infra spacium triginta dierum proxime et inmediate sequencium personaliter compareant coram Vicario Barchinone vel eius locumtenente aut regente officium ipsius Vi-

carie intus Curiam videlicet eiusdem, et se in posse sua captos ponant super predictis excessibus, de quibus ut premittitur inculpantur, debite responsuri, et alias facturi et processuri quod et prout de iure et racione fuerit faciendum. Alias nisi infra dictum triginta dierum terminum personaliter comparuerint, ut est dictum, ipsos pro confessis et convictis de predictis quo ad personas et bona haberi, et a pace et treuga reparatos et eiectos esse volumus et decrevimus ipso facto. Et eos ad cautelam eciam nunc ut extunc eicimus, et reparamus, et eciam bannimus et ut bannitos nostros, et a pace et treuga eiectos ab omnibus volumus evitari, et eorum eciam bona post lapsum ipsius temporis in Nostra terra Nostro erario applicari volumus ipso iure. Decernentes et statuentes quod ex tunc lapso ipso termino, illi qui non comparuerint nequeant in aliqua terra Nostra aut Infantum vel Baronum, militum, Civium et aliorum quorumcunque, eciam si bannitos sustinere consueverint, morari esse vel stare aut aliquatenus sustineri. Nec eciam aliqua persona cuiuscunque status, condicionis aut preheminencie existat eisdem personis aut alicui vel aliquibus ex ipsis victum ministrare, vel peccuniam dare aut mutuare, vel eas in domo aut familia sua recipere vel tenere, aut ipsas sequi vel asociare, vel pro ipsis Nobis preces fundere vel aliter intercedere, aut alias consilium, auxilium vel favorem palam vel occulte in predictis aut aliquibus suis negociis dare audeat vel presumat, aliquo ingenio sive arte, eciam si frater alicuius ex ipsis vel quavis alia maiori vel minori affinitatis vel consanguinitatis linea cum ipsis nexus fuerit aut coniunctus, vel ipsis aut ipsorum eciam alicui sacramento et homagio, aut quovis alio obligacionis genere de aut super valendo eisdem aut ipsos iuvando astrictus fuerit seu ligatus. Quoniam quemcunque qui predictis aut alicui ex ipsis sic astrictus fuerit, absolvimus et absolutum ipso facto reddimus ab homagio et sacramento et quovis alio obligacionis genere quibus sibi aliquatenus teneantur, cum ad talem casum obligaciones seu colligaciones tales que de se iam a iure improbantur decernimus non extendi. Si qui autem ausu temerario, aut alias presumpserint contra predicta vel eorum aliquod directe vel indirecte facere vel venire vel ea scienter neclexerint aut distulerint adimplere, sint et intelligantur ipso facto a pace et treuga eiecti et separati cum omnibus bonis suis. Et contra tales, sic contrafacientes vel venientes aut predicta scienter adimplere ommittentes vel differentes, et eorum bona, possit per Nos et omnes Successores nostros et officiales nostros et ipsorum et totam pacem nostram procedi, prout contra eiectos et separatos a pace et treuga, in suis casibus Constituciones pacium et treugarum et Usatici et Constituciones Cathalonia et mos super eis obser-

vati actenus exhigunt et requirunt. Nolumus enim per quempiam personis predictis auxilium aliquod erogari, quoniam dignum, equum et iustum reputamus, ut qui in Deum et homines delinquerunt, omni divino et humano suffragio deserantur. Hoc siquidem Curie Iudicium seu Processum quod et quoniam vim generalis Constitucionis volumus obtinere, perpetuam habere volumus firmitatem. Non obstante Constitucione aliqua dicente, causas cuiuslibet Vicarie et Baiulie infra easdem tractari debere, nec Constitucionem pacis et treuge dicente, processum pacis et treuge sine querelatore fieri non debere, nec quavis alia Constitucione, Consuetudine vel Usatico que predictis posset aliquatenus obviare, quas de consensu et approbacione Curie generalis, quo ad presentem casum dumtaxat propter inhumanitatem criminis tollimus, omnemque defectum qui de iure comuni aut huius patrie, in predictis notari posset, suplemus ex nostre Regie plenitudine potestatis. Reservantes, tamen, et salvantes dictas Constituciones, Usaticos et Consuetudines in cunctis aliis casibus preteritis, presentibus et futuris, nullum ex hoc ipsis preiudicium generandum. Quoniam eisdem in omnibus casibus aliis aprobamus expresse et eciam confirmamus et specialiter providemus Infantibus, Baronibus, Militibus et aliis qui in sua terra bannitos consueverunt sustinere, et ex hoc eis in casibus aliis preiudicium nullum fiat. Nec hec per Nos, aut[1] nostros vel officiales nostros et ipsorum possint trahi ad consequenciam et exemplum, nec similem processum posse fieri sine voluntate Curie generalis, quoniam ex hoc nolumus ut ipsis in dicto usu, preterquam in casu presenti, ius decrescat aliquod seu acrescat. Quinimo in cunctis aliis casibus, ipso usu utantur, sicuti facere poterant, ante ediccionem huiusmodi Iudici Curie seu processus. Nomina autem personarum que de predictis inculpate aut difamate reperiuntur sunt hec scilicet; Berengarius de Saltells, Bernardinus Roseta de Sabadello, Raymundus Vinaderii Barchinone, Antichus Ferigola, Petrus Letonis et quidam vocatus *En Negre*. Et si imposterum aliqui alii per inquisicionem factam vel fiendam vel alias culpabiles aut diffamati reperti fuerint de predictis postquam inde in Civitate Barchinone voce preconia de mandato Vicarii Barchinone vel eius locumtenentis aut alterius a Nobis inde comissionem aut potestatem habentis citati fuerint, ut compareant infra triginta dierum terminum coram eis, omnia predicta contra tales sic citatos que contra superius nominatos observari superius statuimus, volumus similiter observari. Nulli autem hominum liceat hanc paginam nostri Iudicii seu processus in-

[1] Aquí ha debido omitirse por distracción del copista «*Succesores.*»

fringere vel necligencia aut desidia preterire. Quod si contrafecerit, preter celestes indignaciones et penas predictas et alias a iure comuni vel huius patrie indictas, indignacionis nostre aculeos, absque spe venie, se noviter incursurum. Adicientes quod si qui officiales nostri super predictis aliquem fraudem, culpam vel negligenciam adhibuerint, preter alias penas nostro infligendas arbitrio, officiis sibi comissis eosdem privari volumus ipso facto. Et eos inabiles perpetuo reddi ad aliquod officium publicum obtinendum: per predictam autem non intendimus nec volumus quod alicui processui facto vel fiendo de predictis vel aliquo predictorum ad instanciam partis vel iudiciis officio aut alias, nullum preiudicium valeat quomodolibet generari. Et predicta omnia et singula ut superius sunt scripta vonemus [1] Deo et toti Curie supernorum. Et promittimus enim [2] Abbati dicti Monasterii presenti et futuro, et eius conventui, et toti eciam clero, necnon et consanguineis et affinibus dicti Abbatis interfecti, in quorum inter ceteros iniuriam predicta attemptata [3] fuerunt, et cunctis eciam personis quarum interest et interesse poterit et debebit in manu et posse Notarii subscripti, tamquam publice persone ipsorum omnium nomine stipulantis et recipientis, Nos et Nostros perpetuo ipsa omnia servaturos et cum effectu eciam impleturos ad ea omnia virtute iuramenti quod de presenti per Crucem Domini nostri Jhesu Christi ante Nos positam et Sancta quatuor Dei Evangelia [4] manibus Nostris corporaliter tacta, prestamus Nos et Nostros perpetuo astringentes. Similiter Nos omnes subscripti, qui ad dictam generalem Curiam convenimus, vonemus Deo et toti Curie supernorum et promitimus predictis personis, solempni stipulacione interveniente in manu Notarii subscripti stipulantis ut supra, ac eciam iuramus per Deum et eius Sancta quatuor Evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, predicta omnia et singula Nos et totum generale Cathalonie perpetuo servaturos et operam [5] cum effectu daturos, ut predicta impleantur fiant et sequantur ac irrevocabiliter observentur. Et ad eternam rei memoriam, Nos Rex predictus, de consilio, approbacione et assensu tocius dicte Curie generalis, inter Constituciones huius presentis Curie hunc presentem Processum seu Iudicium Curie iubemus inseri et apponi. Et hec fuerunt acta in castello [6] Perpiniani die Sabba-

[1] *Z. j. 4: vouemus.*
[2] *Z. j. 4: etiam.*
[3] *Z. j. 4: acceptata.*
[4] *Z. j. 4: euuangelia.*
[5] *Z. j. 4: opera.*
[6] *Z. j. 4: in castro.*

ti XII[1] Febroarii anno a Nativitate Domini M°CCC° Quinquagesimo primo.

[2] XXXIIII. Et nichilominus, dictam continuando Curiam, die inferius proxime declarato, consenciente et approbante dicta Curia, decrevimus facere et fecimus Constituciones subscriptas, quarum tenores secuuntur[3]. Hac nostra constitucione, perpetuo valitura, sancimus quod uxor, mortuo viro, confestim post mortem eiusdem censeatur omnia bona viri sui possidere, et infra annum luctus de bonis ipsis in omnibus sue vite necessariis provideatur; post annum vero, fructus ipsorum bonorum suos faciat, donec sibi in dote et sponsalicio suis fuerit integre satisfactum; exceptis tamen uxoribus quibus per suos viros certa loca aut redditus aut alia bona, unde annui redditus vel proventus provenire possint, pro securitate sue dotis et sponsalicii, fuerint assignati. Quo casu ipsa dumtaxat loca et redditus et bona possidere censeatur[4], et super ipsis provisionem suam habeat et fructus suos faciat eorundem. Adiecto, quod uxor in primo casu, videlicet quo omnia bona viri sui possidere censeatur[5], inventarium infra mensem postquam sui viri mortem sciverit computandum incipere, et infra alium sequentem[6] complere omnimode teneatur, alias provisione anui luctus et comode[7] faciendi fructus suos careat ipso facto. Per hoc tamen, non intendimus astrictos ad faciendum inventarium, ab ipsius confeccione[8] aliquatenus liberare.

[9] XXXV. Quia per aliquos trepidantes, ubi trepidandum non est, de significacione verbi *emparamentum* in Usatico *Simili modo* firmissime positi sint aliquandiu dubitatum, declaramus verbum *emparamentum*, in dicto Usatico positum, idem quod verbum guidaticum vel proteccio significare.

[10] XXXVI. Cum de valore subscriptarum monetarum de quibus in

[1] *Z. j. 4: xij die.*

[2] *Z. j. 4.* (Rubrica): SECUNDA CONTINUATIO CURIE.

[3] *Z. j. 4.* (Rubrica): UXOR VIRO MORTUO CENSETUR IPSIUS VIRI BONA OMNIA POSSIDERE NISI CERTI REDDITO SEU PROUENTUS EI FUERINT ASSIGNATI.

[4] *Z. j. 4: censeantur.*

[5] *Z. j. 4: cencetur.*

[6] *Z. j. 4: alium mensem.*

[7] *Z. j. 4: comodo.*

[8] *Z. j. 4. confeccione inuentarii.*

[9] *Z. j. 4.* Rubrica): VERBUM EMPERAMENTUM IN USATICO QUI INCIPIT SIMILI MODO POSITUM, SIGNIFFICAT GUIDATICUM SEU PROTECCIO.

[10] *Z. j. 4.* (Rubrica): QUANTUM VALET MORABITINUS, UNCIA, SOLIDUS ET MANÇUTUS DE MONETA BARCHINONE TERNI.

Usaticis Barchinone mencio fit, sepe in iudiciis dubitetur, declaramus et edicimus ad omnem dubitacionis materiam tollendam, quod morabatinus, de quo in dictis Usaticis mencio fit, valet quatuor solidos monete Barchinone de terno; uncia vero auri cocti [1], viginti octo solidos [2] dumtaxat; solidus vero aureus, valet sexdecim solidos dicte monete; argenteus vero solidus vel plate quod est idem, valet duos solidos monete predicte; mancusus [3] vero auri Valencie valeat [4] sexdecim denarios ipsius monete et non ultra. Per hec tamen minuere aut augere non intendimus valorem morabatinorum alfonsinorum, aut qui pro censu prestantur, aut qui eciam ex promissione vel alias quam in casibus in dictis Usaticis expressis [6] debeantur; in hiis enim valorem actenus observatum imposterum [6] eciam observari. Nam valorem morabatinorum, de quibus in Usaticis Barchinone mencio fit, dumtaxat intelligimus declarare.

[7] XXXVII. Cum pridem Nos quandam pracmaticam sanccionem fecerimus tenoris sequentis.=In Dei nomine, pateat universis quod Nos Petrus, Dei gracia, Rex Aragonum, etc. Attendentes quod quia sicut Sanctorum Datrum dicta comemorant eleganter et Sacra pagina fundamentum salutis eterne probabiliter atestatur, tante potencie et virtutis inmense fuit Nativitas Domini Nostri utique Redemptoris quam Nos principaliter inter articulos fidei ceteros ob reverenciam Matris eius ex speciali devocione ac veneracione solenni singulariter colimus, quod genus humanum fidei Christiane sumpsit, inde sue salvacionis exordium pie inducimur eius memoriam celebrare, ideo licet aliter sicut est licitum singulis Regum et Principum ex disposicione predecessorum Nostrorum illustrium felicis memorie observatum, pro libito fuerit usquequaquam Nos dicta devocione accensi et ut frequencius ipsa Nativitas Domini in memoria habeatur; edicimus, statuimus ac eciam ordinamus quod a die instantis Nativitatis Domini extunc perpetuo computando in cartis publicis, instrumentis, litteris et scripturis universis et singulis qui a nostra Cancellaria insigni a qua tanquam a fonte rivuli derivantur et sumunt originem universe de cetero emanabunt, ordo talis servetur super calendario scilicet: quod annus a Nativitate incipiens

[1] *Z. j. 4: cogti.*
[2] *Z. j. 4: Auri vero Valencie octo solidos.*
[3] *Z. j. 4. Mancunçus.*
[4] *Z. j. 4: valet.*
[5] *Z. j. 4: expressatis.*
[6] *Z. j: 4: volumus in posterum.*
[7] *Z. j. 4.* (Rubrica): ANNUS A NATIVITATE DOMINI ET NUMERUS DIERUM IN KALENDARIIS SCRIPTURARUM DE CETERO PONATUR.

computetur, et eciam ommissis Nonas, Idus atque Calendas, continuando loca, numerum dierum et nomina mensium atque annum in et sub quibus dabuntur et conficientur et fiant singula publica instrumenta, carte, littere et scripture, in eis modus qui et prout in data Statuti presentis invenitur observetur, hoc idem eciam fieri volumus, edicimus ac eciam ordinamus irrevocabiliter observandum in officiis subsequentibus scilicet, Magistri racionalis, Thesaurarii, Scriptoris porcionis panicerii et aliorum officiorum omnium Domus Nostre, necnon in Curiis, regencium procuracionis Nostre Officium generalis in Aragone, Valencia et Cathalonia, Gubernacionum Maioricarum atque Sardinie et Corsice, et Comitatuum Rossilionis et Ceritanie predictorum. Et generaliter omnium Ordinariorum Nostrorum constitutorum inter procuracionem et gubernaciones superius expressatas; mandantes igitur [1], cum presenti dilecto Notario et sigilla nostra tenenti ac Secretariis et aliis scriptoribus nostris necnon scriptoribus officiorum Curiarum omnium predictarum ac Cancellario et maioribus ipsorum scriptorum, ad quos spectat eorum correccio presentibus et futuris quatenus edictum, statum [2], ordinacionem et voluntatem Nostram huiusmodi perpetuo teneant et observent, et contra non faciant aut permitant fieri, si iram et indignacionem nostram huiusmodi cupiunt evitare. Et in testimonium ac memoriam predictorum, presentem fieri iussimus magestatis Nostre sigilli munimine roboratam. Dat. Perpiniani XVI die mensis Decembris anno a nativitate Domini [3] M° CCC° Quinquagesimo.=Et ex eadem Pracmatica sanccione quedam diversitas sequeretur, nisi pari modo per omnia loca tocius Principatus Cathalonie et in quibuscunque instrumentis seu scripturis per quoscunque et in quibuscunque Curiis nostris et quorumcunque aliorum vel eciam extra Curias qualitercunque fiendis idem Calendarium poneretur; ideo de dicta Pracmatica sanccione generalem Constitucionem Cathalonie facientes de consilio, approbacione et consensu dicte Curie, ordinamus et statuimus quod in quibuscunque locis Cathalonie et in quibuscunque instrumentis, seu scripturis in Curiis vel extra, ut premittitur, fiendis, observetur calendarium diei et anni, iuxta modum in dicta Pracmatica sanccione contentum.

[4] XXXVIII. Ordinamus eciam quod nullus iudeus per se vel alium

[1] *Z. j. ½*: omite *igitur*.
[2] *Z. j. ½*: *statutum*.
[3] *Z. j. ½*: *anno Domini*.
[4] *Z. j. ½*. (Rubrica): IUDEI IN LOCIS SEPARATIS CINDANT ET VENDANT CARNES, NON AUTEM IN CARNICERIIS CHRISTIANORUM.

audeat scindere vel vendere carnes in carniceriis ubi carnicerii christiani scindunt et vendunt carnes, sed in locis alibi separatis, et qui contrafecerit in sexaginta solidos Barchinone puniatur.

[1]XXXIX. Ad tollendum [2] materiam falsandi safranum, ordinamus et statuimus quod quincunque falsasse safranum convictus fuerit, amissionem pugni plectatur. Adiecto quod safranum falsatum penes falsatorem seu alium quemcunque repertum, totaliter comburatur.

[3] XXXX. Ut occasione perpetrandi strages seu vulnera obvietur, quam sepe prebet falsarum seu fictarum barbarum delacio, ordinamus quod nullus barbam falsam seu fictam portet, seu diferat, infra et extra domum, publice seu oculte. Et qui contra fecerit, si miles vel homo de paratico aut Civis vel homo ville honoratus fuerit, ad exilium decennii ex sola delacione, absque spe venie, condempnetur; et si homo pedis [4] fuerit, pugnum amitat. Sin autem barbam ipsam deferens, malum fecerit quicunque et cuiuscunque condicionis fuerit, prodicionis pena plectatur. Adiecto, quod nullus barbam falsam seu fictam audeat fabricare; et si contrarium fecerit, pena amissionis pugni, sine spe venie, puniatur [5]. Quequidem universa Capitula, declaraciones et [6] Constituciones et concessiones predictas ad supplicacionem subscriptorum omnium in generali Curia [7] de presenti [8] constitutorum facimus, sanccimus, statuimus et volumus per Nos et successores Nostros perpetuo inconcusse [9] servari; iniungentes omnibus supradictis ac Vicariis, Curiis et universis officialibus nostris et prenominatorum et eorum locatenentibus et subditis eciam nostris presentibus et futuris, quod omnia predicta et singula teneant et observent, et omnibus [10] faciant teneri et observari inviolabiliter, et in aliquo non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant aliqua racione. Et ad maiorem cautelam, promittimus bona fide omnibus et singulis infrascriptis qui ad dictam generalem Curiam convenerunt, et omnibus eciam aliis de Cathalonia, qui absentes sunt, et Notario

[1] *Z. j. 4.* (Rúbrica): FFALSATOR SAFRANI DEBET AMITTERE PUGNUM IPSUMQUE SAFFRANUM EST NICHILOMINUS COMBURENDI.

[2] *Z. j. 4: Ad tollendam.*

[3] *Z. j. 4.* (Rubrica): QUA PENA BARBAM FICTAM DEFFERENS SEU ETIAM FABRICANS PUNIATUR.

[4] *Z. j. 4: de pede.*

[5] *Z. j. 4.* (Rúbrica): CONCLUSIO ET MANDATUM QUOD OMNIA PREDICTA CAPITULA OBSERUETUR.

[6] *Z. j. 4:* omite *et.*

[7] *Z. j. 4: in curia generali.*

[8] *Z. j. 4: die presenti.*

[9] *Z. j. 4: et inconcursse* (sic).

[10] *Z. j. 4: et in omnibus.*

subscripto a Nobis pro eis et pro aliis, quorum interest et interesse potest ac poterit, legitime stipulanti, paciscenti et recipienti, et eciam iuramus in anima nostra per Deum et Crucem Domini nostri Jhesu Christi et eius Sancta quatuor Evangelia [1], manibus nostris corporaliter tacta, predicta omnia et singula, ut superius dicta sunt, tenere et complere et inviolabiliter observare, et observari facere et teneri, ut superius continetur. Prelati vero et persone ecclesiastice et religiose qui presentes sunt, nomine suo et aliorum de Cathalonia, ad predicta consenciunt in quantum status et eorum dignitates sive ordo sustineant, et salva libertate ecclesiastica et iure Ecclesie. Que acta sunt in Capitulo Monasterii Fratrum Minorum Perpiniani die Lune die quartadecimo Marcii anno a Nativitate Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo primo.

[2] Signum [3] Petri, Dei gracia Regis Valencie [4] Maiorice Sardinie et Corsice Comitisque Barchinone Rossilionis et Ceritanie, qui omnia et singula acta superius diebus locis et annis premissis, de consilio, approbacione et assensu tocius dicte Curie generalis, laudamus, sanccimus, vonemus, firmamus et iuramus.

[5] Sig ✠ num Fratris Johannis Ferdinandi de Heredia Ordinis Hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani, Castellani Emposte. Sig ✠ num Fratris Arnaldi Abbatis Monasterii Balneolarum. Sig ✠ num Fratris Francisci Abbatis Monasterii sancti Johannis de Abbatissis. Sig ✠ num Fratris Bernardi Abbatis Monasterii Campirotundi. Sig ✠ num Vitalis de Blanis Abbatis sancti Felicis Gerundensis [6]. Sig ✠ num Francisci Rufacii vicarii et procuratoris venerabilis Michaelis Barchinone Episcopi. Sig ✠ num Leonis de Binato procuratoris venerabilis fratris Bosonis Abbatis Monasterii Ameriensis. Sig ✠ num Hugonis Vicecomitis Cardone. Sig ✠ num Petri de Almenario. Sig ✠ num Petri de Vilalbino substitutorum procuratorum a Petro Cisua iurisperito procuratore incliti Infantis Ferdinandi Marchionis Dertuse et Domini de Albarrazino [7]. Sig ✠ num Petri de Fonolleto [8] Vicecomitis de Caneto et de Insu-

[1] *Z. j. 4: euuangelia.*
[2] *Z. j. 4.* (Rubrica : FIRMA DOMINI REGIS.
[3] Espacio destinado al signo ó rubrica Real.
[4] *Z. j. 4: Aragonum, Valencie.*
[5] *Z. j. 4.* (Rubrica : FIRMA BRACHIORUM CURIE SUPER PRIMIS ORDINACIONIBUS APPOSITA.
[6] *Z. j. 4: Gerunde.*
[7] *Z. j. 4: de Albaraççino.*
[8] *Z. j. 4: de Fonogleto.*

la. Sig ✠ num Bernardi de Castello. Sig ✠ num Petri de Cervera procurator seu actor [1] egregie Cecilie Comitisse comitatus Urgelli et Vicecomitisse vicecomitatus Agerensis matris et tutricis egregii Petri Comitis et Vicecomitis comitatus et vicecomitatus predictorum. Sig ✠ num Raymundi de Angularia de Bello podio. Sig ✠ num Petri de Montecatheno. Sig ✠ num Guillelmi de Bellera. Sig ✠ num Asberti de Gatello procuratoris nobilis Bernardi Vicecomitis Caprarie. Sig ✠ num Poncii de Caramanno. Sig ✠ num Gilaberti de Crudillis. Sig ✠ num Arnaldi de Pallars [2]. Sig ✠ num Berengarii de Sancto Vincencio de Mogoda militis. Sig ✠ num Francisci de Pulcro castro militis [3]. Sig ✠ num Francisci de Rippis domicelli. Sig ✠ num Asberti [4] de Gatello domicelli. Sig ✠ num Guillelmi Olmerii [5]. Sig ✠ num Petri Çarovira legum doctoris. Sig ✠ num Jacobi Cavallerii. Sig ✠ num Petri Buçoti universitatis Civitatis Barchinone. Sig ✠ num Arnaldi de Bosco. Sig ✠ num Petri de Montanyana [6]. Sig ✠ num Arnaldi de Riudeseth. Sig ✠ num Petri de Podiolo [7] iunioris iurisperiti universitatis civitatis Ilerde. Sig ✠ num Guillelmi Sunyerii. Sig ✠ num Francisci Terrades universitatis Civitatis Gerunde. Sig ✠ num Jacobi Amargosii. Sig ✠ num Berengarii de Superbalcio universitatis Civitatis Minorise. Sig ✠ num Raymundi de Angulo sive de Carnerio Civitatis Vici. Sig ✠ num Bernardi Egidii. Sig ✠ num Arnaldi de Mecina universitatis ville Cervarie. Sig ✠ num Joannis de Aldiard [8]. Sig ✠ num Guillelmi Lupi. Sig ✠ num Bernardi Oliba legum doctoris. Sig ✠ num Petri Durandi iurisperiti. Sig ✠ num Bernardi Egidii. Sig ✠ num Petri de Alayano universitatis ville Perpiniani. Sig ✠ num Petri Aldomar [9]. Sig ✠ num Raymundi Portapa universitatis ville Tarrege [10]. Sig ✠ num Andree Fabri. Sig ✠ num Bertrandi Doiria alias de Luarceriis [11] universitatis ville Podii Ceritani. Sig ✠ num Francisci Alanyani maioris dierum universitatis ville Montisalbi. Sig ✠ num Petri Poncii. Sig ✠ num Ferrarii Gilaberti universitatis Ville franche penitensium [12]. Sig ✠ num Arnaldi de Condaminis [13] uni-

[1] *Z. j. 4: procuratorum seu actorum.*
[2] *Z. j. 4: Signum Artaldi de Paylars.*
[3] *Z. j. 4:* omite esta firma.
[4] *Z. j. 4: Azberti.*
[5] *Z. j. 4: Oliuerii.*
[6] *Z. j. 4: de Muntayana.*
[7] *Z. j. 4: de Podio.*
[8] *Z. j. 4: de Aliarde.*
[9] *Z. j. 4: de Oldomar.*
[10] *Z. j. 4: Tarrage.*
[11] *Z. j. 4: dorria alias de Luarteriis.*
[12] *Z. j. 4: penitensis.*
[13] *Z. j. 4: ds Condeminis.*

versitatis ville Berge. Sig ✠ num Bernardi Cavallerii. Sig ✠ num Petri de Sancta Maria universitatis ville Bisulduni. Sig ✠ num Arnaldi Vitalis. Sig ✠ num Jacobi Moratoni universitatis ville Aqualate. Sig ✠ num Jacobi Tholose. Sig ✠ num Petri Vanoverii universitatis Ville franche confluentis. Sig ✠ num Arnaldi Martina. Sig ✠ num Petri Durandi universitatis ville Coquiliberi. Sig ✠ num Jacobi Calveti universitatis ville Sancti Petri de Auro, procuratorum et sindicorum qui predicta omnia et singula acta decimo Calendas Novembris anno predicto Millesimo CCC° Quinquagesimo in dicta Curia generali, de consilio approbacione et assensu nostris dictis nominibus approbamus et eis assencimus, eaque iuramus

[1] Sig ✠ num Berengarii Gerundensis Episcopi. Sig ✠ num Fratris Francisci Abbatis Monasterii [2] sancti Johannis de Abbatissis. Sig ✠ num Bernardi Abbatis Monasterii Campi rotundi. Sig ✠ num Fratris Petri Guillelmi de Ulmis comendatoris de Baioles procuratoris venerabilis fratris Petri Arnaldi de Parietibus tortis Prioris Cathalonie ordinis Hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani. Sig ✠ num Francisci Rufacii vicarii et procuratoris venerabilis Michaelis Barchinone Episcopi. Sig ✠ num Berengarii de Mansione procuratoris venerabilis fratris Arnaldi Abbatis Monasterii Balneolarum. Sig ✠ num Galcerandi de Montecurvo. Sig ✠ num Raymundi Alberti iconomorum et procuratorum Capituli Ecclesie Gerundensis. Sig ✠ num Petri de Fonolleto [3] Vicecomitis de Caneto et de Insula. Sig ✠ num Bernardi de Capraria. Sig ✠ num Berengarii de Pau procuratoris incliti Infantis Petri Rippacurcie et Montanearum de Prades Comitis. Sig ✠ num Ademarii de Mosseto [4]. Sig ✠ num Petri de Cervaria actoris et procuratoris egregie Cecilie Comitisse Urgelli et Vicecomitisse Agerensis matris et tutricis egregii Petri filii sui Comitis Urgelli et Vicecomitis Agerensis. Sig ✠ num Guillelmi de Ciraria procuratoris nobilis Hugonis Vicecomitis Cardone. Sig ✠ num Asberti de Gatello procuratoris nobilis Bernardi Vicecomitis de Capraria. Sig ✠ num Berengarii de Medalia procuratoris nobilis Rogerii Bernardi Vicecomitis Castriboni. Sig ✠ num Guillelmi Galcerandi de Rochabertino alias dicti de Cabrencio. Sig ✠ num Gilaberti de Crudillis. Sig ✠ num Berengarii de Podiolo procuratoris nobilis Raymundi de Angularia de Bello podio [5]. Sig ✠ num Bernardi Gui-

[1] *Z. j. 4.* (Rubrica): FIRMA BRACHIORUM CURIE SUPER DICTO JUDICIO CURIE APPOSITA.
[2] *Z. j. 4: ordinis.*
[3] *Z. j. 4: de Fonoyleto.*
[4] *Z. j. 4: de Mosseti.*
[5] *Z. j. 4: de pulcro podio.*

llelmi de Fuxano. Sig ✠ num Berengarii de Sancto Vincencio de Mogoda. Sig ✠ num Thome de Marzano. Sig ✠ num Bernardi de Thous militum. Sig ✠ num Petri Çarovira legum doctoris. Sig ✠ num Jacobi Cavallerii. Sig ✠ num Petri Bussoti [1]. Sig ✠ num Francisci Burgesesii [2] iunioris sindicorum Civitatis Barchinone. Sig ✠ num Jacobi de Solerio. Sig ✠ num Petri de Podio iunioris iurisperiti sindicorum Civitatis Ilerde. Sig ✠ num Jacobi de Monellis sindici Civitatis Gerunde. Sig ✠ num Petri Mir sindici Civitatis Vici. Sig ✠ num Arnaldi de Mecina. Sig ✠ num Bernardi Egidii sindicorum ville Cervarie. Sig ✠ num Petri Poncii. Sig ✠ num Ferrarii Gilaberti sindicorum Ville franche penitensium [3]. Sig ✠ num Arnaldi Corone. Sig ✠ num Petri de Cantalupis sindicorum ville Campi rotundi. Qui, dictum Processum et Iudicium Curie promulgatum die Sabbati die duodecima Februarii [4] anno predicto a Nativitate Domini M° CCC° Quinquagesimo primo et omnia et singula in eo contenta que acta fuerunt de consilio, approbacione et assensu nostri, approbamus eisque assencimus et ea iuramus: salvo tamen et protestato per Nos, Prelatos et personas ecclesiasticas antedictas, quod in aliquibus que vindictam aut sanguinis iudicium concernere videantur, non intendimus consentire.

[5] Sig ✠ num Fratris Berengarii Abbatis Monasterii Arularum. Sig ✠ num Fratris Arnaldi Abbatis Monasterii Balneolarum. Sig ✠ num Eximini Sanccii de Ribavellosa, procuratoris venerabilis fratris Johannis Ferdinandi de Heredia ordinis Hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani Castellani Emposte. Sig ✠ num Fratris Petri Guillelmi de Ulmis comendatoris de Baioles [6] procuratoris venerabilis fratris Petri Arnaldi de Parietibus tortis Prioris Cathalonie ordinis Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani. Sig ✠ num Leonis de Binato procuratoris venerabilis fratris Bosonis [7] Abbatis Monasterii Ameriensis. Sig ✠ num Petri de Fonolleto Vicecomitis de Caneto et de Insula. Sig ✠ num Bernardi Surdi procuratoris incliti Infantis [8] Rippacurcie et Montanearum de Prades Comitis. Sig ✠ num Guillermi de Bellera. Sig ✠ num Petri de Cervaria actoris seu procuratoris Egregie Cecilie Comitisse Urgelli et Vicecomitisse Agerensis matris et tutricis Egregii Petri Comitis Ur-

[1] *Z. j. 4: Buçoti.*
[2] *Z. j. 4: burgesii.*
[3] *Z. j. 4: penitensis.*
[4] *Z. j. 4: febroarii.*
[5] *Z. j. 4.* (Rubrica): FIRMA BRACHIORUM CURIE SUPER ORDINACIONIBUS ULTIMO EDITIS APPOSITA.
[6] *Z. j. 4: de Banioles*
[7] *Z. j. 4: Besonis.*
[8] *Z. j. 4: infantis Petri.*

gelli et Vicecomitis Agerensis. Sig ✠ num Ademarii de Mosseto. Sig ✠ num Poncii de Sancta Pace. Sig ✠ num Raymundi de Pallars [1]. Sig ✠ num Bernardi G. de Fuxano. Sig ✠ num Berengarii de Ulmis. Sig ✠ num Francisci de Pulcro castro. Sig ✠ num Thome de Marzano. Sig ✠ num Berengarii de sancto Vincencio de Mogoda. Sig ✠ num Francisci Togores. Sig ✠ num Arnaldi de Perapertusa. Sig ✠ num Berengarii de Minorisa. Sig ✠ num Jacobi Cavallerii. Sig ✠ num Petri Ça rovira legum doctoris. Sig ✠ num Petri Buçoti [2]. Sig ✠ num Francisci Burguesii iunioris Civitatis Barchinone. Sig ✠ num Jacobi de Solerio. Sig ✠ num Petri de Podio iurisperiti iunioris Civitatis Ilerde. Sig ✠ num Jacobi de Prato. Sig ✠ num G. de Orriols [3] Civitatis Minorise. Sig ✠ num Francisci Boil [4]. Sig ✠ num Petri Mir Civitatis Vici. Sig ✠ num Guillelmi Luppi. Sig ✠ num Johannis den Aldiarts. Sig ✠ num Petri Alanyani ville Perpiniani. Sig ✠ num Arnaldi de Meçina. Sig ✠ num Bernardi Egidii ville Cervarie. Sig ✠ num Petri de Angularia ville Montisalbi. Sig ✠ num Petri Poncii. Sig ✠ num Ferrarii Gilaberti Ville franche penitensium [5]. Sig ✠ num Francisci Prous ville Berge. Sig ✠ num Raymundi Portapa ville Tarrege [6]. Sig ✠ num Jacobi Marquesii senioris ville Podii ceritani. Sig ✠ num Jacobi Tholose. Sig ✠ num Petri Vanoerii Villefranche confluentis. Sig ✠ num Arnaldi Vitalis. Sig ✠ num Anthonii Granelli ville Aqualate. Sig ✠ num Berengarii Bleda. Sig ✠ num Bernardo Bleda eius filii ville Apiarie. Sig ✠ num Arnaldi Martina [7]. Sig ✠ num Petri Durandi ville Coquiliberi procuratorum et sindicorum. Qui, predicta omnia et singula acta die quarta decima [8] Marcii anno iamdicto a Nativitate Domini M° CCC° Quinquagesimo primo in generali Curia antedicta de consilio approbacione et consensu nostri dictis nominibus, approbamus eisque consencimus et iuramus eadem.

[9] Testes sunt qui presentes fuerunt predictis que fuerunt acta in dicta generali Curia decimo Calendas Novembris anni predicti M° CCC° Quinquagesimi venerabilis Hugo Valencie Episcopus Cancellarius, nobilis Bernardi de Capraria, nobilis Raymundus de Rivosicho Maiordo-

[1] *Z. j. 4: de Paylars.*
[2] *Z. j. 4: Busseti.*
[3] *Z. j. 4. de Urriols.*
[4] *Z. j. 4: Boer.*
[5] *Z. j. 4: penitensis.*
[6] *Z. j. 4: Tarrage.*
[7] *Z. j. 4: Marcina.*
[8] *Z. j. 4:* xiiij.
[9] *Z. j. 4.* (Rubrica): TESTES PRIMARUM ORDINACIONUM CURIE.

mus, venerabilis [1] frater Galcerandus de Fonolleto [2] ordinis Hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani comendator Mansi Dei et Ferrarius de Minorisa Civis Barchinone Consiliarii dicti Domini Regis.

[3] Processu [4] eciam et Iudicio Curie antedicto promulgato die duodecima Februarii [5] dicti anni a Nativitate Domini M CCC Quinquagesimi primi, fuerunt testes presentes nobiles Berengarius de Apilia Camerarius et Bernardus G. de Entença ac Franciscus Roma legum doctor, Berengarius de Codinachs Magister racionalis, Jacobus de Faro, Jaspertus de Tregurano iurisperiti Consiliarii, ac Franciscus de Prohomine Notarius et sigilla tenens, et Franciscus Fuxi [6] secretarius Domini Regis prefati.

[7] Sunt insuper testes qui presentes fuerunt premissis que acta fuerunt [8] die Quartadecima Marcii anno predicto [9] in dicta generali Curia, Nobilis Bernardus de Capraria, Bernardus de Ulzinellis legum doctor Thesaurarius, Jacobus de Faro iurisperitus Consiliarii, Guillelmus de Uxio, Garcias Lupi de Cetina Uxerii, Bernardus [10] de Pinos, Bernardus de Bonastre scriptores et Jaufridus [11] de Urtigiis de domo dicti Domini Regis.

GREUGES OFFERTS AL SENYOR REY PER LA CORT GENERAL DE CATHALUMYA EN PERPENYA ANY M. CCC. L [12].

Com Vos, molt excellent e molt poderos Princep e Senyor, en la proposicio la qual laltre die fes en lo comensament de les Corts, havent esguart a Deu e a la gran amor e affeccio la qual habets als Vostres sotsmetes, Vos afferissets retre iusticia a ells dels greuges que per Vos, Senyor e per Vostres Officials los son stats fets; per ço, Senyor, a la Vostra Reyal Magestat offer la Cort General de Cathalunya los greuges daius scrits, supplicant humilment a la Vostra Altea que per honor Vostre, Senyor, e per be e profit dels Vostres sotsmeses Vos placia

[1] *Z. j. 4*: omite *venerabilis*.
[2] *Z. j. 4*: *de Fonoyleto*.
[3] *Z. j. 4*. (Rubrica): TESTES IUDICII CURIE.
[4] *Z. j. 4*: *Processui*.
[5] *Z. j. 4*: *febroarii*.
[6] *Z. j. 4*: *Foxii*.
[7] *Z. j. 4*. (Rubrica): TESTES ULTIMORUM ORDINACIONUM CURIE.
[8] *Z. j. 4*: omite *premissis que acta fuerunt*.
[9] *Z. j. 4*: *proxime dicto*.
[10] *Z. j. 4*: *Bertrandis*.
[11] *Z. j. 4*: *Jaufredus*.
[12] ARCH. DE LA COR. DE AR. Proceso de estas Cortes perteneciente al Brazo Militar.

provehir ensemps ab la Cort los greuges generals que toquen lo General de Cathalunya, e los greuges specials qui toquen part appellada la part en tal manera, Senyor, que Deus ne sia pagat e los vostres sotsmeses ne sien en romanguen consolats. E aço, Senyor, vos placia fer breument. E com, Senyor, a alseuns dels dits Greuges haia dissentit alcun dels dits Brasses per si, e encara a alseuns daquells greuges haien dissentit alseuns o dos dels dits Brasses, e haien encara dissentit als dit greuges alseunes persones ensemps e alseunes singularments o de partida, segons que de les dites contradiccions o dissentiments en la fi de quaseu dels dits greuges appar; per ço, Senyor, suplica la dita Cort a la magnificencia del Vostre Reyal Poder que, per la offerta que fa dels dits greuges, no sia fet preiudici a aquells quiy contrasten, ans suplicant protesta la dita Cort que jats sia la offerta sia stada feta per la dita Cort dels greuges damunt dits, que les dites contradiccions stien en la forma e valor, e que a aquelles contradiccions no sia fet preiudici per la dita offerta; car, Senyor, la dita Cort no ha examinat los dits greuges.

Greuge donat per Nasbert dez Gatell.

I. Primerament, que com los Prohomens de Villafrancha han ordonat que si alcun cavaller deu de deute a alguna persona, que Saig del Batle o de Vagner pugue encara penyorar dins los alberchs dels cavallers, la qual cosa es contra los Usatges e ordinacions de Cathalunya, e cosa que anch per null temps no fo demanat ne asseiat.—*Dominus Rex nescit Usaticum nec Constitucionem hoc prohibente. Ideo, si sic exhibeat, faciet eam Dominus Rex observari.*.

II. Item, com lo Senyor Rey haia dada imposicio als Prohomens per deutes que ells han fets, e los damuntdits Prohomens volen que nosaltres hi macam que tost noy tenim ne som demanats en lurs affers, e de aquesta raho nos han fetes penyores per la damunt dita imposicio, e les quals penyores han fetes retenir los Prohomens a ı pesador qui te pes de la farina sens Batle e sens Saig, que no han request.—*Vocentur Probi homines seu Sindici Villefranche et, auditis eorum racionibus, providevitur coram Jacobo de Faro.*

III. Item, los damuntdits Prohomens veden als cavallers que no meten delma de vonema, lo qual delma han sobre les luicions e possessions dels homens de la Vila e del terratori de la qual Vila entro a les parets de la Vila, e als damuntdits cavallers estan en la Vila, e daço han tots temps acostumat de metre los dits cavallers qui en la Vila

estaven, encara aquells de fora dels delmes del vi qui son de les lauraons dels abitans de la dita Vila.—*Idem ut in proximo.*

IIII. Item, stan alcuns cavallers en la Vila, e han lochs e lauraons prop la Vila, e los damuntdits Prohomens no volen que los cavallers meten venema ne vi en la Vila, e totes les damunt dites vendes del vi fan per rao de un privilegi que han del Senyor Rey.—*Idem ut in proximo.*

V. Item, han ordonat los Prohomens que nagun muliner nons molguen sobra certa pena. E aço feren ab crida per la dita imposicio e encara per I ordonament, ans quel Senyor Rey los hagues donada la imposicio, havien fet que tot hom de la Vila qui molgues forment que pagas XII diners per quartera, e qui molgues ordi VI diners per quartera. E aço per null temps nons havien demanat, entro que la imposicio hagueren del Senyor Rey, e es axi que lo Senyor Rey non ha res, e encara que null hom de fora Vila, de paratge, ni de peu, no es tengut de metre en la dita imposicio.—*Idem ut in proximo.*

Non consenserunt gravaminibus supradictis Sindici Villefranche penitensium.

Greuges donats per la universitat de la vila de Agualada.

Devant vos, molt honrada Cort e Tractadors daquella, dien, proposen e demostrem los Prohomens de la vila d'Agualada los seguents greuies e Capitols.

VI. Primerament, lo molt alt Senyor Rey En Jacme, e lo molt alt Senyor Rey N'Amfos feren privilegis que null temps no vandrien, darien, alienarien, seperarien de la Corona de Arago, de Valencia ne del Regne, Comtat de Barchinona, lo castell de Muntbuy, ans aquell per tots temps tendrien aunit a la lur Senyoria. E lo noble En Ramon Folch, lavors Vescomte de Cardona, promes al Senyor Rey N'Amfos que ell yrie en lo viatge de Serdenya ab ell, ab ses propies messions, ab L homens a cavall, e ab CC homens de peu, e que lo Senyor Rey li faes venda del castell de Muntbuy, la qual venda se feu. Empero feu se covinensa entre ells, la qual pres en Francesch Sa Bastida en lo loch de Sent Matheu, que lo preu del castell de Muntbuy hagues lo dit Vescomte per arreament de la sua persona, e daquells qui ab ells anassen. E en aquesta manera ell hague lo dit castell de Muntbuy, e puys no ana en lo dit viatge de Serdenya, per que placia al Senyor Rey e a vosaltres, molt honrats senyors Tractadors, que lo dit castell de Muntbuy sia tornat a la Senyoria Reyal, e los privilegis daquen fets sien tor-

nats.—*Vocetur coram Cancellario, Vicecomes Cardone quem tangit, cuius auditis racionibus, Dominus Rex providebit.*

VII. Item, lo molt alt senyor Rey En Pere, qui ara es, ha fet privilegi jurat als Prohomens d'Agualada que ell ne sos successors no vendrien, donarien, cambiarien, alienarien, separarien de la Corona d'Arago, de Valencia, ne del Comdat de Barchinona lo castell d'Odana, ans aquell per tots temps tendrien aunit a la lur Senyoria. Perque placia al Senyor Rey e a vosaltres, honrats senyors de Tractadors, que lo privilegi quel Senyor Rey ha fet e jurat sia servat en totes coses, e lo dit castell d'Odana sia tornat a la senyoria Reyal.—*Idem ut in proximo.*

VIII. Item, com lo Semyor Rey N'Amfos hagues pres lo castell d'Odana, la Vescomtesa de Cardona posa davant lo senyor Rey, qui ara es, que lo proces feyt per la Postat d'Odena no era feyt justament, e posa per scrit tot ço qui a defeniment de sou dret era, e lo Senyor Rey feu regonexer tot lo process a savis de son Conseyll e a savis de Valencia, d'Arago e de Cathalunya et tots ensemps determanaren, que lo proces era bo e just e que la Vescomtessa ne la sua part no era oydora, ans li posaren callament perpetual, segons que totes les coses damuntdites sa paren per carta publica feta en la Ciutat de Barchinona.—*Exhibeant coram Cancellario dictum instrumentum, si cum habent.*

IX. Item, lo Vescomte de Cardona tracta ab fentes paraules e prometimens que lo castell d'Odena fos a ell venut o donat, segons que es dit, e los Prohomens d'Agualada contrestaren, sobra lo qual contrast lo Senyor Rey posa conexador, e daquesta rao ana molt temps plet, es feu gran proces, e penian la questio, lo Vescomte de Cardona, ab gran companya domens a cavall e de peu, vench de nit al castell d'Odena e ab escales aqui puiaren, e aquell forcivolment prengueren. E per aquesta rao si lo Vescomte de Cardona havia nagun dret en lo dit castell, lo deu haver perdut, perque placia al Senyor Rey e a vosaltres, honrats Senyors de Tractadors, que lo castell sia tornat en lestament que era com lo dit Vescomte furcivament lo pres.—*Idem ut in sexto Capitulo.*

X. Item, be a iij anys quel senyor Rey atorga fira al loch de Callaf, e en aquell temps que la fira es atorgada a Callaf havia ja fira a Gualada gran temps havia, la qual fira era bona e be aporroquiada e de gran profit e arrenda al Senyor Rey e a les sues gens. E ara, depuys que ha fira a Callaf, lo Vescomte de Cardona fa manament a les sues gens, sots pena del peu a perdre, que no entren en la fira d'Agualada, e encara prega los cavallers veyns d'Agualada que noy lexen entrar los seus homens. E per aquesta rao vansen a la fira de Callaf que noy ha sino II leygues despay de la I loch a laltre, e axi II fires en I temps dins spay

de II leygnes, e que la I loch sia contrari del altre noy stan be. Perque placia al Senyor Rey que la fira de Callaf sia en altre temps mudada, e la fira d'Agualada sia en son estamen, axi com ja gran temps ha estat. —*Idem ut in sexto Capitulo.*

XI. Item, lo Vescomte de Cardona a posada imposicio a Callaf e fa la pagar generalment als homens del Senyor Rey, e a tots altres qui aqui compren e venen, la qual cosa sens consentiment del Senyor Rey no deu fer.—*Idem ut in sexto.*

XII. Item, lo Vescomte de Cardona com hague pres lo castell d'Odena furcivament, trames letra als Prohomens d'Agualada que li isquessen a vista, e no mes en la letra de part daqui venia, e los Prohomens d'Agualada tamen se que als no fos altre tractament, no isqueren a la dita vista. E com ab aquesta rao nols poch haver lo dia de Senta Tecla, ell sa mes en aguayt ab gran companya de homens a cavall e de peu, e aquell dia I hom d'Agualada ana a palla a I payer seu, e servents del Vescomte de Cardona donaren li salt, e lexaren se anar a ell, ell hom mes se en fuyta so metent, e encalsaren lo tro en les portes de la Vila per enteniment quels homens d'Agualada isquessen al so, e que lo Vescomte ab lo dit aguayt donas salt, e quels occis tots. E com lo dit Vescomte viu que lo so no exia, vench sen Agualada, e aqui ell posa setge, e feu metre so per tota la sua terra ab corns ab rapicament de senys, e faen gran aldarrada de fum, e posaren se en torn d'Agualada a totes parts, e estigueren tot aquell dia calcigan e talan la venema qui en les vinyes era, e donaren dan de mes de pesa mill solidos. Perque placia al Senyor Rey e a vosaltres, honrats Senyors de Tractadors, que aquest feyt no pas sens punicio en manera que justicia sia observada.—*Vocetur dictus Vicecomes coram Jasperto de Tregurano, et auditis eius racionibus, providebitur.*

XIII. Item, lo Vescomte de Cardona lavors feu questa als homens d'Agualada per les terres que han al terme d'Odena, e no feu questa als homens d'Odena, e segons les Constitucions generals no es costum en Cathalunya que si lo castell no fa questa que los terratinents daltre loch ni façen, e per aquesta rao los Prohomens d'Agualada no volgueren pagar la questa, e lo dit Vescomte empara lus totes lurs possessions, e perderen aqui tota la venema e lo safra que nols ho lexa cullir que valia mes de XL mill solidos. Perque placia al Senyor Rey e a vosaltres, honrats Senyors de Tractadors, quels sia feta complida satisfaccio.—*Idem ut in sexto.*

XIIII. Item, lo procurador del Vescomte de Cardona ab molts homens a cavall e de peu gita aguayt prop Agualada, e axi com isque-

ren del dit aguayt, trobaren I hom a I era que batia blat, e lexaren se anar a ell, ell hom mes se en fuyta, e prop les portes de la Vila passaiaren lo sens tota rao, e aço feren ab enteniment que lo so de la Vila isques, e quen aguessen I esderroch, e tornaren se recullir a Odena. E daquesta rao mana fer lo Senyor Rey execucio.—*Idem ut in duodecimo Capitulo.*

XV. Item, alseuns homens del Vescomte occiren una fembra a les portes de la Vila sens tota rao. e aquells quiu feren anaren ves lo castell de Muntbuy, e los homens del Vescomte ma armada defeneren contra lo so d'Agualada aquells qui fet ho havien en manera que nols pogueren pendre.—*Idem ut in duodecimo.*

XVI. Item, partiren III homens d'Agualada qui eren del confessor del Senyor Rey, e la I era malalt e anave cavalcat, e com forem a la poble de Claramunt entraren a casa den Jacme Vantaylols, e com foren a la poble de Claramunt e en dita casa, En Jacme Vantaylols baraylas ab ells, e enderroca lo malalt en manera que tot lo tranca e apres mes tot lo..... tro a les dolses al altre per les spatles, e com aquells dos foren en terra, lo tercer isque al carrer metre so, e los homens de la pobla haviaren lom qui lo mal havia fet, e prengueren aquell qui so metia, e tengueren lo pres III setmanes, puys eviaren lo, e lo malalt e lo nafrat moriren, e aço null temps nos sabere sino que II homens d'Agualada avia a la poble quiu veeren en dexalaren que ells ab enteniment havien pres lom qui mes so, quel hofagassen.—*Idem ut in duodecimo.*

XVII. Item, alcuns homens han fet crims ell terme d'Odena, e lo Sotsvaguer d'Agualada ha feta inquisicio, e per aquesta rao lo Vescomte de Cardona ha bendeiat lo Sotsvaguer, e tots aquells qui ab ell eren. —*Idem ut in sexto.*

XVIII. Item, si alguns homens fan mal en la Vila d'Agualada o en son terme, e los homens d'Agualada so meten, seguexen aquells mals faytors, e entren dins lo terme del Vescomte, que si en aquesta manera hi poden pendre nagun, quel fan rembre.—*Idem ut in sexto Capitulo.*

XIX. Item, los homens qui tenen lo castell d'Odena van per les viuyes dels homens d'Agualada, e porten sen los serments, e fan ne foch, apres porten sen la venema, e fruyta e ortalissa, e manuguen ho, en axi que tot los ho malmeten e los ho avaloten.—*Idem ut in sexto Capitulo.*

XX. Item, es ver que En P. Ferrer e En Guillem Vidal de la vila d'Agualada compraren les rendes que En Maymo de Castell auli ha a Odena a V anys, e pagaren tot lo preu primer. E daço han bones cartes, e tenen e posseexen les dites rendes. El vescomte de Cardona ales

se preses sens tota rao ij anys ha, e encara no les los lexa pendre, nels en vol fer naguna restitucio.—*Idem ut in sexto Capitulo.*

XXI. Item En Jacme Cavaller ciutada de Barchinona compra DC solidos de violari den Maymo de Castell auli, e alscuns homens d'Agualada feren li fermança, e ara es degut lo violari de III anys, e aquells qui la fermança han feta, han pagat del lur propi al dit En Jacme Cavaller una partida del damunt dit violari, e requeren tot dia lo Vescomte de Cardona o son procurador quels reten justicia dels bens den Maymo de Castell auli, la qual cosa ells haver no poden, ans lo cerquen maneres, perque tot ho perden. Perque placia al Senyor Rey e a vosaltres, honrats senyors de Tractadors, que de totes les damunt dites coses sia tenguda justicia, en manera quels homens d'Agualada no sien dampnificats.—*Idem ut in sexto Capitulo.*

XXII. Item lo Sotsvaguer d'Agualada usave de tota jurisdiccio criminal en los castell d'Odena, de Castell auli, de Jorba, de Clariana, de Tous, de Fiol de Roqueta, e de Çagoda, e com lo Senyor Rey dona a violari la Vila d'Agualada al noble En Ramon Folch Vescomte de Cardona, lo Sotsvaguer de Gualada cessa de usar. Per tal com noy hague Sotsvaguer, e depuys per lo contrast que lo Vescomte de Cardona e los altres hi han mes, noy ha usat. Perque placia al Senyor Rey e a vosaltres, honrats Senyors de Tractadors, que los dits Castells sien tornats a la Sotsvagueria de Gualada, axi com de abans eren.—*Idem ut in sexto.*

Non consensit predictis Berengarius de Podiolo nomine nobiles Hugonis Vicecomitis Cardone, immo dixit eis penitus disentire, et peciit de eis sibi nomine predicto seu dicto nobili Vicecomiti copiam exhiberi, quam sibi Curia denegavit. Item contradixit predictus nobilis Vicecomes Cardone.

FUERUNT OBLATA GRAVAMINA INFRASCRIPTA PER VENERABILEM BERNARDUM GUILLELMI DE FUXANO.

XXIII. Sapien tots communalment quel feu de la postat de la forsa e meso del loch del Borns se te per lo Senyor Rey, axi com a Senyor de Torroella de Mongri, encara foren fetes covinences antigament entrel Senyor del dit loch de Torrella e del dit loch del Borns que la dita senyoria transmudar ni trasportar nos posques, sino a aquell qui seria senyor de Torrella. E aquestes covinenses, lo Senyor Rey que huy es els altres Reys passats, han fermades, aprouades e jurades, segons que les damunt dites coses aparen per cartes, de les quals placia al Notari, lo qual aquest present greuie legira, que mostra e lesca les dites

Al abbat del Monastir de Jarre.
Al abbat del Monastir de Sant Andreu.
Al abbat del Monastir de Sant Miquel de Cuxa.
Al abbat del Monestir de Sant Marti de Canigo.
Al abbat del Monastir de Sant Genis.
Al abbat del Monastir Darles.
Al abbat del Monastir de Jau.
Al abbat del Monastir de Bona.

Sequitur Baronum convocacio.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Al alt Infant en Ferrando Marques de Tortosa e senyor dalbarrazi car frare nostre Salut e dileccio. Com per rao de la guerra la qual lo Rey de Castella nos ha moguda ens fa injustament tots los nostres sotsmeses axi seglar com ecclesiastichs nos haien aiudat a defensio de nostres Regnes e terres, salvant lo braç des Richs homens Cavallers e generoses de Cathalunya; E nos molts daquells haiam aemprats singularment preganlos que per la necessitat, que havem per raho de la dita defensio de la dita guerra, nos volguessen fer ajuda sens preiudici lur, proferinlos ques faes per tal forma, que a costum ni a consequencia no pogues esser tornat allegat en esdevenidor; E entre los altres lalt Infant en Ramon Berenguer Comte Dampuries car avoncle, e lo molt noble en Pere Comte Durgell e vezcomte Dager car nebot nostres; E lo noble Nuch vescomte de Cardona, pregats per nos quen faessen aiuda en defensio de nostres Regnes e terres segons que dit es, nons haien atorgada la dita aiuda ans aquella nos haien dilatada ens dilaten, no contrastant que aquella sia a nos molt necessaria e cuytosa per defensio de nostres Regnes e terres, la qual nos cove de fer contra lo dit Rey de Castella, quins vol conquerir nostres terres ens ha ja tolta la Ciutat de Taraçona e daltres lochs; E nos vullam veer acordar e declarar en Cort general de Cathalunya los dits m dessus nomenats e lurs sotsmeses a que son tenguts a nos sobre los dits affers, e semblant declaracio vullam fer en la dita Cort sobre aquells qui ans que la dita Cort se començ de tenir nosseran ab nos avenguts per la dita raho: E per aquesta rao e no per altra haiam provehit e deliberat de tenir e celebrar la dita Cort en la Ciutat de Barchinona al xxv dia del

present mes Dagost: Per çous dehim eus manam que en los dits dia e loch siats on nos, Deu volent, serem sens tota falla per la dita rao. Pero a aquells qui nons han dit de no e volran ab nos passar agradablement sens dilacio, entenem que la dita declaracio faedora en la dita Cort no preiudich en res a ells ni a lurs successors ni a res del lur ara o per avant, ans volem que sien en aquell punt o estament que eren ans de la dita declaracio, e aço los entenem a salvar en la dita Cort e de present los ho salvam. Dada en Gerona a VII dies dagost en lany de la nativitat de nostre Senyor M CCC LVIII.—*Visa Petrus.*

Similes infrascriptis nobilibus.

Al alt Infant en Pere Comte de Ribagorça e de les muntanyes de Prades oncle nostre molt car.
Al noble e amat nostre en Bernat Comte Dosona.
Al noble e amat nostre lo hereu del Comte de Pallars.
Roger Bernat vescomte de Castellbo.
Dalmau vescomte de Rocabertin.
Andreu vescomte dilla e de Canet.
Pere vescomte de Vilamur.
Bernat de So vescomte Devol.
Pere de Moncada.
Ramon Danglerola.
Guillem Ramon de Muncada.
Loys Cornell.
Berenguer Dabella.
Gilabert de Cruilles.
Ramon de Ribelles.
Le hereu den Artal Roger de Pallas.
Ramon de Centelles.
Arnau Derill.
Arnau Dortal.
Bernat Danglesola.
Pere Galceran de Pinos.
Berenguer de Ribelles.
Ramon Alamany de Cervello.
Guillem Galceran de Cabrenç.
G. Dabellera.
Berenguer Danglesola.
Berenguer de Castellnou.

Bernat de So.
Dalmau de Queralt.
Sicart de Lordat.
Artal de Cabrera.
Huc de Sancta Pau.
Francesch de Cervia.
Gispert de Castellet.
Ponç de Caramany.
Gilabert de Cruilles de Peratallada.
Hereu den Ademar de Mosset.
Galceran Danglesola o son hereu.
Hereu del noble en Pere de mellan.
Hereu del noble en G. de Cardona.
Heren del noble en P. de Cardona.
Arnau de Saga o son hereu.
Hereu del noble en Simon de Mur.
Bernat G. Dentença.
Ramon de Riusech, de qui es lo Castell de Sobirats.
Nacart de Talarn.

Et sequens convocacio est militum Cathalonie.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Cerdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Al amat nostre en Ramon de Josa cavaller Salut e dilecciо. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella nos ha moguda ens fa injustament tots los nostres sotsmeses axi seglars com ecclesiastichs nos haien aiudat a defensio de nostres Regnes e terres, salvant lo braç dels Richs homens Cavallers e generoses de Cathalunya; E nos molts daquells haiam aemprats singularment preganlos que per la necessitat que havem per rao de la dita defensio de la dita guerra nos volguessen fer aiuda sens preiudici lur, preferinlos ques faes per tal forma que a costum ne a consequencia no pogues esser tornat ne allegat en esdevenidor; E entre los altres lalt Infant en Ramon Berenguer Comte Dampuries car avoncle, e lo molt noble en Pere Comte Durgell e vescomte Dager car nebot nostres; E lo noble Nuch vescomte de Cardona, pregats per nos quens faessen aiuda en defensio de nostres Regnes e terres segons que dit es, nons haien atorgada la dita aiuda, ans aquella nos haien dilatada ens dilaten, no contrastan que aquella sia a nos molt necessaria e cuytosa per defensio de nostres Regnes e

terres, la qual nos cove de fer contra lo dit Rey de Castella quins vol conquerir nostres terres ens ha ja tolta la Ciutat de Taraçona e daltres lochs; e nos vullam veer acordar e declarar en Cort general de Cathalunya los dits III dessus nomenats e lurs sotsmeses a que son tenguts a nos sobre los dits affers, e semblant declaracio vullam fer en la dita Cort sobre aquells qui ans que la dita Cort se començ de tenir nosseran ab nos avenguts per la dita raho: E per aquesta raho e no per altra haiam provehit e deliberat de tenir e celebrar la dita Cort en la Ciutat de Barchinona al XXV dia del present mes dagost; Per çous dehim eus manam que en los dits dia e loch siats on nos, Deu volent, serem sens tota falla per la dita raho. Pero a aquells qui nons han dit de no e volran ab nos passar agradablament sens dilacio, entenem que la dita declaracio faedora en la dita Cort no preiudich en res a ells ni a lurs successors ni a res del lur ara o per avant, ans volem que sien en aquell punt o estament que eren ans de la dita declaracio, e aço los entenem a salvar en la dita Cort e de present los ho salvam. Dada en Gerona a VII dies dagost en lany de la nativitat de nostre Senyor M CCC LVIIJ.—*Visa Petrus.*

Similes subscriptis.

Hereu den G. Dabella.
Bernat Guillem de Fuxa cavaller.
Ramon de Copons cavaller.
Bernat de Thous cavaller.
Johan Berenguer de raiadell.
Ombert dez Fonollar.
Bernat G. de Ribes o son hereu.
Hereu den G. de Pelafolls.
Hereu den Berenguer de Castell Anli de Rubio.
G. de Barbera o son hereu.
Dalmau Xatmar.
Hereu den Dalmau Peramola.
Guerau Dolvia.
Hereu o detenidor dels bens den Huguet de Fluvia.
Tinent bens den Ariol Dolvia.
Hereu den Berenguer de Sant Vicenç.
Guillem de Calders o son hereu.
Jacme de Cornella.
Hereu den G. de Galliners.

Hereu den Bernat de Sancta Eugenia.
Alaman Durriols.
Bernat guerau de Boxados.
Hereu den Ferrer de Vilafrancha.
Berenguer de Castell Auli.
Pere de Montornes.
Hereu den Ramon de Senesterra.
Pere de Castellvi.
Ramon de Timor o son hereu.
A. G. de Besora.
G. de Crexell o son hereu.
R. de Montoliu o detenidor de sos bens.
Hereu den Ramon Berenguer de Mediona.
Berenguer Dolms cavaller.
Francesch de Ribes.
Ponç de Lupia.
Thomas de Março.
Francesch de Bell castell.
Berenguer de Castell Bisbal.
Hereu den Bernat de Fachs.
Ramon de Paguera.

Sequitur convocacio civitatum villarum atque locorum Regalium Cathalonie.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Cerdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Als amats e feels nostres consellers e prohomens de la ciutat de Barchinona Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella nos ha moguda ens fa injustament tots los nostres sotsmeses axi seglars com ecclesiastichs nos haien aiudat a defensio de nostres Regnes e terres, salvant lo braç dels Richs homens cavallers e generoses de Cathalunya; E nos molts daquells haiam aemprats singularment preganlos que per la necessitat que havem per raho de la dita defensio de la dita guerra nos volguessen fer ajuda sens preiudici lur, preferinlos ques faes per tal forma que a costum ne a consequencia no pogues esser tornat ne allegat en esdevenidor; E entre los altres lalt Infant en Ramon Berenguer Comte Dampuries car avoncle, e lo molt noble en Pere Comte Durgell e vescomte Dager car nebot nostres; E lo noble Nuch vescomte de Cardona, pregats per nos quens faessen aiuda en defensio de nostres Regnes e terres segons que dit es, nons haien

atorgada la dita aiuda, ans aquella nos haien dilatada ens dilaten, no contrastant que aquella sia a nos molt necessaria e cuytosa per defensio de nostres Regnes e terres, la qual nos conve de fer contra lo dit Rey de Castella, quins vols conquerir nostres terres ens ha ja tolta la ciutat de Taraçona e daltres lochs; E nos vullam veer acordar e declarar en Cort general de Cathalunya los dits III dessus nomenats e lurs sotsmeses a que son tenguts a nos sobre los dits affers; E semblant declaracio vullam fer en la dita cort sobre aquells qui ans que la dita cort se començ de tenir nosseran ab nos avenguts per la dita raho; E per aquesta rao e no per altra haiam provehit e deliberat de tenir e celebrar la dita cort en la Ciutat de Barchinona al XXV dia del present mes dagost; Per çous dehim eus manam que constituiscats vostres sindichs o procuradors ab plen poder, los quals en los dits dia e loch sien on nos, Deu volent, serem sens tota falla per la dita raho. Pero a aquells qui nons han dit de no e volran ab nos passar agradablement sens dilacio, entenem que la dita declaracio faedora en la dita cort no preiudich en res a ells ni a lurs successors ni a res del lur ara o per avant, ans volem que sien en aquell punt o estament que eren ans de la dita declaracio, e aço los entenem a salvar en la dita cort e de present los ho salvam. Dada en Gerona a VII dies dagost en lany de la nativitat de nostre senyor M CCC LVIII.—*Visa Petrus.*

Similes infrascriptis universitatibus.

Als amats e feels nostres paers e prohomens de la Ciutat de Leyda.
Als feels nostres jurats e prohomens de la Ciutat de Gerona.
Als feels nostres Consellers e prohomens de la Ciutat de Manresa.
Als feels nostres Consols e prohomens de la Ciutat de Tarragona.
Jurats e prohomens de Vila francha de Penades.
Consols e prohomens de la vila de Perpenya.
Paers e prohomens de la vila de Cervera.
Jurats e prohomens de la vila Dagualada.
Jurats e prohomens de Piera.
Jurats e prohomens de Torroella de Mongrin.
Jurats e prohomens de Caldes de Monbuy.
Jurats e prohomens de Figueres.
Consols e prohomens de Campredon.
Jurats e prohomens de la vila de Berga.
Consols e prohomens de Vila francha de Comflent.
Consols e prohomens de Puig cerda.

Jurats e prohomens de Larboç.
Jurats e prohomens de Sant Pedor.
Jurats e prohomens de la Reyal de Cabra de Torres e de Conesa.
Jurats e prohomens de Cambrils.
Jurats e prohomens de Bisuldu.

Et omnes predicti prelati Religiosi Capitula et persone eclesiastice ac barones Milites et universitates civitatum et villarum atque locorum Regalium principatus Cathalonie fuerunt convocati ad dictam generalem Curiam; et littere eis directe prout superius scripti sunt, et fuerunt tradite cursoribus per eosdem cursores presentande, sicut in libro cursorum Scribanie Regie continetur largius, et prout antiquitus hactenus est et fuit in similibus fieri assuetum.

Et quamvis in aliis Curiarum generalium Cathalonie processibus iste modus in convocacionibus omnium premissorum consueverit observari, videlicet quod prelati omnibus preponantur, et subsequenter Capitula Eclesiarum Cathedralium, Religiosi, barones et Milites et nomina universitatum Civitatum Villarum atque locorum regalium dicti Cathalonie principatus per ordinem describuntur; quia tamen ad declarandum in hac curia, in qua dicti Infans Raimundus Berengarius Comes Impuriarum et Comes Urgelli ac Vicecomes Cardone et eorum subditi tenentur dicto domino Regi racione in dictis litteris expressata, et pro simili declaracione fienda super illis qui, antequam presens curia celebrari inciperet, eadem racione cum domino Rege non convenerunt cum presens generalis Curia extitit convocata; propterea servatur quodammodo ex hac causa preposterus ordo; [et] in presenti processu predicti Tres et post illos nonnulli subscripti barones, qui eisdem in quibusdam subscriptis oppositoribus et contradictoribus adheserunt, preponuntur superius et inferius omnibus aliis ad presentem Curiam convocatis.

Et [pri]die sabati, XXIIII die augusti anno predicto M° CCC° Quinquagesimo octavo dictus dominus Rex fecit fieri per Jacobum clos cursorem publicum Civitatis Barchinone per eandem civitatem, in locis eiusdem in quibus preconizaciones fieri solent, preconizacionem publice que sequitur.

Ara oiats que notifica e mano lo senyor Rey a tots prelats e Religioses e persones ecclesiastiques a tot Richs homens cavallers e homens de paratge e a sindichs de universitats de ciutats e de viles e a tot altres apellats per lo dit senyor Rey a la Cort general de Cathalunya ara celebradora per lo dit senyor en la ciutat de Barchinona que densa dissapte per lo mati, que sera lo XXV dia del present mes dagost assignat per lo dit senyor a la celebracio de la dita Cort, se presenten en lo palau del dit senyor de la dita ciutat.

Et eadem die dictus Jacobus clos rediens retulit michi Matheo adriani prothonotario et sigilla tenenti dicti domini Regis huiusque curie scriptori se dictam preconizacionem ad sonum tubicelle fecisse per loca solita Civitatis protacte.

Et die xxv augusti anni predicti Millesimi Trecentesimi Quinquagesimi VIII celebracioni dicte Curie assignata,

Inclitus Infans Raimundus Berengarius personaliter non comparuit; sed pro eo in dicto palacio Regio michi dicto prothonotario scriptori curie istius, cui recepcio presentacionum presentis curie per dominum Regem comissa extitit, Guillelmus de Villacuto miles et Asbertus de castroveteri domicellus, dicti Infantis procuratores, se ipsius Infantis nomine pro facto huius curie presentarunt, et constat de eorum procuratorio per instrumentum publicum ut sequitur.

Noverint universi quod nos Infans Raimundus Berengarius Illustrissimi domini Jacobi bone memorie Regis Aragonum filius Comes Impuriarum Attendentes et considerantes quod Serenissimus princeps et dominus dominus Rex Aragonum dominus et nepos noster carissimus disposuit celebrare Curiam vicesima quinta die presentis mensis augusti in civitate Barchinone, prout de hiis nos certificari jussit cum suis litteris racione in eisdem litteris expressata, in quibus quidem litteris nobis mandavit ut in dicta civitate personaliter compareamus ad curiam supradictam. Nosque legitime impediti ad dictam curiam die prefixa predicta nequeamus personaliter interesse, pro eo quare nobilis Bernardus de capraria et cuamplurimi alii consiliarii et de consilio atque officiales dicti domini Regis sunt adversarii nostri et inimici capitales nostri et partem facientes cum nobili Vicecomite de Rochabertino et Comite Ausonie inimicis capitalibus nostris qui nos difidarunt, prout hec in tota Cathalonia notoria existunt, propter quod nobis merito periculosum esset absque guidatico dicti domini Regis coram ipso domino Rege personaliter comparere ac ipsius citacioni predicte juxta eius tenorem satisfacere, potissime cum pro parte dicti domini Regis dictum guidaticum nobis primo gratis et sponte motu proprio oblatum fuerit et concessum, deinde per nos humiliter postulatum nobis expresse fuerit denegatum, sicque major et evidencior nobis dubitacionis suspicio elucescat, et presertim cum ad aures nostras pervenerit quod dicti guidatici denegacio nobis fieri concessi fuit facta ad suggestionem prenominati Bernardi de capraria et aliorum de consilio predictorum; Ideirco dictis justis impedimentis, qui nos dictus Infans juramus in posse notarii infrascripti, ut publice persone, ut infra stipulantis et recipientis, per Deum et eius sancta quatuor evangelia nostris manibus corporaliter tacta esse

vere detenti, ex certa sciencia facimus constituimus et ordinamus procuratores nostros certos et speciales vos dilectum Guillelmum de villacuto militem consiliarium nostrum et Asbertum de castroveteri domicellum de domo nostra presentes et quemlibet vestrum in solidum; Ita quod non sit pocior condicio negocium primitus ocupantis, ad comparendum pro nobis et nostro nomine coram prefato Illustrissimo domino Rege Aragonum, et ad faciendum eidem domino Regi nomine nostro et pro nobis pro conservacione et indempnitate juris prerogative et libertatis nostre ut Comitis Impuriarum et ipsius Comitatus nostri Impuriarum et prout melius poteritis protestacionem, cuius tenor seu forma sequitur in hunc modum. «Cum vos Illustrissimus ac magnificus princeps et dominus, dominus Petrus Dei gracia Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rosilionis et Ceritanie citaveritis et requisiveritis hiis diebus per vestram litteram Regiam Inclitum dominum Infantem Raimundum Berengarii Comitem Impuriarum quod ad Curiam, quam in civitate Barchinone noviter cum Cathalanis et eisdem celebrare intenditis, ibidem certa die in ipsa vestra littera assignata interesset, Et notorium ac certum sit quod dictus dominus Infans ut Comes Impuriarum seu racione ipsius Comitatus ad aliquam Curiam vestram Cathalonie generalem vel aliam nec ad aliquod parlamentum generale adesse seu accedere tenetur ullo modo, sicut predecessores sui Comites Impuriarum accedere seu adesse ut Comites eiusdem Comitatus Impuriarum minime tenebantur, Existentes iidem dominus Infans et sui predecessores Comites Impuriarum penitus franchi, perpetuo liberi et inmunes, propter prerogativam eorum et dicti Impuriarum Comitatus, Et ideo sepe protestari soliti fuerunt dictus dominus Infans et sui predecessores Comites Impuriarum vobis dicto domino Regi et predecessoribus vestris, cum ad vestras et ipsorum Curias aut parlamenta generalia cum Cathalanis celebranda veniebant seu intererant personaliter aut per suos procuratores se non venire nec unquam venisse virtute vocacionis vel mandatorum aliquorum vestrorum aut predecessorum vestrorum ad vestras vel ipsorum Curias vel parlamenta generalia ut Impuriarum Comites seu racione ipsius Comitatus, sed pro aliis solummodo locis bonis et juribus que infra Cathalonia extra tamen dictum Comitatum Impuriarum habebant et possidebant; Ideo nos Guillelmus de Villacuto miles consiliarius et Asbertus de Castroveteri domicellus de domo prefati Incliti domini Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum procuratoresque ad hec et alia in solidum ab eodem domino Infante legitime constituti, ne in futurum propter nostri vel alterius nostrorum presenciam

et quare, quanquam non tamen racione, dicti Impuriarium Comitatus sed pro aliis dumtaxat locis et juribus, que dictus dominus Infans habet et possidet infra Cathaloniam, extra tamen dictum Impuriarum Comitatum, nunc in dicta civitate Barchinone nos vel alter nostrorum venimus et adsumus pro dicta curia noviter celebranda, posset seu possit dicto domino Infanti ut Comiti Impuriarum et futuris successoribus suis Comitibus Impuriarum aut dicto Comitatui vel eius libertatibus prerogativis et inmunitatibus aliquod preiudicium directe vel indirecte tacite vel expresse fieri seu modo aliquo generari, pro conservacione juris ipsius domini Infantis ut Comitis Impuriarum et dicti sui Impuriarum Comitatus protestamur nomine procuratorio predicto tenore presentis scripture cum debita reverencia et venia petita seu postulata vobis prefato Illustrissimo domino Regi, quod nos dicti procuratores vel alter nostrorum non pro ipso domino Infante ut Comite Impuriarum nec pro dicto suo Impuriarum Comitatu vel racione ipsius Comitatus sed solum pro aliis locis et juribus que dictus dominus Infans habet et possidet infra Cathaloniam extra tamen dictum Impuriarum Comitatum venimus et venisse intendimus et adesse, jure tamen in omnibus et per omnia dicti domini Infantis ut Comitis Impuriarum et dicti Impuriarum Comitatus semper salvo pariter et illeso, ad vestram curiam supradictam per vos in dicta civitate Barchinone noviter celebrandam. Protestamur eciam jamdicto nomine de omni jure dicti domini Infantis et dicti sui Impuriarum Comitatus. Et ut de premissis perpetuo memoria habeatur petimus et requirimus nomine procuratorio jamdicto ad conservacionem et indemnitatem juris dicti domini Infantis et dicti eciam sui Impuriarum Comitatus de predictis omnibus et singulis nobis nomine quo supra et dicto domino Infanti fieri et tradi publicum et publica instrumenta per notarium insfrascriptum.» Et de dicta protestacione cum per vos dictos procuratores nostros vel alterum vestrorum dicto domino Regi facta fuerit, faciendum fieri petendum et habendum nomine nostro publicum seu publica instrumenta ad habendum perpetuam memoriam de premissis; Et facta primitus et previa protestacione premissa ad comparendum et interessendum pro nobis et nostro nomine, non ut Comite Impuriarum nec pro ipso Comitatu aut racione eiusden, sed pro aliis dumtaxat locis et juribus que habemus et possidemus infra Cathaloniam extra tamen dictum Impuriarum Comitatum, in curia supradicta necnon eciam ad petendum iterato et pluries a dicto domino Rege guidaticum antedictum; Et ad proponendum causas et raciones quare dictum guidaticum non debeat denegari; Ac insuper ad contradicendum in Curia supradicta et ad proponendum et alle-

gandum causas racionabiles quare citacio predicta non teneat nec nos arcet protestandumque eciam de omni jure nostro et subditorum nostrorum; Necnon ad procedendum pro nobis non ut Comite Impuriarum nec pro ipso Impuriarum Comitatu sed solum pro aliis locis et juribus que habemus infra Cathaloniam extra tamen dictum Impuriarum Comitatum si et prout vobis visum fuerit expedire in curia supradicta, et tractandum ordinandum declarandum ac eciam consenciendum firmandumque in omnibus et singulis que in dicta curia fient decidentur et tractabantur si et prout vobis vel alteri vestrorum ut predicitur videbitur faciendum; Et generaliter omnia alia super predictis et circa ea seu ipsa tangentibus quovis modo faciendum nostro nomine et pro nobis pro predictis solummodo ut predicitur locis et juribus que habemus et possidemus infra Cathaloniam extra tamen dictum Impuriarum Comitatum quecumque nos facere possemus si in dicta curia personaliter adessemus; Comitentes vobis et cuilibet vestrorum in solidum super predictis omnibus et singulis et dependentibus seu emergentibus ex eis plenarie vices nostras cum plenissima facultate. Promitentes notario infrascripto tanquam publice persone, hec a nobis nomine omnium illorum quorum interest et intererit legitime stipulanti et recipienti, nos ratum et firmum perpetuo habere quicquid per vos dictos procuratores nostros et quemlibet vel alterum vestrorum in predictis et circa predicta actum fuerit sive gestum et nullo tempore revocare. Salvo semper et illeso in omnibus et per omnia jure prerogativa et libertate nostri dicti Infantis ut Comitis Impuriarum et ipsius eciam nostri Comitatus. Quoniam nos dictus Infans volumus et intendimus et cum presenti publico instrumento protestamur ac eciam prohibemus quod vos dicti procuratores nostri vel alter vestrorum non possitis nec possit ullo modo pro nobis vel nostro nomine ut Comite Impuriarum nec racione ipsius Comitatus dicte curie interesse nec aliquid in ipsa curia facere concedere consentire tractare vel firmare pro nobis ut Comite Impuriarum nec racione ipsius Comitatus. Actum est hoc in loco de Claromonte vicesima quarta die augusti anno a nativitate Domini M° CCC° Quinquagesimo octavo.

Sig ✠ num Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum predicti. Qui hec firmamus et laudamus et ut predicitur juramus. Testes huius rei sunt nobilis Guillelmus galcerandi de Rochabertino dominus de Cabrencio, Periconus de sancto Clemente et Asnarius de Arbore de domo dicti domini Infantis. et Bernardus surdi domicellus. Eg ✠ o Petrus pastoris, notarius publicus auctoritate Illustrissimi domini Regis Aragonum per totam terram et dominacionem suam, predictis inter-

fui hecque scripsi et clausi. Et constat michi de raso et emendato in xxv linea ubi dicitur *per notarium infrascriptum*. Et in xxvi linea ubi habetur *dicta protestacione*.

Et die eadem xxv augusti anni predicti dicte celebracioni curie assignata,

Egregius Petrus Comes Urgelli et vicecomes Agerensis vel Egregia Cicilia Comitissa Urgelli et vicecomitissa Agerensis ipsius Comitis tutrix et curatrix se personaliter minime presentarunt pro dicta curia generali. Sed die lune die xxvii dicti mensis augusti ad quam, ut continetur inferius, ex causa infirmitatis febrilis quam dominus Rex paciebatur ipse dominus Rex dictam Curiam et presentaciones ipsius racione fiendas prorogavit, Bernardus de Camporellis actor dicte Egregie tutricis et curatricis pro eadem et dicto Comite se presentavit michi dicto prothonotario scriptori huius curie generalis; et pro facto ipsius curie et de actoria constat per publicum instrumentum tenoris sequentis.

Noverint universi quod Nos Cecilia Dei gracia Comitissa Urgelli et vicecomitissa Agerensis, Incliti Infantis domini Jacobi bone memorie Comitis Urgelli vicecomitisque Agerensis relicta, et tutrix et curatrix testamentaria Egregii et potentis viri Petri dicto domino Infanti et nobis filii comunis, per eandem graciam Comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis jamdictorum, et in eisdem tutela et cura per Serenissimum ac magnificum principem et dominum dominum Petrum Dei gracia Regem Aragonum nobis ut fratrem carissimum confirmata cum carta in pergameno scripta sigilloque eiusdem domini Regis inpendenti sigillata, Data Barchinone idus decembris anno Domini M° CCC° xl° vij° prout in eadem de qua eciam michi notario subscripto fuit facta plenaria fides lacius continetur, De certa sciencia nostra, tutorio et curatorio nomine quo supra, auctoritate eciam et decreto per eundem dominum Regem actorem vel actores procuratorem vel procuratores semel et pluries constituendi ad negocia nobis atributis cum alia carta pergamenea sigillo cereo appendicio eiusdem domini Regis comunita, Data Barchinone xiii kalendas januarii anno jamdicto, prout in eadem de qua michi notario infrascripto extitit facta prompta fides plenius continetur, cum testimonio huius presentis publici instrumenti suo pleno robore firmiter valituri facimus ponimus constituimus et eciam ordinamus certos et indubitatos ac veros actores seu procuratores nostros vos Nobilem et dilectos consiliarios nostros Berengarium de Ripellis et Bernardum de Camporellis milites utrumque vestrorum in solidum, ita quod occupantis condicio pocior non existat sed quod per unum vestrorum

inceptum fuerit per alterum reasumi prosequi mediari valeat et finiri, videlicet ad comparendum et sistendum loco et nomine nostro et pro nobis tutorio et curatorio nomine quo supra in Civitate Barchinone in generali curia quam dominus Rex prefatus indixit Cathalanis celebrandam vel celebrari incipiendam die vicesima quinta presentis mensis augusti, et interessendum parlamentis et tractatibus in eadem Curia fiendis et habendis ac eciam eisdem consenciendum dum tamen non fiant sive cedant in preiudicium vel lesionem franquitatum et libertatum et inmunitatum jamdicti filii nostri et Comitatus et vicecomitatus suorum predictorum, de quibus si necesse fuerit ad conservacionem juris dicti filii nostri et libertatum franquitatum et inmunitatum suarum valeatis semel et pluries protestari et alium vel alios actorem vel actores procuratorem vel procuratores substituendum et eum vel eos destituendum, cum cause cognicione et sine, Et ad faciendum tractandum et procurandum omnia alia et singula que in premissis et circa premissa occurrerint facienda et que nos facere possemus personaliter constitute, et ea sine quibus predicta non valerent comode expediri eciam si maiora vel graviora existerent superius expressatis. Nos enim in premissis omnibus et singulis et dependentibus sive emergentibus ex eisdem vobis dictis actoribus et procuratoribus nostris et utrique vestrorum et substituendo vel substituendis a vobis plenam et liberam potestatem et administracionem nomine et auctoritate premissis conferimus atque damus ac eciam comitimus plenarie vices nostras. Promittentes insuper nomine et auctoritate jamdictis nos et dictum filium nostrum habere perpetuo ratum gratum et firmum quidquid per vos dictos actores vel procuratores nostros vel substituendum vel substituendos a vobis vel aliquem vestrorum actum fuerit in premissis sive gestum ac si a nobis personaliter esset factum, et nullo tempore revocare, sub obligacione omnium bonorum dicti filii nostri mobilium et inmobilium presencium et futurorum. Actum est hoc in Civitate Balaguerii in Castro eiusdem die quartadecima augusti anno a nativitate Domini M° CCC° Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num nostri Cecilie Comitisse et vicecomitisse tutricis et curatricis predicte que, tutorio et curatorio nomine quo supra, predicta concedimus et firmamus. Testes huius rei sunt venerabiles et discreti Raimundus de Benagiis procurator jurium et reddituum domini Comitis antedicti et Berengarius ça corbella in utroque jure bacallarius, consiliarii domine Comitisse jamdicte. Sig ✠ num mei Petri faiol habitatoris Castilionis farfanie et notarii publici per totam terram et dominacionem Serenissimi domini Regis Aragonum auctoritate eiusdem, qui una cum dictis testibus predictis interfui eaque

cum supperposito in XI linea, ubi dicitur *alia*, scribi feci et clausi loco die et anno prefixis.

Et predicta die XXV augusti supradicte celebracioni Curie assignata Nobilis Hugo vicecomes Cardone se personaliter minime presentavit pro jamdicta Curia generali, sed Berengarius de podiolo miles et Petrus de Villalonga et Raimundus de Nogaria jurisperiti pro dicto vicecomite se presentarunt michi dicto prothonotario et scriptori huius Curie generalis, et pro facto ipsius curie die lune XXVII dicti mensis augusti ad quam ut continetur inferius ex causa predicte infirmitatis quam dictus dominus Rex paciebatur ipse dominus Rex dictam Curiam et presentaciones ipsius racione fiendas prorogavit; et constat de eorum presentacione per instrumentum publicum quod sequitur.

Noverint universi quod Nos Hugo Dei gracia vicecomes Cardone Attendentes et considerantes quod Serenissimus princeps et dominus dominus Rex Aragonum disposuit celebrare Curias XXV die presentis mensis augusti in civitate Barchinone, prout de hiis nos certificari jussit cum suis litteris racione in prefatis litteris expressa, in quibus quidem litteris nobis mandavit quatenus in dicta Civitate personaliter compareamus ad dictas Curias, Nosque legitime impediti ad dictas Curias die prefixa nequeamus personaliter interesse pro eo quare nobilis Bernardus de Capraria et quamplurimi alii Consiliarii et de consilio atque officiales dicti domini Regis sunt adversarii et inimici capitales nostri et partem facientes cum nobilibus vicecomite de Ruppebertino et Comite Eusonense inimicis capitalibus nostris ut valitores Incliti Infantis Raimundi Berengarii Comitis Empuriarum, quem et nos subsequenter defidarunt prout hec in tota Cathalonia notoria existunt, propter quod nobis merito periculosum esset absque guidatico dicti domini Regis coram ipso domino Rege personaliter comparere ac ipsius citacioni predicte juxta eius tenorem satisfacere, potissime cum pro parte dicti domini Regis dictum guidaticum nobis primo gratis et sponte motu proprio oblatum fuerit et concessum deinde per nos humiliter postulatum nobis expresse fuerit denegatum, Sicque maior et evidencior nobis dubitacionis suspicio elucescat, Et presertim cum ad aures nostras pervenerint quod dicti guidatici denegacio nobis concessi fuit facta ad suggestionem prenominati Bernardi de Capraria et aliorum de consilio Regio predictorum; Idcirco dictis justis impedimentis detenti ex certa sciencia nostra cum testimonio huius publici instrumenti facimus constituimus et ordinamus certos et speciales procuratores nostros vos venerabiles Berengarium de Podiolo militem licet absentem, Petrum de Brolio, Petrum de Vilalonga et Raimundum de Nogaria jurisperitum,

presentes et quemlibet vestrorum in solidum. Ita quod occupandis condicio pocior non existat, sed quod per unum vestrorum inceptum fuerit per alium prosequi mediari valeat et finiri, Ad comparendum nomine nostro et pro nobis in curiis antedictis, Et ad petendum iterato et pluries guidaticum antedictum, Et ad proponendum causas et raciones quare dictum guidaticum non debeat denegari et insuper ad contradicendum in dictis curiis proponendum et allegandum causas racionabiles quare citacio predicta non teneat nec nos arcet, Protestandumque de omni jure ac interesse nostro ac subditorum nostrorum et de predictis et singulis et aliis ex eisdem dependentibus seu emergentibus publicum sive publica instrumenta fieri faciendum. Necnon ad procedendum in dictis Curiis tractandum ordinandum declarandum ac eciam consenciendum firmandumque in omnibus et singulis que in dictis curiis fient decidentur et tractabuntur si et prout vobis visum fuerit expedire, Procuratorem et procuratores substituendum et eum vel eos si quando et quocies vobis fuerint visum destituendum et revocandum et negocium in vos resumendum, Et generaliter omnia alia et singula faciendum nomine nostro et pro nobis que in premissis et circa premissa ac dependentibus seu emergentibus ex eisdem facienda fuerint utilia et necessaria et que nos facere possemus si in dictis curiis personaliter adessemus, Salvo in omnibus et per omnia jure nostro privilegiis et libertatibus nostris terre ac subditorum nostrorum, Comitentes vobis dictis procuratoribus nostris et cuilibet vestrorum in solidum ac substituendo vel substituendis a vobis super predictis omnibus et singulis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem plenarie vices nostras cum plenissima facultate et libera ac generali administracione. Et volentes vos dictos procuratores nostros et quemlibet vestrorum in solidum relevare ab omni onere satisdandi, Promittimus vobis et notario infrascripto, tanquam publice et legitime persone hec a nobis nomine vestri et omnium illorum quorum interest intererit ac potest vel poterit interesse stipulanti legitime et recipienti, nos ratum gratum et firmum habere tenere et observare attendere et complere quicquid per vos dictos procuratores nostros et quemlibet vestrorum ac per substituendum vel substituendos a vobis in predictis et circa predicta ac dependentibus seu emergentibus ex eiusdem actum gestum fuerit seu eciam tractatum et procuratum, et nullo tempore revocare contradicere vel venire aliqua racione sub bonorum nostrorum omnium ypotecha. Et predicta impedimenta nos Hugo predictus juramus per Deum et eius sancta quatuor evangelia, coram nobis posita et per nos manualiter tacta, in manu et posse notarii infrascripti fore vera ut posita sunt superius et quod ra-

cione predictorum impedimentorum nos ad dictas Curias personaliter accedere juste et racionabiliter abstinemus. Quod est actum in loco populе Castri Clarimontis diocesis Barchinonensis die vicesima tercia mensis augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC° Quinquagesimo viiij°. [Sig ✠ num] Hugonis Vicecomitis Cardone predicti qui hec concedimus firmamus et juramus ut predicitur. Testes huius rei sunt nobilis Bernardus de So. venerabilis Arnaldus de Cervilione et Rogerius de Besora. Sig ✠ num mei Berengarii de vineis de Cardona Regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum, qui presens instrumentum recepi una cum juramento dicti nobilis vicecomitis quod in manu mea super sancta Dei quatuor evangelia prestitit ut superius continetur, et hec scribi feci et clausi: Constatque michi de superposito in nona linea ubi dicitur *Petrum de Brolio*.

Et eciam dicta die xxv dicti mensis augusti. predicte celebracioni Curie assignata,

Nobilis Arnaldus Rogerii Pallariensis Comes personaliter non comparuit. Set die lune xxvii predicti mensis ad quam, ut continetur inferius, ex causa supradicte infirmitatis quam dictus dominus Rex paciebatur ipse dominus Rex dictam Curiam et presentaciones ipsius racione fiendas prorogavit, En puig cerver miles procurator et actor Nobilium Geralde Comitisse Pallariensis et Hugonis vicecomitis Cardone tutorum testamentariorum dicti Comitis se pro facto dicte Curie presentavit michi dicto prothonotario scriptori huius Curie generalis; set quare actoria non se extendebat ad actum huius Curie generalis. tenor ipsius actorie in hoc processu minime fuit insertus.

Et inquam die predicta xxv jamdicti mensis. dicte celebracioni Curie assignata.

Nobilis Rogerius Bernardi de Foxio vicecomes Castriboni personaliter non comparuit pro dicta curia generali, set die lune die xxvii dicti mensis augusti ad quam, ut continetur inferius, ex causa dicte infirmitatis quam dictus dominus Rex paciebatur ipse dominus Rex dictam curiam et presentaciones ipsius racione fiendas prorogavit, Guillelmus de Palacio actor dicti nobilis vicecomitis pro dicto vicecomite se presentavit michi dicto prothonotario scriptori huius curie generalis et pro facto ipsius curie: et constat de ipsius procuratorio per publicum instrumentum tenoris sequentis.

Noverint universi quod Nos Rogerius Bernardi de Foxio Dei gracia vicecomes Castriboni et dominus de Navalys. Attendentes et considerantes quod Serenissimus princeps et dominus, dominus Rex Aragonum

disposuit celebrare curias xxv die mensis augusti in Civitate Barchinone, prout de hiis nos certificari jussit cum suis litteris racione in prefatis litteris expressa, in quibus quidem litteris nobis mandavit quatenus in dicta civitate personaliter compareamus ad dictas curias, nosque legitime impediti ad dictas curias die prefixa predicta nequeamus personaliter interesse, pro eo quare nobilis Bernardus de Capraria et quamplurimi alii consiliarii et de consilio atque officiales dicti domini Regis sunt adversarii et inimici capitales nostri et partem facientes cum nobilibus vicecomite de ruppebertino et Comite Eusonensi inimicis capitalibus nostris, ut valitores nobilis vicecomitis Cardone valitoris incliti Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum, quem et nos subsequenter difidarunt prout hec in tota Catalonia notoria existunt, propter quod nobis merito periculosum esset absque Guidatico dicti domini Regis coram ipso domino Rege personaliter comparere ac ipsius citacioni predicte juxta eius tenorem satisfacere, potissime cum pro parte dicti domini Regis dictum guidaticum nobis primo gratis et sponte motu proprio oblatum fuerit et concessum, deinde per nos humiliter postulatum nobis expresse fuerit denegatum; Sicque maior et evidencior nobis dubitacionis suspicio elucescat, et presertim cum ad aures nostras pervenerit quod dicti guidatici denegacio nobis concessi fuit facta ad suggestionem prenominati Bernardi de Capraria et aliorum de consilio Regio predictorum; Idcirco dictis justis impedimentis detenti ex certa sciencia nostra, Cum testimonio huius publici instrumenti, facimus-constituimus et ordinamus certos et speciales procuratores nostros vos venerabiles Petrum Rosseta et Guillelmum de Palacio, et utrumque vestrorum in solidum, ita quod occupantis condicio pocior non existat sed quod per unum vestrorum inceptum fuerit per alium prosequi mediari valeat et finiri, Ad comparendum nomine nostro et pro nobis in Curiis antedictis; Et ad petendum iterato et pluries guidaticum antedictum; Et ad proponendum causas et racione quare dictum guidaticum non debeat denegari; Ac insuper ad contradicendum in dictis Curiis proponendum et allegandum causas racionabiles quare citacio predicta non teneat nec nos arcet; Protestandumque de omni jure et interesse nostro ad subditorum nostrorum et de predictis et singulis et aliis ex eisdem dependentibus seu emergentibus publicum sive publica instrumenta fieri faciendum; Necnon ad procedendum in dictis Curiis tractandum ordinandum declarandum ac eciam consenciendum firmandumque in omnibus et singulis que in dictis Curiis fient decidentur et tractabuntur si et prout vobis visum fuerit expedire; Procuratorem et procuratores substituendum et eum vel eos si quando et quociens vobis fuerit visum

destituendum et revocandum et negocium in vos resumendum: Et generaliter omnia alia et singula faciendum nomine nostro et pro nobis que in premissis et circa premissa ac dependentibus seu emergentibus ex eisdem facienda fuerint utilia et necessaria et que nos facere possemus si in dictis Curiis personaliter adessemus; Salvo in omnibus et per omnia jure nostro privilegiis et libertatibus nostris terre ac subditorum nostrorum, Comittentes vobis dictis procuratoribus nostris et utrique vestrorum in solidum ac substituendo vel substituendis a vobis super predictis omnibus et singulis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem plenarie vices nostras cum plenissima facultate et libera ac generali administracione. Et volentes vos dictos procuratores nostros et utrumque vestrorum insolidum et substituendum vel substituendos a vobis super predictis omnibus et singulis relevare ab omni onere satisdandi promitimus vobis et notario infrascripto tanquam publice et legitime persone hec a nobis nomine vestri et omnium illorum quorum interest intererit ac potest vel poterit interesse stipulanti legitime et recipienti nos ratum gratum et firmum habere tenere et observare attendere et complere quicquid per vos dictos procuratores nostros et utrumque vestrorum ac per substituendum vel substituendos a vobis in predictis et circa predicta ac dependentibus seu emergentibus ex eisdem actum gestum fuerit seu eciam tractatum et procuratum, et nullo tempore revocare contrafacere vel venire aliqua racione, sub bonorum nostrorum omnium ypotecha. Et predicta impedimenta nos Rogerius Bernardi predictus juramus per Deum et eius sancta quatuor evangelia coram nobis posita et per nos manualiter tacta in manu et posse notarii infrascripti fore vera ut posita sunt superius, et quod racione predictorum impedimentorum nos ad dictas curias personaliter accedere juste et racionabiliter abstinemus. Quod est actum in loco Populeastri Clarimontis diocesis Barchinone die vicesima tercia mensis augusti anno a nativitate Domini M° CCC° Quinquagesimo viij°. Sig ✠ num Rogerii Bernardi de Foxio predicti qui hec concedimus firmamus et juramus. Testes huius rei sunt nobilis Bernardus de So, venerabilis Arnaldus de Cervilione et Rogerius de Besora. Sig ✠ num mei Berengarii de vineis de Cardona Regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum, qui predictis interfui juramentumque per dictum nobilem Rogerium Bernardi de Fuxio ut superius continetur prestitum recepi, et hec scribi feci et clausi.

Item dicta die xxv dicti mensis augusti anni predicti, dicte celebracione curie assignata.

Nobilis Raimundus de Angularia dominus de Angularia non compa-

ruit personaliter pro dicta Curia generali, set die lune die XXVII dicti mensis augusti ad quam, ut continetur inferius, ex causa predicte infirmitatis quam dictus dominus Rex paciebatur ipse dominus Rex dictam Curiam et presentaciones ipsius racione fiendas prorogavit, Arnaldus de Castellet domicellus procurator dicti nobilis Raimundi de Angularia pro eodem se presentavit michi dicto prothonotario scriptori huius curie generalis et pro facto ipsius curie; et constat de procuratorio per publicum instrumentum tenoris qui sequitur.

Sit omnibus notum quod Nos Raimundus de Angularia dominus de Angularia et de Baronia de Cabreria; Attendentes recepisse cum debita reverencia quandam litteram magnifici et serenissimi principis domini Petri Regis Aragonium, qua nobis mandabat inter cetera quod vicesima quinta die presentis mensis interessemus in civitate Barchinone Curie celebrande in dicta civitate per dictum dominum Regem prout hec et alia in dicta littera Regia seriosius sunt contenta; Cuius data est Gerunde Septima die augusti anni infrascripti, verum cum nos ad interessendum die prefixa in dicta littera in Civitate Barchinone causa et racione in dicta littera Regia contenta non potuerimus preparare secundum statum nostrum hiis que nobis necessaria existunt ad negocia supradicta, Et propterea in dicta civitate et ad dictam curiam personaliter interesse nequeamus; Ideo tenore presentis publici instrumenti facimus constituimus creamus et ordinamus certum et specialem nuncium actorem et procuratorem nostrum vos venerabilem Arnaldum de Castellet domicellum et habitatorem civitatem Barchinone absentem et ad hanc procuracionem sponte recipientem; Ad comparendum in civitate Barchinone die nobis prefixa coram dicto domino Rege vel alio eius nomine deputato seu deputando racione in dicta littera contenta; Et ad faciendum consenciendum ordinandum tractandum quecumque tractanda et ordinanda facienda consencienda in dicta curia vobis occurrerint et vobis videbuntur bene esse et ad honorem Corone Regie et bonum statum nostri et tocius Cathalonie et Regni eciam redundare; Necnon et ad proponendum gravamina et ad prosequendum in dicta Curia; Et ad omnia alia eciam que in dicta littera Regia sunt contenta et alia eciam dependencia vel emergencia ex eisdem, Dantes et concedentes in et super premissis et quolibet premissorum plenam liberam ac generalem potestatem agendi procurandi ordinandi tractandi promitendi consenciendi et faciendi quecumque in et super premissis vobis agenda et procuranda permitenda consencienda et facienda simul cum aliis conjunctim vel divisim videbitur; Promitentes gratum ratum firmum perpetuo habituri quecumque gesta acta seu procurata permis-

sa aut concessa fuerint in premissis vel circa premissa ac si a nobis personaliter essent facta, et nullo tempore revocare, sub obligacione omnium bonorum nostrorum presencium et futurorum; Jurantes nichilominus ad sancta Dei quatuor evangelia coram nobis posita et manibus nostris corporaliter tacta quod predictum impedimentum vere nos impedit ad dictam curiam in dicta civitate personaliter interesse. Quod est actum in loco Angularia decima septima die mensis augusti anno a nativitate Domini M° CCC° Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num nobilis Raimundi de Angularia predicti qui predicta omnia firmavit juravit et concessit. Testes huius rei sunt venerabiles Geraldus de Camarassa et Matheus de Calders. Sig ✠ num mei, Thomas Marrades auctoritate Regia notarius publicus per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum hoc scribi [feci] et predictis interfui et clausi.

Et dicta die xxv augusti anni predicti, dicte celebracioni curie assignata,

Nobilis Raimundus de Angularia dominus pulcri podii se personaliter minime presentavit pro dicta curia generali, sed die lune xxvii predicti mensis augusti ad quam, ut continetur inferius, ex cause predicte infirmitatis quam dictus dominus Rex paciebatur ipse dominus Rex dictam curiam et presentaciones ipsius racione fiendas prorogavit, Jacobus de Maya actor dicti nobilis Raimundi pro eodem se presentavit michi dicto prothonotario scriptori huius curie generalis et pro facto ipsius curie; et de procuratorio constat per publicum instrumentum ut sequitur.

Noverint universi quod Nos Raimundus de Angularia dominus Pulcri podii; Attendentes et considerantes quod serenissimus princeps et dominus, dominus Rex Aragonum disposuit celebrare curias vicesima quinta die presentis mensis augusti in Civitate Barchinone prout de hiis nos certificari jussit cum suis litteris racione in prefatis litteris expressa, in quibus quidem litteris nobis mandavit quatenus in dicta civitate personaliter compareamus ad dictas curias, Nosque legitime impediti ad dictas curias die prefixa nequeamus personaliter interesse necessitate infirmitatis seu invalitudinis nostre persone quibus detinemur, et eciam pro eo quare nobilis Bernardus de Capraria et quamplurimum alii consiliarii et de consilio atque officiales dicti domini Regis sunt adversarii et inimici capitales nostri et partefacientes cum nobilibus vicecomite de Rocabertino et Comite Eusonense inimicis capitalibus nostris, ut valitores Nobilis Hugonis vicecomitis Cardone valitoris incliti Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum, quem et nos subsequenter diffidarunt prout hec in tota Cathalonia notoria existunt,

propter quod nobis merito periculosum esset absque guidatico dicti domini Regis coram ipso domino Rege personaliter comparere ac ipsius citacioni predicte juxta eius tenorem satisfacere, potissime cum pro parte dicti domini Regis dictum guidaticum nobis primo gratis et sponte motu proprio oblatum fuerit et concessum deinde per nos humiliter postulatum nobis expresse fuerit denegatum, Sicque maior et evidencior nobis dubitacionis suspicio elucescat, et presertim cum ad aures nostras pervenerit quod dicti guidatici denegacio nobis fieri concessi fuit facta ad suggestionem prenominati Bernardi de Capraria et aliorum de consilio Regio predictorum; Idcirco dictis justis impedimentis detenti ex certa sciencia nostra facimus constituimus et ordinamus certum et specialem procuratorem nostrum vos venerabilem Jacobum de Maya nunc habitatorem castri de analech licet absentem tanquam presentem ad comparendum nomine nostro et pro nobis in Curiis antedictis; Et ad petendum iterato et pluries Guidaticum antedictum; Et ad proponendum causas et raciones quare dictum guidaticum non debeat denegari; Ac insuper ad contradicendum in dictis Curiis proponendum et allegandum causas racionabiles quare citacio predicta non teneat nec nos arcet protestandum[que] de omni jure et interesse nostro et subditorum nostrorum; Et de predictis et singulis et aliis ex eisdem dependentibus seu emergentibus publicum seu publica instrumentum et instrumenta fieri faciendum, necnon ad procedendum in dictis curiis tractandum ordinandum declarandum ac eciam consenciendum firmandumque in omnibus et singulis que in dictis Curiis fient decidentur et tractabuntur si et prout vobis visum fuerit expedire; Et generaliter omnia alia faciendum que nos facere possemus in dictis curiis si ibidem personaliter adessemus; Salvo in omnibus et per omnia jure nostro privilegiis et libertatibus nostris terre ac subditorum nostrorum; Comitentes vobis super premissis omnibus et singulis ac dependentibus seu emergentibus ex eisdem plenarie vices nostras cum plenissima facultate ac libera et generali administracione. Et volentes vos dictum procuratorem nostrum relevare ab omni onere satisdandi promitimus vobis et notario infrascripto hec a nobis pro vobis et omnibus quorum interest intererit ac interesse poterit in futurum legitime stipulanti et recipienti nos ratum gratum et firmum habere tenere et observare attendere et complere quicquid per vos dictum procuratorem nostrum ac per substituendum vel substituendos a vobis in predictis et circa predicta ac dependentibus seu emergentibus ex eisdem actum gestum fuerit seu eciam tractatum et procuratum, et nullo tempore revocare contrafacere vel venire aliqua racione, sub bonorum nostrorum omnium ypotecha.

Et quod predicta impedimenta sint vera, nos Raimundus de Angularia predictus ea omnia et singula predicta fore vera juramus per dominum Deum et eius quatuor evangelia coram nobis posita et a nobis corporaliter manu tacta in posse notarii infrascripti. Quod est actum vicesima quarta die mensis augusti anno a nativitate Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num nostri Raimundi de Angularia predicti qui hec concedimus firmamus laudamus et eciam juramus. Testes huius rei sunt venerabiles Tristany de Ulugia et Hugetus ça torra domicelli et domestici dicti nobilis Raimundi de Angularia. Sig ✠ num mei Raimundi de podio Rectoris et notarii publici Ecclesiarum de Amaldano et de les belianes; Qui hoc scribi feci cum raso et emendato in tercia linea ubi dicitur *pro eo quare non* et cum supperposito in nona linea ubi legitur *nunc habitatorem castri de Nalech,* et clausi.

Item die predicta xxv augusti, predicte celebracioni curie assignata, Nobilis Guillelmus Galcerandi de Rocabertino dominus de cabrencio personaliter se minime presentavit pro dicta Curia generali; Set die lune xxvii predicti mensis ad quam, ut continetur inferius, ex causa infirmitatis predicte quam dictus dominus Rex paciebatur ipse dominus Rex dictam Curiam et presentaciones ipsius racione fiendas prorogavit, Berengarius de Vilaleons procurator dicti nobilis Guillelmi Galcerandi pro eodem se presentavit michi dicto prothonotario scriptori huius curie generalis et pro facto ipsius curie, et de procuratorio constat per publicum instrumentum tenoris sequentis.

Noverint universi quod Nos Guillelmus Galcerandi de Rocabertino dominus de Cabrencio; Attendentes et considerantes quod Serenissimus princeps et dominus, dominus Rex Aragonum disposuit celebrare curias vicesima quinta die presentis mensis augusti in civitate Barchinone prout de hiis nos certificari jussit cum suis litteris racione in prefatis litteris expressa in quibus quidem litteris nobis mandavit quatenus in dicta civitate personaliter compareamus ad dictas Curias, Nosque legitime impediti ad dictas curias die prefixa predicta nequeamus personaliter interesse, pro eo quare nobilis Bernardus de Capraria et quamplurimi alii Consiliarii et de consilio atque officiales dicti domini Regis sunt adversarii et inimici nostri et partem facientes cum nobili Comite Eusonensi inimico nostro prout hec in tota Cathalonia notoria existunt, propter quod nobis merito periculosum esset absque guidatico dicti domini Regis coram ipso domino Rege personaliter comparere ac ipsius citacioni predicte juxta eius tenorem satisfacere, potissime cum ex parte dicti domini Regis dictum guidaticum nobis primo gratis et spon-

te motu proprio oblatum fuerit et concessum deinde per nos humiliter postulatum nobis expresse fuerit denegatum; Sicque maior et evidencior dubitacionis suspicio elucescat et presertim cum ad aures nostras pervenerit quod dicti guidatici denegacio nobis concessi fuit facta ad suggestionem prenominati Bernardi de Capraria et aliorum de consilio Regio predictorum; Ideirco dictis justis impedimentis detenti ex certa sciencia nostra cum testimonio huius publici instrumenti facimus constituimus et ordinamus certos et speciales procuratores nostros vos venerabiles Raimundum de Portu Bernardum de Vilacuto et Berengarium de Vilaleons et quemlibet vestrorum in solidum ita quod primitus occupantis condicio pocior non existat; Sed quod per unum vel duos vestrorum inceptum fuerit per alium seu alios vestrorum mediari prosequi et finiri valeat et totaliter ad efectum deduci, scilicet ad comparendum nomine nostro et pro nobis in curiis antedictis; Et ad petendum iterato et pluries guidaticum antedictum; Et ad proponendum causas et racione quare dictum guidaticum non debeat denegari; Ac insuper ad contradicendum in dictis curiis proponendum et allegandum causas racionabiles quare citacio predicta non teneat nec nos arcet protestandumque de omni jure et interesse nostro et subditorum nostrorum, et de predictis et singulis et aliis ex eisdem dependentibus seu emergentibus publicum seu publica instrumenta fieri faciendum necnon ad procedendum in dictis curiis tractandum ordinandum declarandum ac eciam consenciendum firmandumque in omnibus et singulis que in dictis Curiis fient decidentur et tractabuntur si et prout vobis visum fuerit expedire procuratorem et procuratores substituendum, et eum vel eos si quando et quociens vobis fuerit visum destituendum et revocandum et negocium in vos resumendum. Et generaliter omnia alia et singula faciendum nomine nostro et pro nobis que in premissis et circa premissa ac dependentibus seu emergentibus ex eisdem fuerint utilia et necessaria et que nos facere possemus si in dictis curiis personaliter adessemus; Salvo in omnibus et per omnia privilegiis jure et libertatibus nostris terre et subditorum nostrorum; Comitentes vobis dictis procuratoribus nostris et cuilibet vestrorum in solidum et substituendo vel substituendis a vobis super predictis et singulis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem plenarie vices nostras cum plenissima facultate et libera ac generali administracione. Et volentes vos dictos procuratores nostros et substituendum vel substituendos a vobis super predictis omnibus et singulis relevare ab omni onere satisdandi promittimus vobis et notario infrascripto, tanquam publice et legitime persone hec a nobis nomine vestri et omnium illorum quorum interest intererit ac potest vel

poterit interesse stipulanti legitime et recipienti. nos ratum gratum et firmum habere tenere et observare atque complere quicquid per vos dictos procuratores nostros ac per substituendum vel substituendos a vobis in pedictis et circa predicta ac dependentibus seu emergentibus ex eisdem actum gestum fuerit seu eciam tractatum et procuratum, et nullo tempore revocare contrafacere vel venire aliqua racione, sub bonorum nostrorum omnium ypotecha. Et predicta impedimenta nos Guillelmus Galcerandi predictus juramus per Deum et eius sancta quatuor evangelia coram nobis posita et per nos manualiter tacta in posse notarii infrascripti fore vera ut posita sunt superius et quod racione predictorum impedimentorum nos ad dictas curias personaliter accedere juste et racionabiliter abstinemus. Quod est actum in loco populc castri Clarimontis diocesis Barchinone xxiii mensis augusti anno a nativitate Domini M° CCC Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Guillelmi Galcerandi predicti qui hec concedimus firmamus et juramus ut predicitur. Testes huius rei sunt venerabilis Bernardus Surdi miles Raimundus de Payles scutifer dicti nobilis et Ferrandus Martini de les moles et Jacobus de Buacho scriptor. Eg ✠ o Petrus pastoris notarius publicus auctoritate Illustrissimi domini Regis Aragonum per totam terram et dominacionem suam predictis interfui hecque scribi feci et clausi.

Et dicta die xxv augusti, dicte celebracioni curie assignata.

Nobilis Dalmacius de Queralto dominus sancte Columbe de Queralto personaliter non comparuit pro dicta curia generali, set die lune die xxvii predicti mensis, ad quam ut continetur inferius ex causa infirmitatis febrilis predicte quam dictus dominus Rex ut predicitur paciebatur ipse dominus Rex dictam curiam et presentaciones ipsius racione fiendas prorogavit, Berengarius de Muntpao procurator dicti nobilis Dalmacii pro eodem se presentavit michi dicto prothonotario scriptori huius curie generalis; et pro facto ipsius curie et de procuracione constat per instrumentum publicum tenoris sequentis.

Noverint universi quod Nos Dalmacius de Queralto dominus sancte Columbe de Queralto Attendentes et considerantes quod Serenissimus princeps et dominus dominus Rex Aragonum disposuit celebrare curias vicesima quinta die presentis mensis augusti in civitate Barchinone, prout de hiis nos certificari jussit cum suis litteris racione in prefatis litteris expressa, in quibus quidem litteris nobis mandavit quatenus in dicta civitate personaliter compareamus ad dictas curias, nosque legitime impediti ad dictas curias die prefixa predicta nequeamus personaliter interesse, pro eo quare nobilis Bernardus de Capraria et quamplu-

rimi alii consiliarii et de consilio atque officiales dicti domini Regis sunt adversarii et inimici capitales nostri et partem facientes cum Nobilibus vicecomite de Ruppebertino et Comite Eusonensi inimicis capitalibus nostris, ut valitores nobilis vicecomitis Cardone valitoris incliti Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum, quem et nos subsequenter diffidarunt prout hec in tota Catalonia notoria existunt; propter quod nobis merito periculosum esset absque guidatico dicti domini Regia personaliter comparere ac ipsius citacioni predicte iuxta eius tenorem satisfacere, potissime cum pro parte dicti domini Regis dictum Guidaticum nobis primo gratis et sponte motu proprio oblatum fuerit et concessum, deinde per nos humiliter postulatum nobis expresse fuerit denegatum, Sicque maior et evidencior nobis dubitacionis suspicio elucescat; et presertim cum ad aures nostras pervenerit quod dicti guidatici denegacio nobis concessi fuit facta ad suggestionem prenominati Bernardi de Capraria et aliorum de consilio Regio predictorum; Idcirco dictis justis impedimentis detenti ex certa sciencia nostra cum testimonio huius publici instrumenti facimus constituimus et ordinamus certum et specialem procuratorem nostrum vos venerabilem Berengarium de Muntpao domicellum, Ad comparendum nomine nostro et pro nobis in curiis antedictis, et ad petendum iterato et pluries Guidaticum antedictum, Et proponendum causas et raciones quare dictum Guidaticum non debeat denegari, Ac insuper ad contradicendum in dictis Curiis proponendum et allegandum causas racionabiles quare citacio predicta non teneat nec nos arcet protestandumque de omni jure et interesse nostro et subditorum nostrorum, et de predictis et singulis et aliis ex eisdem dependentibus seu emergentibus publicum sive publica instrumenta fieri faciendum; Necnon ad procedendum in dictis Curiis tractandum ordinandum declarandum ac eciam consenciendum firmandumque in omnibus et singulis que in dictis Curiis fient decidentur et tractabuntur si et prout vobis visum fuerit expedire: Procuratorem et procuratores substituendum et cum vel eos si quando et quociens vobis fuerit visum destituendum et revocandum et negocium in vos resumendum; Et generaliter omnia alia et singula faciendum nomine nostro et pro nobis que in premissis et circa premissa ac dependentibus seu emergentibus ex eisdem fuerint utilia et necessaria, et que nos facere possemus si in dictis Curiis personaliter adessemus, Salvo in omnibus et per omnia privilegiis et libertatibus nostris terre ac subditorum nostrorum, Comitentes vobis dicto procuratori nostro et substituendo vel substituendis a vobis super predictis omnibus et singulis ac dependentibus seu emergentibus ex eisdem plenarie vices nostras cum

plenissima facultate et libera ac generali administracione. Et volentes vos dictum procuratorem nostrum et substituendum vel substituendos a vobis super predictis omnibus et singulis relevare ab omni onere satisdandi, promittimus vobis et notario infrascripto, tanquam publice et legitime persone hec a nobis nomini vestri et omnium illorum quorum interest intererit ac potest vel poterit interesse stipulanti legitime et recipienti, nos ratum gratum et firmum habere tenere et observare attendere et complere quicquid per vos dictum procuratorem nostrum ac per substituendum vel substituendos a vobis in predictis et circa predicta ac dependentibus seu emergentibus ex eisdem actum gestum fuerit seu eciam tractatum et procuratum, et nullo tempore revocare contrafacere vel venire aliqua racione, sub bonorum nostrorum omnium ypotecha. Et predicta impedimenta nos Dalmacius predictus juramus per Deum et eius sancta quatuor evangelia coram nobis posita et per nos manualiter tacta in posse notarii infrascripti fore vera ut posita sunt superius, et quod racione predictorum impedimentorum nos ad dictas curias personaliter accedere juste et racionabiliter abstinemus. Quod est actum in loco populc castri Clarimontis diocesis Barchinone die XXIII mensis augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC° Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Dalmacii de Queralto predicti qui hec concedimus firmamus et juramus ut predicitur. Testes huius rei sunt Nobilis Bernardus de So venerabilis Arnaldus de Cervilione et Rogerius de Besora. Sig ✠ num mei Berengarii de vineis de Cardona Regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum, qui predictis interfui juramentumque prestitum per dictum nobilem Dalmacium de Queralto, ut superius continetur, recepi et hec scribi feci cum super posito in tercia linea ubi dicitur *nobilis vicecomitis Cardone valitoris*, et clausi; Cum litteris rasis et correctis in sexta linea ubi corrigitur *Berengarium de Muntpao* et in Septima linea ubi specificatur *domicellum*.

Et eciam die predicta XXV augusti, jamdicte celebracioni curie assignata,

Nobilis Raimundus alamany de cervilione dominus de querolio se personaliter minime presentavit pro dicta curia generali set die lume die XXVIJ predicta ad quam, ut continetur inferius, ex causa predicte infirmitatis quam dictusdominus Rex paciebatur ipse dominus Rex predictam curiam et presentaciones ipsius racione fiendas prorogavit, Jaufridus de castro aulino procurator dicti nobilis Raimundi pro eodem se presentavit michi dicto prothonario scriptori predicte curie et pro facto eiusdem; et constat de procuratorio per cartam publicam tenoris sequentis.

Noverint universi quod Nos Raimundus alamany de cervilione dominus de querolio, Attendentes et considerantes, etc. (ut supra). Quod est actum in loco popule Castri Clarimontis diocesis Barchinone xxiiij die mensis augusti anno a nativitate Domini M° CCC° Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Raimundi predicti qui predicta concedimus firmamus et juramus ut predicitur. Testes huius rei sunt venerabilis Bartholomeus de falchs, Guillelmus zalba et Petrus ça fortea. Sig ✠ num mei Berengarii de vineis de Cardona Regia autoritate notarii publici per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum, qui predictis interfui juramentumque dicti nobilis Raimundi Alamandi ut superius continetur recepi, et hec scripsi vocatus et rogatus, et clausi.

Item dicta die xxv predicti mensis augusti, dicte celebracioni curie assignata,

Nobilis Guillelmus raimundi de Cervilione personaliter non comparuit pro predicta Curia generali, set die lune die xxvij predicta ad quam, ut continetur inferius, ex causa predicte infirmitatis quam dictus dominus Rex paciebatur ipse dominus Rex dictam curiam et presentaciones ipsius racione fiendas prorrogavit, Bernardus de monteacuto domicellus procurator dicti nobilis Guillelmi pro eodem se presentavit michi dicto prothonotario scriptori huius curie generalis et pro facto eiusdem Curie; et apparet de procuratorio per sequens publicum instrumentum.

Noverint universi quod Nos Guillelmus raimundi de Cervilione, Attendentes et considerantes, etc. (ut supra). Quod est actum in loco Popule castri Clarimontis diocesis Barchinone die xxiij mensis augusti anno a nativitate Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Guillelmi raimundi de cervilione predicti, qui hec concedimus firmamus et juramus ut predicitur. Testes huius rei sunt nobilis Bernardus de·so, venerabilis Arnaldus de Cervilione et Rogerius de besora. Sig ✠ num mei Berengarii de vineis de Cardona Regia autoritate notarii publici per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum, qui predictis interfui juramentumque dicti nobilis Guillelmi de cervilione, ut superius est expressum, recepi, et scribi feci cum supperposito in quinta linea ubi dicitur *nobilis vicecomitis Cardone valitoris* et clausi.

Et eciam predicta die xxv augusti, predicte Curie celebracione assignata,

Nobilis Gombaldus de angularia se personaliter minime presentavit pro Curia generali predicta; Sed die lune xxvij augusti ad quam, ut continetur inferius, ex causa infirmitatis predicte quam dictus dominus

Rex paciebatur ipse dominus Rex dictam Curiam et presentaciones ipsius raciones fiendas prorrogavit, Gombaldus de camporrellis procurator dicti nobilis Gombaldi de angularia pro eodem se presentavit michi dicto prothonotario scriptore curie antedicte et pro facto eiusdem curie et de procuracione constat per publicum instrumentum tenoris qui sequitur.

Noverint universi quod Nos Gombaldus de angularia, Attendentes et considerantes, etc. (ut supra). Quod est actum in loco Popule castri Clarimontis diocesis Barchinone die vicesima quarta augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC° Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Gombaldi de augularia predicti, qui predicta concedo firmo et juro ut predictum est. Testes huius rei sunt venerabiles Berengarius de argençola Rogerius de basora et Jaufridus de Castro aulino domicelli. Sig ✠ num mei Berengarii de vineis de Cardona Regia autoritate notarii per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum, qui predictis interfui et juramentum ut superius continetur a dicto Gombaldo recepi et scribi feci cum supperposito in secunda linea ubi dicitur *racione in prefatis litteris*. Et in quintadecima linea ubi additur *jure nostro*, et clausi.

Et dicta die xxv augusti, dicte celebracioni curia assignata,

Nobilis Petrus de Cardona dominus de Torano se personaliter minime presentavit pro dicta Curia generali; set die lune die xxvij dicti mensis augusti ad quam, ut continetur inferius, ex causa infirmitatis predicte quam dictus dominus Rex paciebatur ipse dominus Rex dictam curiam et presentaciones ipsius racione fiendas prorogavit. Poncius de Torogone procurator dicti nobilis Petri de Cardona actorque nobilis Margarite de Cardona matris et tutricis ac curatricis nobilis eiusdem pro eodem se presentavit michi dicto prothonotario et scriptori huius curie generalis et pro facto eiusdem curie; et constat de procuratorio et actoria ipsius Poncii per instrumenta publica sequencia.

Noverint universi quod Nos Petrus de Cardona dominus de Torano, Attendentes et considerantes, etc. (ut supra). Quod est actum in loco Popule castri Clarimontis diocesis Barchinone vicesima tercia die mensis augusti anno a nativitate Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Petri de Cardona predicti, qui predicta concedo firmo et juro. Testes huius rei sunt nobilis Bernardus de So venerabilis, Arnaldus de Cervilione et Rogerius de Besora. Sig ✠ num mei Berengarii de Vineis de Cardona Regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum, qui predictis interfui juramentumque dicti nobilis Petri de Car-

dona, ut superius continetur, recepi, et hec scripsi cum supperposito in secunda linea ubi dicitur *litteris*, et clausi.

Noverint universi quod Nos Margarita de Cardona uxor nobilis Petri de Cardona, filii nobilis Raimundi de Cardona domini de Torano quondam, tutrixque et curatrix per eundem nobilem virum nostrum in eius ultimo testamento data atque relicta persone et bonis nobilis Petri de Cardona filii pupilli comunis nobis et dicto nobili Petro de Cardona viro nostro predicto ac heredis ipsius nobilis, prout *appert* et constat per testamentum ipsius nobilis confectum et clausum per Arnaldum Cardona auctoritate Regia notarium publicum per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum nonas augusti anno Domini M°. CCC°. xl. viij°., que quidem tutela et cura nobis confirmata fuit per venerabilem Johannem de Otina, Subvicarium Cervarie pro Illustrissimo domino Rege, de qua confirmacione constat per instrumentum publicum et clausum per discretum Anthonium Tolrani notarium publicum Cervarie Regentemque Scribaniam curie vicarii Cervarie quartodecimo kalendas decembris anno predicto, Attendentes nominibus quibus superius quòd Illustrissimus dominus Petrus Dei gracia Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie cum sua littera et eius sigillo maiori cere rubee in dorso sigillata sub data in civitate Gerunde vij die mensis augusti anni subscripti citavit dictum nobilem filium nostrum, seu nos nomine tutorio quo supra, quod racione guerre quam idem dominus Illustrissimus Rex Aragonum habet cum Rege Castelle ipse dominus Rex Aragonum indigeat *aiutam* suorum submissorum et ipsam habere velit seu intendat a suis submissis et Nobilibus Cathalonie pro deffensione dicte guerre, Et quod ea de causa et aliis in dicta littera contentis Nos, nomine quo supra, die in dicta littera contenta comparere deberemus in celebri curia quam super expressatis in dicta littera Regia idem dominus Rex Aragonum vult et intendit celebrare apud civitatem Barchinone, Nosque attendentes aliis negociis nostris et dicti pupilli fore occupatas; Idcirco nominibus et auctoritate ac decreto predictis facimus constituimus creamus et ordinamus vos venerabilem Poncium de Corrego domicellum Castlanum Castri de Bichfret certum et specialem actorem et procuratorem nostrum et dicti filii nostri ad comparendum pro nobis, nomine quo supra, coram dicto domino Rege et in eius Curia generali quam nunc celebrare intendit et eciam coram tractatoribus eiusdem Curie, Et ad respondendum et defendendum pro nobis, nomine quo supra, res bona et jura dicti nobilis pupilli filii nostri, Et eciam ad procurandum et tractandum apud dictam

Curiam omnia alia et singula ac eciam ea firmandum et concedendum que circa dictam Curiam per nos nomine quo supra firmari seu concedi debeant et que nos facere possemus personaliter constitute, Et generaliter ad omnia alia et singula faciendum tractandum et procurandum que in talibus vel similibus tractari solent et debent, Et que nos nomine quo supra facere possemus si personaliter presentes essemus et que verus actor et procurator facere potest et debet et que et sine quibus predicta comode expedire non valerent. eciam si talia fuerint que de jure consuetudine seu alias mandatum exhigent specialem. Nos enim super predictis et dependentibus ex eisdem [vobis] comitimus totaliter vices nostras. Et volentes vos relevare ab omni onere satisdandi promitimus vobis et notario infrascripto tanquam publice persone hoc a nobis legitime stipulanti et recipienti pro omnibus illis quorum interest seu intererit judicio sisti et judicatum solvi. Nosque semper habere ratum gratum et firmum quicquid per vos in predictis et circa predicta actum sive gestum fuerit, nulloque tempore revocare, sub bonorum omnium dicte cure obligacione et ypotecha. Actum est hoc Torani xxiiij die mensis augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC° Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num nostri Margarite de Cardona predicte, que nominibus quibus supra hec laudamus et firmamus. Testes huius rei sunt Berengarius de Rivo presbiter. Guillelmus Mila et Jacobus Ceba de Torano. Sig ✠ num mei Arnaldi Raimundi joc rectoris et notarii ecclesiarum de Actur et de Torano, qui hoc scribi feci et clausi.

Sequuntur compariciones prelatorum.

Dicta die xxv augusti. celebracioni dicte curie assignata. Reverendus Petrus Terrachone Archiepiscopus se personaliter pro dicta curia minime presentavit; Set die xxvij mensis eiusdem ad quam, ut expressatur inferius. ex causa infirmitatis quam dictus dominus Rex paciebatur ipse dominus Rex dictam Curiam et presentaciones ipsius racione fiendas prorogavit. ipse Archiepiscopus se michi dicto prothonotario scriptori huius generalis curie personaliter pro dicta Curia presentavit.

Et ipsa die xxv augusti. celebracioni curie assignata, Venerabilis Michaelis Barchinone episcopus se pro dicta curia personaliter minime presentavit: set ipsa die Arnaldus de Busquetis legum doctor. eiusdem Episcopi vicarius generalis. se pro dicto Episcopo pro dicta curia presentavit. set quare ad actum curia non habebat speciale mandatum, non fuit insertus sui vicariatus tenor in presenti processu.

Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata. Vene-

rabilis Stephanus Ilerdensis Episcopus personaliter pro dicta curia se minime presentavit; Set pro eo Jacobus martini Magister in artibus, dicti Episcopi procurator generalis, se pro eodem Episcopo presentavit michi prothonotario antedicto; sed quare ad actum huius curie non habebat speciale mandatum, procuratorii generalis tenor insertus non fuit in processu presenti.

Dieque eadem xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata, Venerabilis Berengarius Gerundensis Episcopus se personaliter pro dicta curia minime presentavit; set pro eodem dicta die Petrus Ferrarii de Carrariis presbiter de capitulo Ecclesie Gerundensis procurator dicti Episcopi se michi dicto prothonotario pro dicta curia presentavit, faciens fidem de sua procuracione per sequens publicum instrumentum.

Noverint universi quod in presencia mei notarii et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum Reverendus in Christo pater et dominus, dominus Berengarius Dei gracia Episcopus Gerundensis, Attendens quod ipse, ut dixit nuper, ad Curias generales de proximo in Civitate Barchinone per Serenissimum principem et dominum Petrum Dei gracia Regem Aragonum celebrandas fuit ipse dominus Episcopus literatorie de ipsius domini Regis mandato vocatus, Attendens eciam ipse dominus Episcopus quod ipse pluribus negociis occupatus et ex quibusdam aliis justis causis ad dictas Curias non potest ire personaliter de presenti, Ideo gratis et ex certa sciencia fecit constituit et ordinavit suum verum certum legitimum et indubitatum procuratorem actorem factorum et negociorum gestorem et nuncium specialem, scilicet venerabilem Petrum Ferrarii de terrariis presbiterum de capitulo dicte ecclesie Gerundensis ibidem presentem, et onus huiusmodi procuracionis sponte recipientem, Ad comparendum videlicet et eundum ipsius domini Episcopi nomine et pro eo ad curias prelibatas et interessendum et ad consenciendum omnibus hiis que in Curiis eisdem per dictum dominum Regem una cum ceteris prelatis Capitulis ecclesiarum Comitibus Vicecomitibus Baronibus nobilibus ac militibus et Civitatibus Cathalonie seu sindicis et procuratoribus eorum et earum ordinabuntur et statuentur seu statui et ordinari expediri et tractari circa honestatem et libertatem ecclesie ac bonum statum terre contigerit, vel dissenciendum et contradicendum si et prout dicto procuratori suo videbitur faciendum, ac querimoniam seu querimonias et gravamina et capitula super eis exponendum proponendum formandum et exhibendum ac supplicandum in dictis curiis generalibus omnia et singula que ipsi procuratori nomine dicti domini Episcopi videbitur proponenda ponenda ac obicienda seu eciam supplicanda, Et generali-

ter omnia alia et singula faciendum et procurandum que in dictis curiis ipse dominus Episcopus facere posset personaliter constitutus, eciam si talia essent que mandatum exhigerent speciale; Et eciam ad substituendum in predictis procuratorem et procuratores unum et plures qui sicut idem procurator in eisdem similem habeant potestatem. Super quibus omnibus et singulis idem dominus Episcopus ipsi procuratori suo dedit et concessit plenariam potestatem cum libera et generali administracione; Et promisit ipsi procuratori suo et michi notario infrascripto, tanquam publice persone legitime stipulanti et recipienti nomine omnium illorum quorum interest et interesse potest ac poterit, se ratum gratum et firmum habere perpetuo quicquid per dictum procuratorem suum aut per substituendum aut substituendos ab ipso vel eorum altero in predictis et circa ea ac quelibet earundem actum dictum gestum seu alias fuerit quomodolibet procuratum, et quod nunquam revocabitur, sub bonorum ipsius domini Episcopi ubique habita et habenda obligacione. Que quidem acta fuerunt Gerunde, et a dicto domino Episcopo firmata et laudata die vicesima mensis augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC° Quinquagesimo Octavo presentibus ad hec et vocatis testibus Guillelmo Bernardo de Perlis et Petro Rubei clericis ecclesie Gerunde. Eg ✠ o Petrus Mironi clericus et notarius publicus dicti domini Episcopi Gerundensis, qui premissis omnibus vocatus interfui, una cum testibus supradictis hec scribi feci et clausi cum superscripto in xvij linea ubi dicitur *ea*.

Ipsa eadem die xxv augusti assignata celebracioni dicte curie Venerabilis [Johannes] Dertusensis Episcopus, vel alius pro eo, non comparuit nec se pro dicta curia presentavit.

Et modo simili ipsa die xxv augusti, dicte celebracioni curie assignata,

Venerabilis Hugo Urgellensis Episcopus nec alius pro eo pro dicta curia comparuit, nec se aliquatenus presentavit.

Modoque simili eadem die xxv augusti, dicte celebracioni curie assignata,

Venerabilis Raimundus Vicensis Episcopus, vel alius pro eo, se pro dicta Curia minime presentavit.

Eodemque modo dicta die xxv die augusti, celebracioni dicte Curie assignata,

Venerabilis Raimundus [1] Elnensis Episcopus, vel alius pro eo, se pro dicta Curia nullatenus presentavit.

[1] Raimundo de Salg. Su episcopado de Elna no se hace remontar más allá del año 1361, pero nada obsta á que alcanzase á la fecha aquí indicada. El predecesor inmediato llega á 26 de Febrero de 1357.

Comparicio prepositi et inconomorum Capitulorum ecclesiarum Cathedralium subscriptarum est que sequitur.

Die eadem xxv augusti, dicte celebracioni curie assignata,

Discretus Raimundus de Cumbis prepositus ecclesie Terrachone se pro dicta Curia personaliter, sed pro dicto capitulo eiusdem ecclesie nullus comparuit ex causa generalis curie memorate.

Et die premissa xxv, augusti pretacte celebracioni curie assignata,

Discreti Jacobus de sancto Clemente precentor et Raimundus Romei canonici Sedis Barchinonensis, iconomi et procuratores Arnaldi de Busquetis legum doctoris canonici Barchinone vicarii in spiritualibus et temporalibus generalis venerabilis Michaelis Barchinonensis Episcopi in remotis agentis ac capituli Sedis eiusdem, se pro dicto Episcopo et capitulo presentarunt; et constat de eorum procuracione per publicum instrumentum duobus sigillis, altero dicti vicarii alteroque dicti capituli, sigillatum; cuius tenor sequitur sub hiis verbis.

Noverint universi quod nos Arnaldus de Busquetis legum doctor Canonicus Barchinonensis vicarius in spiritualibus et temporalibus generalis Reverendi in Christo patris domini Michaelis divina providencia Barchinonensis Episcopi, in remotis agentis, et Capitulum sedis Barchinone, ad sonum campane more solito congregati constituimus et ordinamus vos venerabiles et discretos Jacobum de sancto Clemente precentorem et Raimundum Romei canonicos Barchinonenses et utrumque vestrorum in solidum. Ita quod non fiat pocior condicio occupantis, procuratores et sindicos nostros certos et speciales; Ad comparendum et interessendum pro nobis et nomine nostro et ecclesie Barchinonensis in instanti Curia, mandata celebrari in Civitate Barchinone per dominum Regem, Et ad tractandum et ordinandum in eadem Curia simul cum ecclesiarum prelatis vel eorum procuratoribus et cum procuratoribus ac sindicis Capitulorum ecclesiarum Cathedralium et conventuum et aliorum locorum Religiosorum et cum aliis personis ecclesiasticis et cum nobilibus et Baronibus et militibus ac civibus et probis hominibus Civitatum villarum et locorum Cathalonie et eorum procuratoribus qui et que dicte Curie intererunt super omnibus et singulis que in dicta curia tractabuntur et ordinabuntur ad bonum statum terre, Et ad consenciendum una cum predictis qui dicte Curie intererunt, ut est dictum, in hiis que ad comunem utilitatem et bonum statum ecclesiarum et locorum Religiosorum et personarum ecclesiasticarum ac rerum et bonorum eorundem et tocius terre pertineant. Promittentes vobis dictis procuratoribus et sindicis nostris et vobis et notario infrascripto, tanquam publice persone pro eis et pro aliis eciam personis quo-

rum interest et intererit stipulanti, nos semper habere ratum et firmum quicquic per vos dictos procuratores et sindicos nostros et utrumque vestrorum super predictis tractatum ordinatum et consensum fuerit ut est dictum, et nullo tempore revocare. Salvis tamen et exceptis in omnibus et per omnia privilegiis libertatibus et juribus ecclesiarum Barchinonensium. Et ut presens procuratorium maiori gaudeat firmitate ipsum fieri fecimus per notarium infrascriptum, et sigillis nostris dictorum vicarii et Capituli apendiciis roborari. Actum est hoc Barchinone xxiij die augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC°. Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Arnaldi de Busquetis vicarii domini Episcopi Barchinonensis. Sig ✠ num Berengarii de Papiolo archidiaconi penitenciarii in ecclesia Barchinonensi. Sig ✠ num Petri Alquiximi. Sig ✠ num Johannis Vicomanni. Sig ✠ num Raimundi Ferrarii. Sig ✠ num Galcerandi de Podio bacone. Sig ✠ num Petri de Bramona Canonicorum Sedis Barchinone, in capitulo novo eiusdem Sedis ex hac causa ad sonum campane more solito congregatorum et Capitulum eciam faciencium, Qui hec laudamus et firmamus. Testes huius rei sunt discreti Bartholomeus Carbonelli, Bernardus Pedriça, Franciscus Gardiola, presbiteri beneficiati in dicta Sede Barchinone et Petrus Guitardi scriptor. Sig ✠ num Petri Borrelli auctoritate Regia notarii publici Barchinone, Qui hec scribi fecit et clausit.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Raimundus Alberti, presbiter de Capitulo Gerundensis ecclesie, se pro dicto Capitulo presentavit michi dicto prothonotario, exibens suum procuratorium quod sequitur.

Noverint universi quod die lune, que fuit vicesima die mensis augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum honorabile Capitulum ecclesie Gerundensis, ad sonum campane more solito ut Capitulum et pro Capitulo tenendo convocatum et congregatum in palacio Episcopali Gerunde, Attendens se fore requisitum et citatum ut dixit litteratorie de mandato Illustrissimi principis domini Petri Regis Aragonum, Ad eundum et ad comparendum per se vel procuratorem suum in generalibus Curiis, per ipsum dominum Regem de novo indictis in Civitate Barchinone vicesima quinta die presentis mensis augusti, Ideo idem Capitulum gratis et ex certa sciencia, de licencia et voluntate ac consensu expresso Reverendi in Christo patris et domini domini Berengarii Dei gracia Gerundensis Episcopi in dicto Capitulo personaliter constituti, fecit constituit et ordinavit suum verum legitimum sindicum iconomum et pro-

curatorem actorem et negociorum gestorem ac nuncium specialem venerabilem Raimundum Alberti presbiterum de Capitulo dicte ecclesie Gerundensis presentem et acceptantem, ad eundum videlicet et comparendum ipsius Capituli nomine et pro ipso capitulo et singularibus ipsius capituli in Curiis prelibatis, et ad consenciendum omnibus hiis que in Curiis eisdem per dictum dominum Regem una cum ceteris prelatis Capitulis Comitibus Vicecomitibus Baronibus nobilibus et militibus ac civitatibus et Comunitatibus Cathalonie seu sindicis et procuratoribus eorum et earum ordinabuntur et statuentur seu ordinari statui tractari et expediri continget juxta et secundum honestatem et libertatem ecclesie et bonum statum terre, vel eis dissenciendum et contradicendum, si et prout dicto sindico iconomo et procuratori videbitur expedire, ac querimoniam seu querimonias et gravamina exponendum et proponendum et supplicandum in dictis Curiis generalibus omnia et singula que nomine ipsius Capituli Gerundensis dicto eorum sindico iconomo et procuratori videbitur proponenda et supplicanda, Et generaliter omnia alia et singula faciendum et procurandum que in dictis Curiis idem Capitulum ecclesie Gerundensis facere posset personaliter constitutum, eciam si talia essent que mandatum exigerent speciale, et eciam ad substituendum in eisdem procuratorem et procuratores unum et plures qui in predictis sicut idem procurator eandem habeant potestatem. Super quibus omnibus et singulis dictum Capitulum eidem procuratori suo dedit et concessit plenariam potestatem cum libera et generali administracione; Et promisit idem Capitulum dicto procuratori suo et michi notario infrascripto, tanquam publice persone nomine omnium illorum quorum interest et interesse potest ac poterit legitimi stipulanti et recipienti, se ratum gratum et firmum habere perpetuo quicquid per dictum procuratorem suum aut per substituendum aut substituendos ab ipso et eorum quolibet in predictis et circa ea ac qualibet earundem actum dictum gestum seu alias quomodolibet fuerit procuratum sub obligacione omnium bonorum dicti Capituli ubique. Quequidem acta fuerunt et a dicto honorabili Capitulo firmata et laudata et a dicto domino Episcopo concessa die anno et loco predictis, ac presentibus et vocatis testibus Petro Rubei et Guillelmo Bernardi de Perlis clericis ecclesie Gerundensis. Eg ✠ o Petrus Mironi clericus et notarius publicus Reverendi domini Episcopi Gerundensis, qui premissis vocatus interfui una cum testibus supradictis, [et] hec scribi feci et clausi. Et constat michi de raso et emendato in viij linea, ubi dicitur *orum;* et de suprascripto in xj linea, ubi dicitur *ceteris prelatis.*

Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Jacobus marini Magister in artibus beneficiatus in Sede ilerdensi, procurator capituli dicte Sedis, se michi dicto prothonotario pro dicto capitulo presentavit: et constat de eius procuratorio per sequens publicum instrumentum.

Noverint universi quod anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo die xxij mensis augusti, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, venerabiles et prudentes viri domini, Guillelmus Raimundi de Montecatheno decanus vicarius in spiritualibus generalis Reverendi in Christo patris domini Stephani Dei gracia Episcopi Ilerdensis in remotis agentis, Bernardus de Fornellis, Jacobus Torrabadall, Arnaldus Olaguerii et Guillelmus de Campis, canonici ecclesie Ilerdensis in domo Capituli eiusdem ecclesie more solito ad Capitulum congregati, et super hoc speciale Capitulum facientes ut dixerunt, constituerunt certos et speciales i onomos et procuratores suos venerabiles et prudentes viros dominos Petrum Toloni canonicum et prepositum in ecclesia Ilerdensi et Jacobum marini Magistrum in artibus beneficiatum in eadem ecclesia Ilerdensi, licet absentes tanquam presentes, et utrumque eorum in solidum, Ita quod non sit pocior condicio primi occupantis sed quod per unum eorum inceptum fuerit per alterum eorum prosequi mediari valeat et finiri, Ad comparendum nomine ipsius Capituli Ilerdensis coram Illustrissimo domino Rege Aragonum et interessendum in Curiis generalibus, celebrandis de mense augusti presenti cum continuacione sequencium dierum per ipsum dominum Regem et prelatos provincie Terrachone et alios in Civitate Barchinone, Dantes et concedentes dictis procuratoribus suis et utrique ipsorum in solidum plenam et liberam potestatem procurandi tractandi diffiniendi declarandi consenciendi firmandi contradicendi et protestandi una simul cum aliis prelatis et personis ecclesiasticis dicte provincie et aliis eisdem Curiis interessentibus omnia et singula que ad utilitatem publicam et bonum statum terre tocius et ecclesie fuerint tractando facienda declaranda et concedenda, Salva in omnibus libertate ecclesiastica et dictorum constituencium honestate. Et promiserunt michi notario infrascripto, nomine omnium illorum quorum interest vel poterit interesse legitime ab eis stipulanti et recipienti, se habere ratum et firmum quicquid per dictos procuratores suos vel eorum alterum in predictis et circa predicta fuerit actum seu eciam procuratum sub ypotecha omnium bonorum venerabilis Capituli antedicti. Quod est actum Ilerde, die et anno predictis, presentibus discretis Johanne Peralta et Francisco de Podio beneficiatis in predicta ecclesia Ilerdensi, ad hec pro testibus vocatis specialiter et

rogatis. Sig ✠ num mei Francisci ça calçada notarii venerabilis capituli ecclesie Ilerdensis et auctoritate domini Ilerdensis Episcopi, qui predictis interfui et hec scripsi et clausi.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte Curie assignata,

Pro Capitulo Sedis Dertusensis se nullus presentavit.

Et eadem die xxv augusti, dicte celebracioni Curie assignata,

Pro Capitulo Sedis Urgellensis se nullus presentavit.

Et ipsa die xxv augusti celebracioni dicte Curie assignata,

Raimundus Ferrarii barchinonensis et vicensis canonicus, iconomus et procurator vicensis Capituli, se pro dicto capitulo presentavit; et constat de eius procuratorio per hoc sequens publicum instrumentum.

Noverint universi quod die et anno infrascriptis, in presencia mei Nicolay mathei notarii publici et testium infrascriptorum, honorabiles et circunspecti viri domini, Capitulum ecclesie vicensis, ad sonum campane in domo Capituli claustri novi sedis vicensis ut moris est propter infrascripta specialiter ut dixerunt convocati et congregati, fecerunt constituerunt et ordinarunt suos veros certos et speciales procuratores sindicos iconomos et actores honorabiles viros dominos, Jacobum de sancto Clemente precentorem Barchinonensem et vicensem canonicum, Raimundum Ferrarii Barchinonensem et vicensem canonicum, et Galcerandum de Podio bacone barchinonensem canonicum ac beneficiatum vicensem, licet absentes tanquam presentes, et quemlibet eorum in solidum; Ita quod primitus occupantis condicio pocior non existat, set quod per unum vel plures eorum inceptum fuerit per alium vel alios eorum mediari valeat prosequi et finiri, ad comparendum et interessendum pro ipsis dominis constituentibus et ipsorum nomine in celebribus Curiis generalibus, primo et proximo celebrandis per Illustrissimum dominum Petrum Dei gracia Regem Aragonum nunc regnantem Generali Cathalonie infra Cathaloniam cum continuacione dierum sequencium, Et ad faciendum tractandum et ordinandum ac consenciendum ac dissenciendum in eisdem curiis simul cum aliis Reverendis dominis prelatis et Capitulis ecclesiarum catedralium Cathalonie aut procuratoribus sindicis iconomis et actoribus eorum aut aliis personis ecclesiasticis seu de et pro brachio ecclesiastico, ad dictas curias interessentibus, ea omnia et singula que ad bonum statum et reformacionem rei publice et ecclesiarum et personarum ac rerum ecclesiasticarum noverint redundare, et omnia eciam alia et singula que eisdem procuratoribus iconomis et actoribus videbuntur facienda ordinanda tractanda consencienda ac dissencienda, Et demum omnia alia et singula dicendum tractandum faciendum procurandum et exercendum in predictis et cir-

ca predicta quecumque in et super eisdem utilia fuerint aut necessaria quovis modo et que ipsi domini constituentes facerent et possent facere. Ipsi enim constituentes promiserunt dictis suis procuratoribus iconomis et actoribus et michi notario infrascripto, vice et nomine omnium illorum quorum interest intererit et interesse potest et poterit hec ab ipsis constituentibus legitime stipulanti et recipienti, habere ratum et firmum quidquid per dictos procuratores iconomos et actores in et super predictis actum fuerit gestum sive eciam modo quolibet procuratum, et ea nullo tempore revocare, sub bonorum comunis dicti capituli omnium ypotecha. De quibus omnibus supradictis dicti domini constituentes pecierunt eis fieri publicum instrumentum. Quod fuit actum in loco predicto vicesima tercia die mensis augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo viij°, Presentibus discretis Francisco de Vilarone, Jacobo Serra, beneficiatis vicensibus, et Petro de Prato socio honorabilis domini archidiaconi vicensis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Sig ✠ num mei Nicolay Mathei notarii publici vicensis auctoritate domini vicensis Episcopi, qui premissis omnibus et singulis dum agebantur una cum prenominatis testibus vocatus interfui, hecque scribi feci et clausi.

Eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro capitulo Sedis Elnensis se nullus presentavit.

Compariciones Religiosorum subscriptorum.

Die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis frater Johannes ferdinandi de heredia, Castellanus Emposte priorque sancti Egidii ac Castelle et legionis, ordinis hospitalis sancti Johannis Hierosolimitani, nec per se nec per alium comparuit.

Modo simili dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis frater Petrus Arnaldi de parietibus tortis, Prior Cathalonie eiusdem ordinis, nec per se nec per alium se presentavit.

Et eadem die xxv augusti, dicte celebracioni curie assignata,

Venerabilis [Jacobus] abbas monasterii Rivipulli nec per se nec per alium se presentavit.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis frater Petrus abbas Monasterii sancti Cucuphatis Vallensis se personaliter minime presentavit, set pro eodem presentavit se frater Bernardus de Vallesicca monacus infirmarius dicti Monasterii dicti abbatis procurator: Et fecit fidem de sua procuracione per instrumentum publicum, tenoris qui sequitur.

Noverint universi quod Nos frater Petrus, misseracione divina abbas Monasterii sancti Cucuphati Vallensis, scientes et attendentes per Illustrissimum dominum Regem Aragonum fuisse mandatum omnibus prelatis Cathalonie Curias se debere tenere in Civitate Barchinone xxv die presentis mensis augusti, et nos dictum abbatem ibi interesse debere, et propter necessitatem personaliter ibi interesse non possimus, Idcirco gratis et ex certa sciencia facimus constituimus et ordinamus procuratorem nostrum certum et specialem vos fratrem Bernardum de Vallesicca monacum et infirmarium dicti Monasterii, scilicet ad interessendum pro nobis et nomine nostro in dictis Curiis Barchinone mandatis tenendis per dictum dominum Regem, Et eciam ad proponendum pro nobis et nomine nostro omnia gravamina nobis et dicto nostro Monasterio facta per quascunque personas cuiuscunque status vel condicionis fuerint, Et ad petendum pro nobis et nomine nostro emendam de predictis gravaminibus, et eciam ad consenciendum pro nobis et nomine nostro in omnibus ordinacionibus ibi fiendis que cernant comodum et utilitatem ecclesie et tocius terre, libertate ecclesiastica in omnibus semper salva, Et eciam si necesse fuerit ad faciendum et constituendum et vobis substituendum in et super predictis procuratorem vel procuratores et eum vel eos removendum et alium vel alios surrogandum, Et demum ad faciendum et expediendum in et super predictis et super dependentibus seu emergentibus ex eisdem universa alia et singula que eisdem quomodolibet necessaria fuerint ac eciam opportuna et que eciam nos facere possemus si personaliter interessemus; Quoniam in et super predictis omnibus et singulis et super dependentibus seu emergentibus ex eisdem vobis dicto procuratori nostro et substituendo vel substituendis a vobis damus et concedimus totum locum nostrum et plenarie vices nostras cum libera atque generali administracione. Et promittimus vobis dicto procuratori nostro necnon et notario infrascripto, tanquam publice persone hec a nobis pro vobis et pro aliis eciam personis quorum intersit vel interesse possit legitime stipulanti, nos ratum gratum et firmum habere et non revocare quicquid per vos dictum procuratorem nostrum et per substituendum vel substituendos a vobis actum gestum ac eciam procuratum fuerit in predictis sub obligacione bonorum abbacie nostre. Actum est hoc vicesima sexta die augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num fratris Petri abbatis predicti, qui hec laudamus concedimus et firmamus. Testes huius rei sunt Jacobus de Manso et Petrus de Plano cives Barchinone. Sig ✠ num Petri Serra notarii publici sancti Cucuphatis vallensis, qui hec scripsit et clausit.

Eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis frater Arnaldus abbas Monasterii Populeti se personaliter minime presentavit, set pro eodem frater Bernardus Bruneti eiusdem abbatis se pro dicto abbate presentavit, et exhibuit procuratorium suum quod sequitur.

In Dei nomine. Noverint universi quod nos frater Arnaldus, Dei gracia abbas Monasterii Populeti, Attendentes quandam litteram Excellentissimi principis et domini domini Regis Aragonum nos suscepisse tenoris sequentis.

En Pere, per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Compte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya, Al honrat e religios labat del Monastir de Poblet Salut e gracia.

Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella nos ha moguda ens fa injustament, tots los nostres sotsmeses axi seglars com ecclesiastichs nos haien aiudat a defensio de nostres Regnes e terres, salvant lo braç dels Richs homens Cavallers e generoses de Catalunya, e nos molts daquells haiam aemprats singularment pregantlos que per la necessitat que havem per raho de la dita deffensio de la dita guerra nos volguessen fer aiuda sens preiudici lur, proferinlos ques faes per tal forma que a costum ne a consequencia no pogues esser tornat ne allegat en esdevenidor, E entrels altres lalt Infant en Ramon Berenguer Comte Dampuries car oncle e lo molt noble en Pere Comte Durgell e Vezcomte Dager car nebot nostres e lo noble Nuch vezcomte de Cardona, pregats per nos quens faessen aiuda en defensio de nostres Regnes e terres segons que dit es, nons haien atorgada la dita aiuda ans aquella nos haien dilatada ens dilaten, no constrestant que aquella sia a nos molt necessaria e cuytosa per defensio de nostres Regnes e terres, la qual nos conve de fer contra lo dit Rey de Castella quins vol conquerir nostres terres ens ha ja tolta la Ciutat de Taraçona e daltres lochs. E nos vullam veer acordar e declarar en Cort general de Cathalunya los dits dessus nomenats e lurs sotsmeses a que son tenguts a nos sobrels dit affers, E semblant declaracio vullam fer en la dita Cort sobre aquells qui ans que la dita Cort se començ de tenir nosseran ab nos avenguts per la dita raho; E per aquesta rao e no per altra haiam provehit e declarat de tenir e celebrar la dita Cort en la Ciutat de Barcelona al xxv dia del present mes dagost; Per çous dehim eus manam que constituiscats vostre procurador ab plen poder, lo qual en lo dit dia e loch sia on nos, Deu volent, serem sens tota falla per la dita raho, Pero aquells qui nons han dit de no e volran ab nos passar agradable-

ment sens dilacio entenem que la dita declaracio faedora en la dita Cort no preiudich en res a ells ne a lurs successors ne a res del lur ara o per avant, ans volem que sien en aquell punt o estament que eren ans de la dita declaracio: E aço los entenem a salvar en la dita Cort e de present los ho salvam. Dada en Gerona a vij dies dagost en lany de la nativitat de nostre Senyor M. CCC. L. viij.—Visa Petrus.

Volentes itaque mandatum Regium supradictum complere in omnibus sicut decet, propterea tenore huiusmodi publici instrumenti facimus constituimus et ordinamus vos religiosum et honestum fratrem Bernardum Bruneti, monacum dicti Monasterii Populeti ac Priorem beate Marie de Natzareto Civitatis Barchinone licet absentem tanquam presentem, certum et specialem procuratorem nostrum; Ad comparendum pro nobis et nomine nostro coram dicto domino Rege et celebracioni curiarum predictarum in Civitate Barchinone, in qua predictus dominus Rex ipsas curias dixit ut predicitur celebrandas, Dantes et concedentes vobis dicto procuratori nostro super contentis in predicta littera Regia plenam et liberam potestatem comparendi coram eodem domino Rege, et in celebracione Curiarum predictarum interessendi opponendi dicendi allegandi contradicendi ordinandi et firmandi quicquid in celebracione ipsarum Curiarum per alios prelatos seu eorum procuratores ordinatum fuerit seu firmatum et non alias, Nos enim vobis dicto procuratori nostro super predictis omnibus totum locum nostrum et plenarie vices nostras comitimus cum presenti, Et habentes ratum et firmum perpetuo quicquid super predictis per vos nomine nostro actum fuerit sive gestum et nullo tempore revocabimus sub obligacione bonorum omnium dicti Monasterii. Quod est actum in dicto Monasterio Populeti xxij die mensis augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. quinquagesimo octavo. Sig ✠ num fratris Arnaldi, Dei gracia abbatis predicti, qui hec laudamus et firmamus. Testes huius rei sunt Mathias dez Frexa de Monte albo et Petrus Garcia ville de Calatin. Sig ✠ num Petri Raditoris de Montealbo notarii publici per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum auctoritate eiusdem, qui predictis interfui et hec scripsit et clausit.

Et die eadem xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis frater Guillelmus abbas Monasterii sanctarum Crucum se personaliter minime presentavit, set frater Guillelmus Veyani asserens se procuratorem dicti abbatis se pro eodem abbate presentavit, tamen procuratorium non exhibuit.

Eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis frater Raimundus abbas Monasterii Sancti Johannis de abbatissis se personaliter minime presentavit, set frater Bernardus Calveti prior ipsius monasterii procurator eiusdem abbatis se pro eodem presentavit, et fecit fidem de suo procuratorio quod sequitur.

Noverint universi quod cum Reverendus in Christo pater et dominus dominus Raimundus Dei gracia abbas Sancti Johannis de abbatissis Vicensis diocesis, ut idem dominus abbas asseruit, recepisset quandam patentem litteram Regiam, sigillo Illustrissimi domini Regis Aragonum ut prima facie apparebat in dorso ipsius sigillatam, quam ipse dominus abbas michi notario infrascripto tradidit et ostendit; cuius quidem littere tenor noscitur esse talis.

En Pere, per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Cerdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya, Al honrat e religios frare..... abbat del Monastir de Sant Johan de les abbadesses Salut e dileccio. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc. (ut supra).

Tandem die xxij mensis augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum, idem Reverendus dominus abbas attendens, ut asseruit et in posse mei notarii infrascripti ac in presencia testium infrascriptorum per Deum et eius sancta quatuor evangelia per eum suis propriis manibus corporaliter tacta juravit, eum de presenti, ex aliquibus justis racionibus quas ibi proposuit et allegavit se habere, in persona sua non posse ad dictam civitatem Barchinone pro dictis Curiis nec alias accedere; Ideo ex causis predictis ibidem ipse dominus abbas fecit constituit et ordinavit suum certum et specialem procuratorem sindicum et actorem fratrem Bernardum Calveti priorem dicti Monasterii presentem ad comparendum pro ipso domino abbate et nomine suo in dictis Curiis coram dicto domino Rege vel alio aut aliis ad hec per ipsum dominum Regem deputatis seu deputandis. Cui quidem procuratori sindico seu actori suo predicto dedit et concessit plenariam potestatem faciendi omnia que aliis prelatis in dictis curiis racione in dicta littera contenta celebrandis faciendum videbitur, juxta ipsius littere tamen continenciam et tenorem, prout ea omnia idem dominus abbas facere posset si in eisdem Curiis posset personaliter interesse et in eisdem esset personaliter constitutus. Et promisit michi notario infrascripto, ab eo nomine omnium quorum interest intererit et poterit interesse legitime stipulanti, eum ratum et firmum habere perpetuo quicquid per dictum procuratorem sindicum et actorem suum in dictis curiis racio-

ne in dicta littera contenta celebrandis juxta ipsius littere continenciam et tenorem actum gestum dictum concessum fuerit sive modo quolibet procuratum et non revocare sub obligacione omnium bonorum suorum et dicte sue abbacie ubique. Que acta fuerunt in dicto Monasterio et per dictum dominum abbatem firmata et laudata cum juramento superius designato, die et anno predictis, presentibus testibus ad hec vocatis, scilicet Francisco Ferrarii precentore dicti Monasterii, Raimundo Girona beneficiato in dicto Monasterio et Bernardo querentini de queralbs. Ego Arnaldus Martini publicus notarius sancti Johannis de Abbatissis, qui premissis omnibus et singulis una cum prenominatis testibus vocatus presens interfui, hec in hanc publicam formam redigens scripsi et clausi et hoc Sig ✠ num feci. Et constat michi de litteris rasis rescriptis in linea xxv ubi dicitur *Priorem*.

Et eadem die xxv augusti, dicte celebracioni curie assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii sancti Michaelis de Fluviano nec per se nec per alium presentavit se.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii de Amerio nec per se nec per alium presentavit se.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii sancti Petri de Rodis nec per se nec per alium presentavit se.

Eadem die xxv predicta, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii sancti Laurencii de Monte nec per se nec per alium presentavit se.

Et eadem xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis frater Petrus abbas Monasterii de Scarpio se personaliter minime presentavit; sed pro eodem comparuit ipsa die frater Guillelmus Veyani monacus Monasterii sanctarum Crucum, eiusdem abbatis procurator, faciens fidem de sua procuracione ut sequitur.

Noverint universi quod nos frater Petrus, Dei gracia abbas Monasterii de Scarpio ordinis Cisterciensis diocesis Ilerdensis, Cum hoc presenti publico instrumento plenarie valituro facimus constituimus et eciam ordinamus procuratores sindicos iconomos et nuncios speciales nostros vos religiosos fratrem Berengarium de poyatons monacum nostrum et fratrem Guillelmum Veya monacum sanctarum Crucum et capellanum domini Regis et fratrem Nicolaum aragones monacum sanctarum Crucum ac elemosinarium domine Regine absentes tanquam presentes et quemlibet vestrorum in solidum, Ita quod non sit melior condicio primi occupantis sed quod per unum vestrorum inceptum fue-

rit per alium mediari prosequi valeat et finiri, ad comparendum et interessendum nomine nostro et dicti Monasterii in curiis generalibus celebrandis per Illustrissimum dominum Regem Aragonum in Civitate Barchinone de mense augusti presenti, Et tractandum declarandum faciendum ordinandum consenciendum et firmandum una cum aliis prelatis provincie Terrachone et aliis dictis curiis interessentibus omnia et singula tractanda facienda et firmanda ad comunem statum terre et utilitatem publicam eiusdem, Salva in omnibus et per omnia libertate ecclesiastica et honestate nostra, Dantes et concedentes vobis dictis procuratoribus nostris et cuilibet vestrorum in solidum super premissis omnibus et singulis et dependentibus ex eisdem plenam et liberam potestatem procurandi ordinandi et tractandi contradicendi et protestandi, Alium vel alios procuratorem vel procuratores substituendi. Et nichilominus promittimus vobis et notario infrascripto, nomine omnium et singulorum illorum quorum interest vel poterit interesse legitime stipulanti et recipienti, habere ratum et firmum quicquid per vos dictos procuratores vel iconomos nostros vel alterum vestrorum seu substituendum vel substituendos a vobis in predictis vel circa predicta fuerit gestum vel eciam procuratum sub obligacione omnium bonorum nostri Monasterii antedicti. Quod est actum Terciodecimo kalendas Novembris[1] anno a nativitate Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num fratris Petri, Dei gracia abbatis Monasterii predicti, qui hec concedimus et firmamus. Testes huius rei sunt Raimundus escuder vicinus Civitatis Ilerde et Michaelis argenter vicinus loci de Scarpio. Sig ✠ num mei Johannis de Francona Rectoris ecclesie de Maçalcoreg et notarii publici eiusdem loci, qui hoc scripsi auctoritate Reverendi domini abbatis supradicti et clausi.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis frater Bernardus abbas Monasterii sancti Stephani Balneolarum se personaliter minime presentavit; set pro eodem comparuit ipsa die Johannes desmenter ipsius abbatis procurator, hostendens suum procuratorium quod sequitur.

Noverint universi quod in presencia mei notarii et testium subscriptorum, ad hec specialiter vocatorum, Reverendus frater Bernardus Dei gracia abbas Monasterii sancti Stephani Balneolarum, constitutus in Civitate Gerunde in platea albergariarum eiusdem civitatis, proposuit quod, cum ipse Reverendus abbas fuerit vocatus et citatus per dominum Regem cum littera sua sibi ut asseruit presentata ad interessendum in

[1] 20 Octubre.

curia generali per ipsum de proximo celebranda Cathalanis in Civitate Barchinone, ad quam ut dixit et asseruit non potest personaliter interesse eo quare occupatus pluribus negociis dicti sui Monasterii, Ideo ex certa sciencia idem Reverendus abbas fecit constituit et ordinavit certum et specialem procuratorem suum et dicti sui Monasterii Johannem desmenter ville Balneolarum, licet absentem tanquam presentem, ad presentandum se nomine dicti abbatis et dicti sui Monasterii dicto domino Rege et generali Curie predicte. Et interessendum in dicta curia et in celebracione eiusdem; Et in tractatibus et ordinacionibus eiusdem, Et ad tractandum et ordinandum cum prelatis baronibus Richis hominibus militibus et sindicis civitatum et villarum et locorum Regiorum Cathalonie et ceteris qui in celebracione dicte Curie interfuerint quicquid tractandum et ordinandum fuerit in eadem curia, Et ad consenciendum tractibus et ordinacionibus qui et que fiant in ipsa curia, Et ad dissenciendum ipsius tractatibus et ordinacionibus si eidem procuratori videbitur faciendum, Et ad protestandum dicte curie seu in dicta curia si et quociens eidem procuratori videbitur expedire et protestatis respondendum, Et faciendum inde fieri publicum instrumentum et publica instrumenta, Et ad dandum et offerendum in dicta Curia Capitula et supplicaciones, et provisionem ac provisiones super eis obtinendum, Et generaliter ad faciendum omnia alia et singula quecumque in premissis et circa expedicionem eorum fuerint necessaria et opportuna et iminerint facienda et que ipse abbas posset si presens esset. Et promisit idem abbas in manu et posse mei notarii infrascripti, tanquam publice persone nomine omnium quorum interest et intererit stipulantis et recipientis, se et suum Monasterium ratum gratum et firmum habere quicquid per dictum procuratorem actum gestum seu procuratum fuerit in premissis et nullo tempore revocare sub bonorum suorum et dicti Monasterii omnium ypotecha. Quod fuit actum et a dicto reverendo abbate nomine suo et dicti sui Monasterii firmatum et laudatum in Civitate Gerunde vicesima tercia die mensis augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC°. Quinquagesimo Octavo, presente et vocato me notario infrascripto ac presentibus eciam et vocatis venerabilibus Bernardo Cavallerii ville Bisulduni Petro de Prato jurisperito et Bernardo Margariti civibus Gerunde. Eg ✠ o Simon de Bossegays notarius publicus substitutus auctoritate Regia a Bernardo de Tolaino publico Gerunde notario, qui predictis omnibus et singulis vocatus et rogatus interfui una cum testibus supradictis, et hec in presentem publicam formam ad instanciam et requisicionem dicti domini abbatis redigens scripsi et clausi.

Eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii sancti Felicis Guixolensis nec per se nec per alium presentavit se.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni predicte curie assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii sancte Marie de Rosis nec per se nec per alium comparuit.

Ipsa eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curia assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii de Stagno nec per se nec per alium comparuit.

Et ipsa die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii sancti Benedicti de Bagiis nec per se nec per alium comparuit.

Eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii de Vilabertran nec per se nec per alium comparuit.

Dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii Campi rotundi nec per se nec per alium comparuit.

Et die predicta, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis frater Arnaldus abbas Monasterii sancte Marie Jerrensis se personaliter presentavit.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni predicte curie prefixa,

Venerabilis..... abbas Monasterii sancti Andree nec per se nec per alium presentavit se.

Eademque die xxv augusti, celebracioni curie predicte assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii sancti Michaelis de Cuxano nec per se nec per alium comparuit.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii sancti Martini de Canigono nec per se nec per alium presentavit se.

Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,

Venerabilis..... abbas Monasterii sancti Genesii nec per se nec per alium comparuit.

Dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis frater abbas Monasterii Arularum se personaliter presentavit.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii de Jau nec per se nec per alium comparuit.

Eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Venerabilis..... abbas Monasterii de Bona nec per se nec per alium comparuit.

Compariciones Baronum sequuntur.

Dicta die XXV augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Inclitus Infans Ferdinandus, Marchio Dertuse et dominus de Albarrazino, se personaliter minime presentavit; set pro eodem comparuerunt Berengarius de Palacio et Bernardus de Terribus milites, dicti Infantis procuratores, et exhibuerunt procuratorium quod sequitur.

Noverint universi quod Nos Infans Ferdinandus, serenissimi domini Alfonsi bone memorie Regis Aragonum filius Marchio Dertuse et dominus de Albarrazino ac in Regnis et terris cismarinis Illustrissimi domini Petri Dei gracia Regis Aragonum domini et fratris nostri carissimi Gubernator generalis pro ipso domino Rege Petro, Attendentes Illustrissimum principem et dominum, dominum Petrum Regem Aragonum predictum, indixisse in Civitate Barchinone generalem celebrare Curiam Cathalanis super statuendo et inveniendo viam congruam et modum, quibus a cunctis degentibus in Cathalonia pro guerra quam idem dominus Rex cum Rege Castelle habet certum subsidium aut adjutorium pro bono et pacifico statu Cathalonie inter cetera habeatur, Attendentes eciam quod nos opportet ex mandato et ordinacione predicti domini Regis accedere de presenti apud Regnum Valencie pro defensione rei publice et pro resistendo iniquis conatibus Regis Castelle jamdicti, qui potenter ad dictum Regnum cum non modica equitum et peditum comitiva venit pro invadendo dictum Regnum si poterit quod Deus avertat, Et per consequens nos, qui cum juramento et aliis vinculis astricti sumus ut in frontaria Castelle dicti Regni Valencie maneamus, ad dictam curiam non posse personaliter comparere, Ideo predicto impedimento attento, quod licet notorium et manifestum existat in posse vestri notarii subscripti clare exprimimus et fidem facimus eciam proprio juramento, Tenore presentis publici instrumenti firmiter valituri ex certa sciencia et consulte constituimus sive ordinamus nostros procuratores vos dilectos Berengarium de Palacio et Bernardum çes Torres milites, Petrum dez lor et Raimundum de plicamanibus domicellos, licet absentes tanquam presentes et quemlibet vestrorum insolidum, sic quod occupantis condicio pocior non existat sed quod unus vestrorum inceperit alius prosequi mediare valeat et finire, videlicet ad comparendum et interessendum coram dicto domino Rege in quibuscunque Curiis generalibus et parlamentis publicis vel privatis quos vel que ipse dominus Rex intendit celebrare vel habere cum prelatis et per-

sonis ecclesiasticis Infantibus Ducibus Comitibus Baronibus militibus civibus et quibuslibet aliis personis principatus Cathalonie racione superius expressata aut quavis alia racione seu causa, Et ad tractandum consenciendum et concedendum certam viam et modum quibus habeatur dictum subsidium seu adjutorium cum omnibus supradictis vel altero eorum qui in dictis via modo adiutorio seu subsidio pro servicio dicti domini Regis et pro bono et tranquillo statu Cathalonie aut alias votis ipsius domini Regis duxerint annuendum, Et ad faciendum et concedendum omnia et singula que super predictis fuerint necessaria expediencia seu eciam opportuna et que vobis et vestrorum cuilibet secundum vostram bonam consciencia tractanda concedenda et facienda ex parte nostra videbitur, eciam si mandatum exhigerent speciale et essent maiora eciam graviora superius expressatis, Dantes super eis vobis et vestrorum cuilibet plenam et liberam ac generalem administracionem cum plenissima potestate, Et specialiter substituendi ad predicta unum aut plures procuratores; Quoniam nos promitimus vobis notario infrascripto, ut publice persone hec a nobis nomine omnium illorum quorum interest et intererit legitime stipulanti et recipienti, ratum gratum et firmum habere quicquid per vos dictos procuratores nostros aut tres duos aut unum vestrorum seu substitutum aut substitutos a vobis in predictis et circa predicta actum promissum concessum fuerit et firmatum, et nullo tempore revocare nec contrafacere vel venire aliqua racione, sub nostrorum omnium obligacione bonorum. Et juramus per Deum et eius sancta quatuor evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, in posse vestri subscripti notarii predictum impedimentum, quo ut premitimur detinemur ne ad dictam Curiam personaliter interesse possimus, verum esse. Et ego idem subscriptus notarius de ipso impedimento et veritate eiusdem fidem facio in presenti publico instrumento. Quod est actum Barchinone xx die augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. L°. Octavo. Sig ✠ num Infantis Ferdinandi predicti, qui hec firmamus et juramus. Testes huius rei sunt venerabilis Petrus Boil miles Baiulus Regni Valencie generalis, Martinus Segarra et Michaelis Roderici de ysuerre, consiliarii dicti Infantis. Sig ✠ num mei Jacobi de Castilione, auctoritate Illustrissimi domini Regis Aragonum notarii publici per totam terram et dominacionem suam, qui predictis interfui, hecque scripsi, et dictum juramentum prestitum per dictum Infantem recepi, fidemque veridicam de dicto impedimento facio cum michi revera constet, et clausi cum superposito in linea nona ubi dicitur *nostros procuratores*.

Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Inclitus Infans Petrus, Rippacurcie et Montanearum de Prades Comes, nec per se nec per alium comparuit; Set die xxviij augusti circa horam terciarum comparuerunt Berengarius de Pano et Petrus Terreni legum doctor, procuratores dicti Infantis, asserentes tali tempore et tam tardo fuisse presentatam dictam litteram Regiam dicto Infanti convocacionis de eo facte ad dictam Curiam generalem, quod ipse Infans personaliter non potuisset cumparuisse nec eciam suos procuratores misisse, et hoc ob culpam cursoris qui dicto Infanti dictam litteram presentavit, offerentes se probaturos tardam et culpam cursoris predicti. Et exhibuere procuratorium quod sequitur.

Pateat universis quod Nos Infans Petrus, Illustrissimi domini Jacobi bone memorie Regis Aragonum filius Comes Rippacurcie et Montanearum de Prades, Attendentes Serenissimum ac magnificum principem dominum Petrum, Dei gracia Regem Aragonum, dominum et nepotem nostrum carissimum, generales Curias in civitate Barchinone incolis Cathalonie celebrandas incipiendasque hodie, que est xxv dies augusti anni subscripti, indixisse, nobisque injuncxisse cum littera sua ut celebracioni dictarum Curiarum in dicta Civitate interessemus infallibiliter dicta die, Et prefata littera Regia fuerit nobis per Petrum de Antilione cursorem Regium eri, que erat vicesima quarta dies presentis mensis augusti, in Castro nostro de Falçeto presentata, Nosque propter temporis brevitatem et propter necessitatem persone nostre celebracioni dictarum curiarum interesse de presenti comode personaliter nequeamus, Ideo de industria et legalitate vestri dilectorum Consiliarum nostrorum Berengarii de Pano Militis et Petri Terreni legum doctoris plenarie confidentes, huius presentis publici instrumenti tenore facimus constituimus et ordinamus procuratores nostros certos et speciales vos dictos Berengarium de Pano et Petrum Terreni licet absentes tanquam presentes et alterum vestrorum insolidum, Ita quod non sit pocior condicio negocium primitus occupantis sed quod per unum vestrorum inceptum fuerit per alium mediari valeat prosequi et finiri, Ad comparendum et interessendum pro nobis et nomine nostro celebracioni Curiarum predictarum, Et ad tractandum laudandum firmandum ratificandum et approbandum omnia et singula que ad honorem et servicium prefati domini Regis et comodum ac utilitatem tocius rei publice per dictum dominum Regem prelatos Infantes barones milites et sindicos civitatum villarum et locorum Cathalonie seu eorum procuratores et alios qui dictarum Curiarum celebracioni presentes fuerint tractata ordinata gesta et concessa inibi fuerint atque facta, Et generaliter omnia alia et singula tractandum faciendum procurandum

et firmandum in Curiis supradictis que nos facere possemus si presentes essemus, eciam si talia essent que mandatum exigerent speciale, Promitentes vobis et notario infrascripto tanquam publice persone pro vobis et aliis eciam personis quorum interest et interesse potest stipulanti et recipienti legitime nos semper habere ratum et firmum quicquid per vos dictos procuratores nostros seu alterum vestrorum in predictis et circa predicta tractatum procuratum firmatum et actum fuerit sive gestum, et nullo tempore revocare, sub bonorum nostrorum omnium ypotheca. Quod est actum in Castro de Falçeto xxv die augusti anno a nativitate Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num nostri Infantis Petri predicti, qui hec firmamus et laudamus et sigillum nostrum huic instrumento apponi jussimus in pendenti. Testes huius rei sunt venerabiles Arnaldus de Cistario, Ombertus de Fonollario, Uguetus de Bordils, milites, et Jacobus de Besunta notarius consiliarii prefati domini Infantis. Sig ✠ num Petri Ferraterii, prefati incliti domini Infantis Petri scriptoris et auctoritate Illustrissimi domini Regis Aragonum notarii publici per totam terram et dominacionem suam, qui una cum testibus supradictis, visa necessitate persone dicti domini Infantis ut superius continetur, predictis interfuit, hecque scribi fecit et clausit.

Eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata.

Nobilis Bernardus de Capraria Comes Ausonie se personaliter non presentavit, set Berengarius de Medalia dicti Comitis ut asseruit procurator pro eodem comparuit: procuratorium tamen ipsa die non exhibuit, sed illud procuratorium postmodum tradidit die xxx augusti anni eiusdem; cuius tenor sequitur sub hiis verbis.

Noverint universi quod Nos Bernardus de Capraria, Dei gracia Comes Ausonie, Attendentes nos intellixisse Illustrissimum principem et dominum, dominum Petrum Dei gracia Regem Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comitemque Barchinone Rossilionis et Ceritanie proposuisse in Cathalonia generalem celebrare Curiam Cathalanis aut parlamentum tenere in brevi super statuendo et inveniendo viam congruam et modum, quibus attentis a degentibus in Cathalonia pro guerra quam idem dominus Rex cum Rege Castelle habet certum subsidium aut adjutorium pro bono et pacifico statu Cathalonie inter cetera habeatur, Attendentes eciam quod nos opportet ex mandato et ordinacione predicti domini Regis pro deffensione rei publice cum certo numero militum ad frontariam Regni Valencie ire, Et per consequens habemus nos et milites nostros parare et Comitatum et terras nostras disponere et in bono statu ponere, sicque ad dictas Curias vel

parlamenta nos ire non posse personaliter nec comparere, Ideo predicto impedimento attento, quod licet notarium et manifestum existat in posse vestri notarii subscripti clare exprimimus et fidem facimus ex proprio juramento, Tenore presentis publici instrumenti firmiter valituri ex certa sciencia et consciente constituimus et ordinamus vos Berengarium de Medalia domicellum, licet absentem tanquam presentem, procuratorem nostrum certum et specialem, videlicet ad comparendum et interessendum coram dicto domino Rege et quibuscumque curiis generalibus et parlamentis publicis vel privatis quas vel que dictus dominus Rex noviter mandavit et intendit celebrare vel habere cum prelatis et personis ecclesiasticis Infantibus Ducibus Comitibus Baronibus militibus Civibus et quibuscunque aliis personis principatus Cathalonie, racionibus superius expressatis aut quovis alia racione seu causa, Et ad tractandum consenciendum et concedendum certam viam et modum quibus habeatur ipsum subsidium seu adjutorium cum omnibus supradictis, vel eis eorundem in dictis via et modo adiutorio sive subsidio pro servicio dicti domini Regis et pro bono et tranquillo statu Cathalonie, aut alias vocis ipsius, duxerint annuendum, Et ad faciendum et concedendum omnia et singula que super predictis fuerint necessaria expediencia seu eciam opportuna, et que vobis secundum vestram bonam conscienciam concedenda et facienda ex parte nostra videbuntur, eciam si mandatum exhigerent speciale et essent maiora et graviora superius expressatis, Dantes super eis vobis plenam et liberam ac generalem administracionem cunc plenissima facultate potestate, et specialiter substituendi ad predicta unum aut plures procuratores: Quoniam nos promittimus vobis et notario infrascripto, ut publice persone hec a nobis nomine omnium illorum quorum interest et intererit legitime stipulanti et recipienti, ratum gratum et firmum habere quicquid per vos dictum procuratorem nostrum aut substitutum aut substitutos a vobis in predictis et circa predicta actum promissum concessum fuerit et firmatum et id nullo tempore revocare nec contrafacere vel venire aliqua racione sub bonorum nostrorum omnium obligacione. Et juramus per Deum et eius sancta quatuor evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, in posse notarii subscripti predictum impedimentum, quo ut premititur detinemur ne ad dictas curias vel parlamenta personaliter interesse possimus, verum esse. Et ego idem subscriptus notarius de ipso impedimento et veritate eiusdem fidem facio in presenti publico instrumento. Quod est actum in parrochia sancti Martini de Arenys termini Castri de Monte palacio in hospicio Guillelmi de Trilea baiuli dicte parrochie, xxvj die mensis augusti anno a nativitate

Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Bernardi de Capraria, Dei gracia Comes ausonie predicti, qui hec laudamus firmamus et juramus. Testes huius rei sunt venerabilis Bertrandus de Villanova domicellus, Andreas de Cis de domo dicti domini Comitis et discretus Jacobus Cardoni. Sig ✠ num Jacobi de Fogatot notarii publici substituti a Bernardo Mola notario publico termini castri de Monte palacio, qui premissis interfui dictumque juramentum prestitum per dictum Comitem Osonie recepit, fidemque veridicam de dicto impedimento facio cum inde michi revera constet, et hec scripsit et clausit cum superposito in linea vij ubi dicitur *procuratorem nostrum certum et specialem.*

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Dalmacius vicecomes de Rocabertino se personaliter presentavit.

Et ipsa die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Andreas vicecomes de Caneto et de Insula nec personaliter nec per alium comparuit.

Eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Petrus vicecomes de Vilamuro se personaliter presentavit.

Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Bernardus de So vicecomes de Evol se personaliter minime presentavit; Set pro eodem comparuit Guillelmus Bernardi de So eiusdem procurator, et exhibuit suum procuratorium quod sequitur.

Noverint universi quod Nos Bernardus de Sono, Dei gracia vicecomes de Evolo, Attendentes nos hodie litteras Illustrissimi domini Regis Aragonum recepisse, in quibus nobis mandavit ut certa die in dictis litteris contenta personaliter adessemus in civitate Barchinone, in qua prefatus dominus Rex intendit generalem Curiam Cathalanis celebrare, Attendentes eciam quod nos ad ipsam Curiam celebrandam pernaliter adesse non possumus, eo quare sumus de gravi infirmitate tibie nostre detenti, Ideo predicto impedimento attento, quod licet notorium et manifestum existat, in posse vestri notarii subscripti clare exprimimus et fidem facimus proprio juramento, Tenore presentis instrumenti firmiter valituri ex certa sciencia consulte constituimus sive ordinamus vos Guillelmum Bernardi de Sono domicellum procuratorem nostrum, videlicet ad comparendum et interessendum coram dicto domino Rege et quibuscunque Curiis generalibus et parlamentis publicis vel privatis, quos vel que idem dominus Rex intendit celebrare vel habere cum prelatis et personis ecclesiasticis Infantibus Comitibus Baronibus militibus civibus et quibuslibet aliis personis principatus Cathalonie,

tam super statu terre et guerre quam dictus dominus Rex habet cum Rege Castelle super subsidio eidem domino Regi in eadem guerra faciendo quam alia quavis racione seu causa, et ad tractandum et consenciendum et concedendum certam viam et modum quibus habeatur dictum subsidium seu adjutorium cum omnibus supradictis vel eis eorum que in dictis via et modo adjutorio seu subsidio pro servicio dicti domini Regis et pro bono et tranquillo statu Cathalonie aut alias vobis ipsius domini Regis duxerit annuendum, et ad faciendum concedendum omnia et singula que super predictis fuerint necessaria expediencia seu eciam opportuna, que vobis secundum vestram bonam consciencia tractanda concedenda et facienda ex parte nostra videbitur, eciam si mandatum exhigerent speciale et essent maiora et graviora superius expressatis, Dantes super eis vobis plenam et liberam ac generalem administracionem cum plenissima facultate, Et specialiter substituendi ad predicta unum vel plures procuratores; Quoniam nos promitimus vobis notario infrascripto, ut publice persone hec a nobis nomine omnium illorum quorum interest vel poterit interesse legitime stipulanti et recipienti, ratum gratum et firmum habere quicquid per vos dictum procuratorem nostrum seu substitutum aut substitutos a vobis in predictis et circa predicta actum promissum concessum fuerit et firmatum, et nullo tempore revocare aliqua racione, sub nostrorum omnium obligacione bonorum. Et juramus per Deum et eius sancta quatuor evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, in posse vestri notarii subscripti predictum impedimentum, quo ut premitimur detinemur ne ad dictas curias personaliter interesse possimus, verum esse. Et ego idem subscriptus notarius de ipso impedimento et veritate fidem facio in presenti publico instrumento. Quod est actum in Podio ceritano xxv die mensis augusti Anno a nativitate Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Bernardi de Sono vicecomitis predicti, qui hec laudamus et firmamus. Testes huius rei sunt Guillelmus de Aregallo domicellus et Guillelmus Berengarii Hostalerius Podii ceritani. Sig ✠ num mei Guillelmi Castells publici Podii ceritani et Ceritanie notarii, qui premissis interfui. dictumque juramentum per dictum nobilem prestitum recepi, fidemque veridicam de dicto impedimento facio cum inde michi revera constet, et clausi.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Cum nobilis Petrus de Montecateno decessisset, comparuit Raimundus de Planella; asserens se fore actorem Nobilis Sibilie dicti nobilis defuncti uxoris, tutricis ut asseruit et curatricis nobilium filiorum sibi et dicto nobili defuncto comunium. Set tamen actoriam non exibuit.

Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Guillelmus Raimundi de Monte catheno nec per se nec per alium comparuit.

Eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Ludovicus Cornelii nec per se nec per alium comparuit.

Dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,

Nobilis Berengarius de Apilia se personaliter presentavit.

Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Gilabertus de Crudiliis se personaliter presentavit.

Eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Raimundus de Rippellis nec per se nec per alium comparuit.

Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Heres nobilis Artaldi Rogerii de Pallas nec per se nec per alium comparuit.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Raimundus de Scintillis non comparuit; set pro eo comparuerunt Berengarius de Medalia et Berengarius de Monte curvo procuratores substituti ab Omberto de Villanova et Raimundo de Villanova procuratoribus dicti nobilis Raimundi de Scintillis; et exhibuerunt procuratorium et substitucionem per duo sequencia publica instrumenta.

Notum sit cunctis quod Nos Raimundus de Scintillis, Attendentes nos recepisse quasdam litteras papireas et patentes Illustrissimi et magnifici domini domini Petri, Dei gracia Regis Aragonum nunc regnantis. sigillatas in dorso sigillo ceree vermilie maiore et assueto eiusdem domini Regis, in quibus inter cetera continetur quod dictus dominus Rex mandat nobis per dictas suas litteras quod nos simus in Civitate Barchinone vicesima quinta die presentis mensis augusti pro interessendo celebracioni Curiarum generalium Cathalonie, que celebrabuntur in dicto loco per dictum dominum Regem prelatis et personis ecclesiasticis Infantibus Ducibus Comitibus Baronibus militibus civibus et quibuslibet aliis personis principatus Cathalonie pro faciendo sibi subsidium racione guerre, quam idem dominus Rex habet cum Rege Castelle, prout quedam ex predictis et plura alia lacius explicantur in dictis litteris, Considerantes eciam quod nos propter impedimentum seu infirmitatem persone nostre celebracioni dictarum curiarum personaliter comparere non possumus, Ideo predicto impedimento attento, quod licet notorium et manifestum existat clare exprimimus in posse notarii infrascripti et fidem facimus et proprio juramento ipsum esse verum, Tenore presentis publici instrumenti firmiter valituri ex certa sciencia et consulte constituimus sive ordinamus vos venerabilem Ombertum

de Villanova et Raimundus de Villanova alias vocatum de Roca salva domicellos fratres licet absentes tanquam presentes et utrumque vestrorum insolidum, Ita quod non sit melior condicio primitus occupantis vestrorum set quod per unum vestrorum inceptum fuerit per alium vestrorum mediari valeat prosequi et finiri, videlicet ad comparendum et interessendum coram dicto domino Rege et dictis Curiis generalibus quas ipse dominus Rex intendit celebrare vel habere, ut predicitur, cum dictis prelatis et personis ecclesiasticis Infantibus Ducibus Comitibus Baronibus militibus civibus et quibuslibet aliis personis principatus Cathalonie racione superius expressata aut quavis alia racione seu causa, Et ad tractandum consenciendum et concedendum certam viam et modum quibus habeatur dictum subsidium seu adjutorium cum omnibus supradictis vel eis eorumque in dictis via modo adjutorio seu subsidio pro servicio dicti domini Regis et pro bono et tranquillo statu Catalonie aut alias votis ipsius domini Regis duxerint annuendum: Et ad faciendum et concedendum omnia et singula que super predictis fuerint necessaria expediencia seu eciam opportuna et que vobis et vestrorum cuilibet secundum vestram bonam consciencia tractanda concedenda et facienda ex parte nostra videbuntur, eciam si mandatum exigerent speciale et essent maiora et graviora superius expressatis, Dantes super eis vobis et utrique vestrorum plenam et liberam ac generalem administracionem cum plenissima potestate, Et specialiter substituendi ad predicta unum aut plures procuratores: Quoniam nos promitimus vobis notario infrascripto, ut publice persone hec a nobis nomine omnium illorum quorum interest et intererit legitime stipulanti et recipienti, ratum gratum et firmum habere quicquid per vos dictos procuratores nostros aut alterum vestrorum vel per substitutum aut substituendos a vobis vel altero vestrorum in predictis et circa predicta actum promissum concessum fuerit et firmatum, et ea nullo tempore revocare contrafacere vel venire aliqua racione, sub nostrorum omnium obligacione bonorum, Et juramus per Deum et eius sancta quatuor evangelia manibus nostris corporaliter tacta in posse vestri notarii infrascripti predictum impedimentum, quo ut predicitur detinemur ne ad dictas curias personaliter interesse possimus, verum esse. Et ego idem subscriptus notarius de ipso impedimento, quod in persona sua asserit se habere idem nobilis Raymundetus de Scintillis, fidem facio in presenti publico instrumento. Quod est actum in domo vocata de Pulcro podio sita in ausonia xxv die augusti anno Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Raimundeti de Scintillis predicti, qui hec firmamus juramus et laudamus. Testes huius rei sunt nobilis Periconus

de Melamio, venerabilis Bernardus de Hostalrico et Franciscus Coloma domicelli. Sig ✠ num mei Berengarii de Molendino civis vicensis auctoritate Regia notarii publici per totam Cathaloniam, qui predictis dum agebantur interfui, dictumque juramentum prestitum per dictum nobilem Raimundetum de Scintillis recepi, et hec scripsi et clausi cum superposito in tercia linea ubi dicitur *Cathalonie* et in vj linea ubi dicitur *nostrum esse verum*.

Noverint universi quod Ego Umbertus de Villanova domicellus procurator ad hec et alia constitutus una et insolidum cum venerabili Raimundo de Villanova alias vocato de roca salva domicello fratre meo a nobile Raimundeto de Scintillis cum libera et generali administracione et plenissima facultate, et specialiter substituendi unum aut plures procuratores, prout de ipsa procuracione plene constat per instrumentum publicum inde factum auctoritate Berengarii de Molendino civis vicensis auctoritate Regia notarii publici per totam Cathaloniam xxij die augusti anno infrascripto, Nomine et auctoritate dicte procuracionis et ex potestate michi tradita et concessa in dicto procuratorio instrumento substituo et ordino vos venerabiles Berengarium de Medalia et Berengarium de Monte curvo domicellos et utrumque vestrorum insolidum, Ita quod non fiat pocior condicio occupantis, procuratores certos et speciales ad omnia ea et singula in dicto procuratorio instrumento contenta; Dando et concedendo nomine et auctoritate predictis vobis dictis procuratoribus et utrique vestrorum plenam et liberam potestatem gerendi consenciendi tractandi concedendi faciendi procurandi et administrandi omnia et singula in dicto procuratorio instrumento contenta et de quibus est data michi potestas, quecumque et quemadmodum ego possem juxta traditam et concessam in dicto procuratorio instrumento michi formam, Promittentes nomine predicto vobis dictis procuratoribus substitutis et utrique vestrorum et vobis eciam notario infrascripto, tanquam publice persone pro eis et pro aliis eciam personis quorum interest et intererit stipulanti, me eodem nomine et dictum nobilem Raimundetum de Scintillis semper habere ratum et firmum quidquid per vos dictos procuratores et utrumque vestrorum super predictis et circa predicta in dicto procuratorio instrumento contenta pro me et nomine modo quo supra et dicti nobilis Raimundeti de Scintillis procuratum et actum consensum concessum tractatum factum et administratum fuerit seu eciam gestum, et nullo tempore revocare, sub bonorum dicti nobilis Raimundeti de Scintillis eiusque ypoteca. Actum est hoc Barchinone xxvij die augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC°. Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Umberti de Villanova

predicti, qui hec laudo et firmo. Testes huius rei sunt venerabiles Raimundus de plicamanibus, Raimundus de Vilalba, domicelli, et Petrus de Alosio notarius. Sig ✠ num Ferrarii de Conamina auctoritate Regia notarii publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit cum litteris appositis in linea viij ubi dicitur *nomine predicto.*

Dieque predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assiguata,
Nobilis Arnaldus Derillo nec per se nec per alium comparuit.
Eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,
Nobilis Arnaldus Dorcau nec per se nec per alium comparuit.
Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Nobilis Bernardus de Angularia nec per se nec per alium comparuit.
Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Nobilis Petrus Galcerandi de Pinosio personaliter minime comparuit; set pro eo comparuit nobilis Bernardus Galcerandi de Pinosio eius frater et procurator, et fecit fidem de sua procuratione ut sequitur.

Noverint universi quod nos Petrus Galcerandi de Pinosio, Attendentes Illustrissimum dominum Regem Aragonum nobis mandasse quatenus celebracioni Curiarum in civitate Barchinone indicendarum infallibiliter interessemus, Attendentes eciam nos celebracioni ipsarum Curiarum legitimo impedimento impediti interesse non posse personaliter, Idcirco facimus constituimus et ordinamus vos nobilem et carissimum fratrem nostrum Bernardum Galcerandi de Pinosio, Berengarium de Minorisa militem, Ferrarium de Castelleto, Raimundum de Rexaco absentes et Guillelmum Dargilagers presentem, domicellos, procuratores nostros certos et speciales et utrumque vestrorum insolidum, Ita quod occupantis condició pocior non existat, sed quod per unum vestrorum inceptum fuerit per alium mediari valeat tractari et finiri et ad finem produci, ad comparendum interessendum faciendum tractandum et procurandum pro nobis et nomine nostro in dicta civitate pro celebracione dictarum Curiarum, Necnon ad conveniendum et comparendum cum Illustrissimo domino Rege seu illo vel illis quibus ipse voluerit super omni peticione questione et demanda seu adjuvamine, quam seu quas ipse nobis et subditis nostris facit seu facere intendit racione guerre Regis Castelle seu quavis alia racione, Et generaliter omnia alia et singula faciendum et liberaliter exercendum in predictis et circa predicta quecumque et quemadmodum facere potest et debet procurator legitime constitutus et que nos facere possemus si personaliter interessemus, eciam que de jure vel de facto mandatum exigant speciale. Nos enim comittimus vobis totaliter vices nostras vobisque super eisdem damus et concedimus generalem et specialem administracionem

et potestatem cum plenissima facultate. Ratumque et firmum semper habere promittimus in posse notarii infrascripti, tanquam publice persone a nobis pro vobis et pro omnibus eciam aliis personis quorum interest et intererit et potest ac poterit interesse recipientis et paciscentis ac eciam legitime stipulantis, quicquid per vos et quemlibet vestrorum actum gestum conventum et compositum cum dicto Illustrissimo domino Rege vel illis personis quibus ipse voluerit seu ordinaverit sive modo quolibet fuerit procuratum in predictis et circa predicta, et nullo tempore revocare seu contravenire, sub obligacione omnium bonorum nostrorum habitorum et habendorum ubique. Actum est hoc Septima decima die mensis augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Petri Galcerandi de Pinosio predicti, qui hec laudamus concedimus et firmamus. Testes huius rei sunt Bartholomeus Martini presbiter et Berengarius de Allono domicellus. Sig ✠ num Guillelmi Guitardi notarii publici Bagani auctoritate venerabilis Berengarii lauronis rectoris eiusdem, qui hec scripsit et clausit.

Dictaque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Nobilis Berengarius de Rippellis per se vel alium non comparuit.
Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Nobilis Guillelmus de Bellera nec per se nec per alium comparuit.
Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Nobilis Berengarius de Castronovo nec per se nec per alium comparuit.
Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Nobilis Bernardus de So se personaliter presentavit.
Et die dicta xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,
Nobilis Sicardus de Lordaco se personaliter presentavit.
Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Nobilis Artaldus de Capraria, alias vocatus de focibus, se personaliter presentavit.
Dictaque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Nobilis Hugo de sancta Pace nec per se nec per alium comparuit.
Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Nobilis Franciscus de Cerviano se personaliter presentavit.
Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,
Nobilis Jaspertus de Castelleto se personaliter presentavit.
Dieque predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Nobilis Poncius de Caramanno nec per se nec per alium comparuit.
Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Nobilis Gilabertus de Crudiliis de Bestracano, vel eius heres, nec per se nec per alium comparuit.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Heres nobilis Ademarii de Mosseto nec per se nec per alium comparuit.

Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata.

Nobilis Galcerandus de Angularia, vel eius heres, nec per se nec per alium comparuit.

Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Periconus de Meleanno se personaliter presentavit.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis heres Guillelmi de Cardona nec per se nec per alium comparuit.

Dieque predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Arnaldus de Saga, vel eius heres, nec per se nec per alium comparuit.

Dictaque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Heres nobilis Simonis de Muro nec per se nec per alium comparuit.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Bernardus Guillelmi Dentença se personaliter presentavit.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Raimundus de Rivosicco, cuius est Castrum de Sobirats, nec per se nec per alium comparuit.

Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Nobilis Acardus de Talarno die predicta se personaliter presentavit.

Et licet non essent ad curiam convocati, die predicta xxv augusti celebracioni dicte curie assignata comparuerunt subscripti videlicet:

Nobilis Bernardus de Capraria cuius est Castrum de Muntsoriu; Et Bernardus de Convenis asserens se fore procuratorem nobilis Raimundi Rogerii vicecomitis Cosseranensis et de Bruniquelle, cuius est honor de Cervilione, tamen non exibuit procuratorium.

Compariciones sequuntur militum subscriptorum.

Premissa die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Raimundus de Josa nec per se nec per alium comparuit.

Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata.

Heres Guillelmi de Apilia nec per se nec per alium comparuit.

Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Bernardus Guillelmi de Fuxano nec per se nec per alium comparuit.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Raimundus de Coponibus se personaliter presentavit.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Bernardus de Thous se personaliter presentavit.

Dictaque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Johannes Berengarii de Riadell nec ipse nec alius pro eo comparuit.

Et die premissa xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Ombertus de Fonollario nec ipse nec alius comparuit pro eo.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,

Bernardus Guillelmi de Rippis, vel eius heres, per se vel alium non comparuit.

Et eadem die xxv augusti, dicte celebracioni curie assignata,

Heres Guillelmi de Palafolls se personaliter minime presentavit; set pro eo Petrus de Rabinato actor Constancie de Palafollis matris et tutricis Guillelmi de Palafollis filii pupilli et heredis Berengarii de Palafollis quondam, et exibuit actoriam. Set quare ad hoc prout fieri debebat non habebat speciale mandatum non fuit insertus tenor dicte actorie in presenti processu.

Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Heres Berengarii de Castro eulino per se vel alium non comparuit.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Guillelmus de Barbarano, vel eius heres, per se vel alium non comparuit.

Premissaque die xxv augusti, dicte celebracioni curie assignata,

Dalmacius Xatmar per se vel alium non comparuit.

Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Heres Dalmacii de Peramola per se vel alium non comparuit.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Geraldus de Hulugia per se vel alium non comparuit.

Et die premissa xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Heres vel detentor bonorum Hugueti de Fluviano per se vel alium non comparuit.

Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Detentor bonorum Arioli de Olugia per se vel alium non comparuit.

Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Heres Berengarii de sancto Vincencio per se vel alium non comparuit.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,

Guillelmus de Calders, vel eius heres, per se vel alium non comparuit.

Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Jacobus de Corniliano per se vel alium minime comparuit.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata.
Heres Guillelmi de Galiners per se vel alium non comparuit.
Premissaque die xxv augusti, dicte celebracioni curie assignata,
Heres Bernardi de sancta Eugenia per se vel alium non comparuit.
Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Alamannus de Urriols per se vel alium non comparuit.
Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata.
Bernardus Geraldi de Boxadors per se vel alium non comparuit.
Dictaque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Heres Ferrarii de Villafrancha per se vel alium minime presentavit.
Et die premissa xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata.
Berengarius de Castro eulino per se vel alium non comparuit.
Et eadem die xxv augusti, assignata celebracioni dicte curie,
Petrus de Montornes se personaliter presentavit.
Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata.
Heres Raimundi de Senesterra per se vel alium non comparuit.
Et predicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata.
Petrus de Castellvi per se vel alium non comparuit.
Et die premissa xxv augusti, assignata celebracioni dicte curie,
Raimundus de Timor per se vel alium non comparuit.
Et eadem xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Arnaldus Guillelmi de Besora per se vel alium non comparuit.
Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,
Guillelmus de Crexello, vel eius heres, per se vel alium non comparuit.
Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Raimundus de Monte olivo vel detentor bonorum suorum per se vel alium non comparuit.
Et supradicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Heres Raimundi Berengarii de Mediona per se vel alium non comparuit.
Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata.
Berengarius Dolms per se vel alium non comparuit.
Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,
Franciscus de Rippis per se vel alium non comparuit.
Et die premissa xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata.
Poncius de Lupia per se vel alium se minime presentavit.
Premissaque die xxv augusti, celebracione dicte curie assignata.
Thomas de Março per se vel alium non comparuit.
Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Franciscus de Pulcro castro per se vel alium non comparuit.

Dieque premissa xxv augusti, celebracioni assignata dicte curie,

Berengarius de Castro episcopali per se vel alium non comparuit.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Heres Bernardi de Falchs per se vel alium non comparuit.

Eademque die xxv augusti celebracioni dicte curie assignata,

Raimundus de Paguera per se vel alium non comparuit.

Et subscripti milites, licet non fuerint convocati ad presentem generalem Curiam, se presentarunt pro dicta curia dicta die xxv augusti celebracioni dicte curie assignata videlicet:

Bernardus de Turribus.—Raimundus de Plicamanibus.—Asbertus de Gatello.—Berengarius de Rippis.—Berengarius ces Puiades.—Ferrarius de Castelleto.—Galcerandus de Cartiliano de Durrius.—Pauquetus de Bellcastell.

Compariciones sequuntur Sindicorum Universitatum Civitatum villarum atque locorum Regalium Cathalonie.

Die pretacta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro universitate civitatis Barchinone se presentarunt Jacobus cavallerii Consiliarius, Petrus Buçoti, Petrus de Plano ac Eymericus dusay, sindici et procuratores dicte Civitatis, una cum Jacobo de Vallesicca licenciato in legibus Consiliario civitatis eiusdem et Petro de Ruvira legum doctore, Et die ipsa non exhibuerunt sindicatum, qui per eos exhibitus fuit michi dicto prothonotario die xxvij augusti anni predicti, ad quam ut pretangitur dicta presentacio per dictum dominum Regem ex causa prehabita extitit prorogata; cuius sindicatus tenor sequitur sub hiis verbis.

In Dei nomine. Noverint universi quod die sabbati xxv die augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC°. Quinquagesimo Octavo, in presencia mei Simonis de Ruvira auctoritate Regia notarii publici Barchinone, Et in presencia eciam Andree de Campis civis Ilerde, Jacobi martini presbiteri Ilerde, Bernardi de Soldevila de loco de Sorte, Raimundi Solani, Jacobi Clos et Francisci Moratonis scriptoris, testium ad hec specialiter vocatorum, Cum generale Consilium seu parlamentum fuisset publice preconizatum previo sono tube sive *anafil* in civitate Barchinone per Jacobum Clos preconem publicum ipsius civitatis congregandum in gradu palacii domini Regis eiusdem civitatis, ut moris est, universitatem ipsius civitatis ad ipsum Consilium seu generale parlamentum convocari et congregari, Convenerunt ad ipsum Consi-

lium sive parlamentum venerabiles Jacobus Cavallerii, Raimundus de Plano, Johannes Serra, et Raimundus de Usay consiliarii hoc anno civitatis Barchinone una cum venerabili Jacobo de Vallesicca licenciato in legibus nunc absente; Convenerunt eciam ad ipsum Consilium seu generale parlamentum quamplures ex Juratis dicte Civitatis et plures alii cives et habitatores ipsius civitatis, et ibidem in presencia mei dicti notarii et testium predictorum dicta universitas Attendens se recepisse quandam litteram Illustrissimi ac magnifici principis et domini, domini Petri Dei gracia Regis Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comitisque Barchinone Rossilionis et Ceritanie, cuius tenor talis est: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya, Als amats e feels nostres los Consellers e prohomens de la Ciutat de Barchinona, Salut e dileccio. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.* (ut supra); Ideirco dicta universitas volens, ut convenit, mandatum predicti domini Regis per efectum operis adimplere, cum auctoritate et decreto venerabilis Raimundi de Turricella, locum tenentis honorabilis Francisci de Togoriis militis vicarii Barchinone et Vallensis in hiis intendere nequeuntis, constituit et ordinavit suos certos et speciales sindicos et procuratores venerabiles Jacobum Cavallerii, Jacobum de Valle sicca licenciatum in legibus, consiliarios supradictos, Petrum de Ruvira legum doctorem, Petrum Buçoti, Petrum de Plano et Eymericum de Usay cives Barchinone; Quibus quidem sindicis et procuratoribus seu maiori parti eorum ipsa Universitas dedit et concessit plenum posse adessendi in dicta civitate Barchinone celebracioni Curiarum predictarum et faciendi una cum aliis qui celebracioni ipsarum Curiarum intererunt super contentis in dicta littera regia omnia ea et singula que per ipsam universitatem facienda sint in eisdem et que ad ea facienda utilia fuerint ac eciam opportuna et que ipsis sindicis et procuratoribus debere fieri videantur. Ipsa enim universitas civitatis Barchinone promisit jamdictis sindicis et procuratoribus et michi notario supradicto et infrascripto, tanquam publice persone nomine omnium illorum quorum interest et intererit recipienti et legitime stipulanti, ipsam universitatem dicte civitatis Barchinone semper habere ratum et firmum quicquid per dictos sindicos et procuratores seu maiorem partem eorum super predictis et circa predicta pro ipsa universitate et nomine eiusdem procuratum et actum seu eciam gestum fuerit et nullo tempore revocare. In quorum testimonium jamdicta Universitas requisivit de predictis fieri publicum instrumentum per me notarium supradictum. Que fuerunt acta loco die et anno predictis presente me dicto

notario et presentibus eciam testibus supradictis. Sig ✠ num Raimundi de Turricella domicelli, locumtenentis honorabilis Francisci de Togoriis militis vicarii Barchinone et Vallensis in hiis intendere ad presens nequeuntis, Qui huic constitucioni sindicatus et procuracionis de voluntate nostra facte ex parte domini Regis et auctoritate oficii quo fungimur auctoritatem impendimus et de ceterum appositum per manum mei Berengarii de Fonoyeda notarii publici Barchinone et scribe Curie dicti vicarii in cuius posse dictus locum tenens hanc firmam fecit xxv die augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo, Presentibus testibus Andrea de Campis, Jacobo martini presbitero Ilerdensi et Bartholomeo de Solerio notario. Et ideo ego Berengarius de Fonoyeda notarius et scriba predictus hec scripsi et hoc meum hic apposui sig ✠ num. Sig ✠ num mei Simonis de Ruvira auctoritate Regia notarii publici Barchinone, qui predictis una cum supradictis testibus, ut supra patet, rogatus interfui et hec scribi feci et clausi.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro universitate Civitatis Ilerde comparuerunt Franciscus de sancto Clemente et Berengarius de Pratis licenciatus in legibus, dicte universitatis procuratores et sindici, qui die eodem eorum sindicatum non exhibuerunt; set illum tradiderunt die xxvij augusti pretacta, presentacioni dicte curie prorogata, cuius tenor talis est.

Noverint universi quod in presencia mei notarii et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et eciam rogatorum die sabbati que computabatur decima octava die mensis augusti anno Domini M°. CCC°. Quinquagesimo octavo honorabiles Bertrandus Navarre, Bartholomeus Calvet, Nicolaus Ferrarii et Ferrarius de Femosa paciarii civitatis Ilerde et universitas civitatis Ilerde, in qua quidem universitate erant infrascripti videlicet Petrus de Muntanyana, Antonius de Maçaneto, Bertrandus de Vallo legum doctor, Bernardus Guillelmi Calveti in legibus licenciatus, Jacobus del Soler, Bernardus Cortit, Johannes de Muntgay, Petrus Ardoni, Bernardus Aranyo, Guillelmus Arnaldi de Maçons, Petrus de Timor, Petrus Dezpuig, Petrus Cortit, Jacobus de Comenja, Petrus de la Porta, Raymundus Riamban, Jacobus dez Puig, Pascasius de Sancova, Raymundus de Riudesset, Franciscus Çoqueti, Raimundus de Graa, Guillelmus çes Tapies, Guillelmus Sentili, Galcerandus Truyols, Dominicus Daran, Petrus Duntinyena, Dominicus Marti, Guillelmus de Montroig, Petrus de Gerp, Arnaldus de la Mora, Johannes Burrell, Bernardus Peliçer, Simonus Salçet, Arnaldus dez Puig, Bernardus ça Font, Micael Vivet, Petrus Vilba, Arnaldus de la Torre, Raymundus Mayol, Raymundus Rayola, Thomasius Carofa, Petrus

Sanxo, Raimundus Vidal, Bartolomeus de Salars, Petrus Pelegri, Guillelmus Vidal, Guillelmus Bernardi, Guillelmus Çabater, Arnaldus de Montreal, Jacobus Fuster, Bernardus de Muntanyana, Guillelmus de Almacir, Guillelmus Arnaldi de Gavasa, Petrus de Raichs, Jacobus de Berga, Bartolomeus Dalors, Cives et Consiliarii civitatis predicte convocati pro infrascriptis ad sonum tube et ad requisicionem albaranorum in aula comuni Consulatus seu paciarie civitatis predicte voce preconis et ad sonum tube ad generale consilium celebrandum, prout moris est ibi dictam universitatem seu generale consilium pro eadem convocari ac eciam congregari, Attendentes et considerantes Serenissimum principem et dominum, dominum Petrum, Dei gracia nunc Regem Aragogonum direxisse paciariis et probis hominibus Civitatis predicte quandam litteram regiam patentem sigillo cere rubee regio sigillatam, cuius series extat talis: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya, Als amats e feels nostres paers e prohomens de la Ciutat de Leyda Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.* (ut supra): Idcirco universitas civitatis Ilerde et prenominati paciarii et consiliarii pro eadem volentes, ut convenit, mandatum Regium adimplere ex certis scienciis eorum cum hoc presenti publico instrumento fecerunt crearunt constituerunt et eciam ordinarunt certos veros et speciales sindicos et procuratores dicte universitatis et singulorum predictorum honorabiles Franciscum de sancto Clemente, et Berengarium de Pratis in legibus licenciatum, cives dicte civitatis licet absentes tanquam presentes, Ad comparendum coram dicto domino Rege Aragonum in Civitate Barchinone die xxv mensis augusti presentis, ubi generalem Curiam Cathalanis indixit, Et ad interessendum ibi die predicta et alias quovis die in Civitate Barchinone vel in alia civitate villa seu loco imposterum indicendis et assignandis celebracioni curie memorate pro negociis in littera preinserta Regia expressatis, Et ad tractandum et ordinandum inibi, una cum ecclesiarum prelatis atque capitulis eorundem nobilibus militibus seu eorum procuratoribus et eciam cum sindicis et procuratoribus Civitatum villarum et locorum Regalium Cathalonie et cum ceteris qui in dicta curia intersint seu interesse contingant aut debeant interesse, ea que circa predicta fuerint necessaria et opportuna seu que tractanda occurrerint in curia supradicta pro negociis littere Regie preinserte, Et ad concedendum firmandum laudandum approbandum consenciendum et ratificandum ea omnia et singula que universaliter et generaliter per premissos prelatos capitula nobiles milites seu procuratores eorum et eciam sindicos et

procuratores Civitatum et villarum predictarum et quoscumque alios qui in dicta Curia intererunt concedi firmari laudari et ratificari contingerit et eciam approbari in curia supradicta si et prout sindicis et procuratoribus expediens videatur, necnon ad contradicendum requirendum et protestandum, Et ad prestandum in animas dictorum constituencium nomine universitatis predicte quelibet juramenta necessaria vel opportuna fieri ad predicta, Et generaliter omnia et singula in predictis et circa ea faciendum et firmandum consenciendum jurandum et approbandum que fuerint facienda et que videantur expedire sindicis et procuratoribus supradictis, eciam si magis mandatum exigant speciale et que possent idem constituentes facere personaliter si adessent; ratum enim et firmum iidem constituentes habere perpetuo michi notario subscripto promiserunt quicquid per dictos sindicos et procuratores in predictis actum fuerit quovis modo et nullo tempore revocare sub bonorum universitatis civitatis predicte et constituencium predictorum obligacione ac eciam ypotheca. Acta fuerunt predicta die et anno et loco predictis ac presentibus Guillelmo Cabot et Raimundo Vitalis nunciis dicte domus ad hec pro testibus convocatis rogatis adhibitis et electis. Sig ✠ num mei Petri Daltariba notarii publici per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum auctoritate eiusdem, qui hoc instrumentum scribi feci et clausi predictisque interfui.

Et die eadem xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,

Pro universitate Civitatis Gerunde Berengarius de Riaria maior dierum et Guillelmus de Vincolis jurisperitus cives et sindici universitatis civitatis eiusdem se presentarunt et exibuerunt eorum sindicatum sequentem seriem continentem.

Noverint universi quod die octavadecima augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo, hora circa terciam, convocatis cum *anaphilo* ut moris est Juratis Civitatis Gerunde et illis Octuaginta probis hominibus, qui una cum dictis juratis seu maior pars eorum faciunt ex privilegio Regio universitatem Civitatis Gerunde, et ipsis juratis et octuaginta probis hominibus seu maiori parte eorum congregatis in domo fratrum minorum civitatis Gerunde, fuit ibi de mandato eorum lecta per me Raimundum de Brugueria notarium subscriptum quedam littera papirea Regia, sigillo Regio in eius dorso sigillata, que continet hunc tenorem: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya et de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Als feels nostres Jurats e prohomens de la ciutat de Gerona Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.* (ut supra). Qua littera ibidem per me dictum notarium lec-

ta, ipsi Jurati et probi homines pro universitate ut predicitur convocati et congregati et universitatem dicte universitatis facientes fecerunt constituerunt et ordinarunt sindicos et procuratores suos et dicte civitatis et universitatis ipsius venerabiles Berengarium de Riaria maiorem dierum et Guillelmum de Vineolis jurisperitum, cives Gerunde presentes, ad essendum in dicta Civitate Barchinone pro predictis in dicta littera Regia contentis, Et ad presentandum se nomine dicte civitatis et universitatis ipsius dicto domino Regi et generali curie predicte, Et ad interessendum in dicta curia et in eius celebracione et in tractatibus et ordinacionibus eiusdem et ad tractandum et ordinandum cum prelatis baronibus Richis hominibus militibus et sindicis Civitatum et villarum et locorum Regiorum Cathalonie et ceteris qui in celebracione dicte curie interfuerint quicquid tractandum et ordinandum fuerint in eadem curia, Et ad consenciendum tractatibus et ordinacionibus qui et que fiant in ipsa curia circa predicta et ad disssenciendum ipsis tractatibus et ordinacionibus si eisdem sindicis et procuratoribus videbitur faciendum, Et ad protestandum dicte curie seu in dicta curia si et quociens ipsis videbitur expedire, Et protestatis respondendum et faciendum Inde fieri publicum instrumentum et publica instrumenta. Et ad dandum et offerendum in dicta curia capitula et supplicaciones et provisionem ac provisiones super eis obtinendum, Et generaliter ad faciendum omnia alia et singula quecunque in premissis et circa expedicionem eorum fuerint necessaria et opportuna et invenerint facienda. Et promiserunt predicti jurati et probi homines pro dicta universitate, ut predicitur, convocati et congregati et universitatem facientes in manu et posse mei notarii subscripti, tanquam publice persone nomine omnium quorum interest et intererit stipulantis et paciscentis, se et dictam civitatem et universitatem ipsius ratum gratum et firmum habere quicquid per dictos sindicos et procuratores actum gestum seu procuratum fuerit in premissis, et nullo tempore revocare, sub bonorum dicti civitatis et universitatis ipsius omnium ypotheca. Quod fuit actum et a dictis juratis et probis hominibus pro dicta universitate et nomine universitatis civitatis Gerunde, ut predicitur, convocatis et congregatis firmatum et laudatum die et hora et anno predictis, presentibus et vocatis me notario subscripto et testibus scilicet Vitale Marinerii et Petro Sunyerii albadiverio civibus Gerunde. Eg + o Raimundus de Brugueria notarius publicus substitutus auctoritate Regia a Bernardo de Toylano publico Gerunde notario, qui premissis una cum dictis testibus vocatus et requisitus interfui, hec scribi feci et clausi.

Dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata.

Pro universitate civitatis Minorise Bernardus Galcerandi et Bernardus dez Grau, cives et sindici universitatis civitatis eiusdem, se presentarunt die xxvij, ad quam presentaciones huius curie fuerunt prorogate; et exhibuerunt sindicatum suum qui sequitur sub hiis verbis.

Noverint universi quod In presencia mei Berengarii de Tresserris notarii publici Minorise et In presencia eciam testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum venerabiles consiliarii et jurati civitatis Minorise, convocati voce preconis et more solito congregati in ecclesia sancti Michaelis civitatis predicte, Attendentes ut dixerunt Serenissimum et magnificum principem et dominum, dominum Petrum, Dei gracia Regem Aragonum ipsis scripsisse per suas litteras in hunc modum: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Als feels nostres los Consellers e prohomens de la ciutat de Mauresa Salut e gracia. Com per raho de la guerra, la qual lo Rey de Castella, etc.* (ut supra); Ideirco volentes mandatum dicti Serenissimi domini Regis, prout debent et tenentur, penitus adimplere, Cum testimonio huius publici instrumenti, interveniente ad hec auctoritate et decreto venerabilis Francisci Arlambau subbaiuli civitatis Minorise, nunc absente ab eadem venerabili Jaufrido de Levinaria baiulo dicte civitatis pro domino Rege, fecerunt et constituerunt certos et speciales procuratores sindicos et actores eorum et dicte civitatis, videlicet venerabiles Bernardum de Vado jurisperitum et Bernardum Galcerandi, cives Minorise presentes et suscipientes, ad comparendum et personaliter interessendum pro eis et nomine dicte civitatis in Civitate Barchinone coram dicto Excellentissimo domino Rege, et ibidem faciendum et procurandum ac tractandum omnia et singula que per alios procuratores sindicos et actores aliarum Ciuitatum Villarum et locorum Regiorum Cathalonie pro contentis in dicta littera Regia fient tractabuntur et procurabuntur vel ipsis videbuntur facienda ac eciam procuranda, eciam si talia essent quod de jure vel de facto aut alias mandatum exigerent speciale. Ipsi enim constituentes, volentes dictos eorum sindicos procuratores et actores super predictis relevare ab omni onere satisdandi, promiserunt dictis eorum sindicis actoribus et procuratoribus et michi dicto notario, tanquam publice persone hec ab ipsis legitime stipulanti paciscenti et recipienti nomine dictorum procuratorum sindicorum et actorum et nomine eciam omnium aliorum et singulorum quorum interest vel potest interesse, ipsos habere ratum gratum et firmum quicquid per dictos eorum procuratores sindicos et actores in predictis et circa ea et dependentibus vel emergentibus ex eisdem actum

gestum fuerit seu eciam procuratum, nulloque tempore revocare, sub bonorum dicte civitatis omnium ypoteca. Que fuerunt acta vicesima secunda die augusti anno a nativitate Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Octavo presente me dicto notario et presentibus pro testibus Dominico vitalis draperio et Arnaldo de Palanco sutore Minorise. Quibus omnibus et singulis dictus venerabilis subbaiulus auctoritatem suam prestitit et decretum vicesima tercia die augusti anno predicto. Sig ✠ num mei Berengarii de Tresserris notarii publici Minorise pro venerabili preposito Minorise, qui premissis omnibus rogatus presens interfui, et hec scribi feci et clausi.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro universitate Civitatis Terrachone nullus comparuit.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro universitate ville Perpiniani comparuerunt Ermengaudus Martini et Franciscus Taulerii sindici et procuratores universitatis dicte ville Perpiniani, et obtulerunt eorum sindicatum qui sequitur.

Sit omnibus notum quod Nos Ermengaudus Martini Johannes de Aldiarde Burguenses, Johannes Egidii Jacobus Caydan mercatores, et Petrus Monerii parator, omnes Consules universitatis hominum ville Perpiniani, Petrus Borroni, Guillelmus Egidii, Petrus Pastoris, Johannes Fusterii et Bernardus Poncii, Raimundus Rossello et Bartolomeus Raimundi, omnes septem ex duodecim consiliariis ipsorum Consulum, Bernardus Raimundi superpositus ministerii paratorum et Franciscus Figueres parator locumtenens consocii dicti superpositi, Jacobus Forques superpositus ministerii sartorum, Matheus Cabanerii et Petrus Maleti superpositi ministerii pelliparíorum, Petrus Podii superpositus ministerii textorum et Bartholomeus Grantelvii textor locumtenens consocii dicti superpositi, Berengarius Mera superpositus ministerii fusteriorum, Petrus Corbos superpositus ministerii fabrorum, Arnaldus Royre et Petrus Carrerie superpositi ministerii sutorum, Bartholomeus Darques superpositus ministerii apotecariorum, Raymundus de Belloch et Johannes Vesiani superpositi ministerii merceriorum, Guillelmus Comitis et Guillelmus Villefranche superpositi ministerii curateriorum, Guillelmus Besaulum et Raimundus Huc superpositi ministerii hostaleriorum et aventureriorum, Johannes Volona superpositus ministerii latomerorum, Raimundus Caxes noves superpositus ministerii tenderiorum, Guillelmus Boneti et Bernardus Maurelas superpositi ministerii macellariorum, Guillelmus Rotundi et Bernardus Rome burguenses, Petrus Fabri campsor, Petrus Geraldi mercator, Marcus Lauradorii draperius, Bartolomeus Malolls parator et Johannes Castilionis apo-

thecarius, congregati omnes ad consilium in aula superiori Consulatus dicte ville Perpiniani, prout moris est congregari ipsam universitatem, facientes et representantes totam universitatem dicte ville, Attendentes quod dominus noster, Dominus Petrus Dei gracia Rex Aragonum Illustrissimus misit nobis Consulibus et probis hominibus dicte ville Perpiniani quandam litteram patentem eiusque sigillo secreto sigillatam, cuius tenor talis est: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Als feels nostres los Consols e prohomens de la vila de Perpenya Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.* (ut supra); Nos igitur omnes prenominati, volentes mandato Regio ut tenemur reverenter obedire, creamus et constituimus auctoritate et decreto domini judicis infrascripti et nomine tocius dicte universitatis sindicos et procuratores nostros et dicte universitatis venerabiles et discretos Ermengaudum Martini predictum burguensem et consulem dicte ville et Franciscum Taulerii jurisperitum ipsius ville; Quibus damus et concedimus plenum posse super omnibus et singulis in dicta littera Regia superius inserta contentis. Et promitimus in posse vestri notarii publici infrascripti, nomine illorum quorum interest intererit ac poterit interesse stipulantis, nos dictis nominibus semper habere ratum gratum et firmum quicquid per ipsos super contentis in ipsa littera actum fuerit seu eciam procuratum sub obligacione bonorum dicte universitatis et sub omni renunciacione juris ad hec necessaria pariter et cautela. Acta et laudata fuerunt hec Perpiniani intus dictam aulam dicti Consulatus decima octava die mensis augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC°. Quinquagesimo Octavo. Et fuerunt inde testes ad hec specialiter vocati Petrus Berengarii presbiter de passano Elnensis diocesis beneficiatus in capella Castri Regii dicte ville Perpiniani et Perpinianus Benedicti de Perpiniano, Et ego Petrus Forrolli de Perpiniano notarius qui requisitus predicta recepi. Post hec eisdem die et anno venerabilis Berengarius Isern judex ordinarius Curie baiuli Perpiniani predictis omnibus et singulis sic legitime actis, causa prius per ipsum cognita, auctoritatem suam judicialem interposuit pariter et decretum in presencia et testimonio Petri Geraldi procuratoris causarum et Raimundi Royre scriptoris amborum de Perpiniano et mei dicti Petri Forrolli de Perpiniano notarii qui requisitus predicta recepi. Sig ✠ num mei Petri Forrolli memorati auctoritate Regia notarii publice Perpiniani, qui predicta recepi scribique feci et clausi. Ego Guillelmus Taulasses notarius publicus Perpiniani subscripsi et hoc Sig ✠ num feci.

Et dicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro universitate ville Cervarie nullus comparuit; set die lune die xxvij augusti, ad quam ex causa premissa dicta curia et presentaciones pro ea fiende fuerunt prorogate, comparuerunt Arnaldus Maçina et Guillelmus Tallada procuratores et sindici dicte universitatis Cervarie, Et obtulerunt suum sindicatum cuius tenor talis est.

Noverint universi quod, cum Illustrissimus ac magnificus dominus, dominus Petrus, Dei gracia Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie scripsisset paciariis et probis hominibus ville Cervarie per suam litteram, cuius tenor sequitur per hunc modum: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Als feels nostres los pahers e prohomens de la vila de Cervera Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.* (ut supra); Qua littera recepta cum ea qua decet et convenit reverencia, dicti venerabiles paciarii die lune xx die augusti anno in dicta littera contento, fecerunt congregari consilium per albarana data per Guillelmum Ferrarii nuncium paciarie ville jamdicte et alias per repulsacionem cimbali ecclesie parrochialis ville prefate, prout de consuetudine observatur; ad quam convocacionem convenerunt paciarii consiliarii et probi homines infrascripti, videlicet Arnaldus de Mecina, Guillelmus Tayllada et Raimundus de Rocafort, paciarii una cum venerabili Bernardo de Fox absente, Anthonius Tolrani, Raimundus Serra, Jacobus Mironis, Johannes de Torremoyrell, Raymundus Martini, Guillelmus Cervera, Petrus Vergos, Guillelmus Maior, Franciscus Dager, Thomas de Vilagrassa, Petrus Ribera et Raimundus de Avinione, Consiliarii, Raimundus Petri, Bernardus Egidii, Arnaldus de Mecina, Borracius de Loraco, Berengarius de Vergos, Jacobus Moxo, Petrus de Castro, Arnaldus de Rivo ovium, Petrus Miro, Romeus de Minorisa, Berengarius de Castelltort, Bartholomeus Avero, Bartholomeus Ripoll, Raimundus dez Vilar, Berengarius de Cardona, Bartholomeus de Muntbrio, Bernardus den Bru, Petrus de Muntpao, Andreas de Loberola, Petrus Zelolm, Bernardus Dolunya, Petrus Tordera, Guillelmus Tolra et Bartholomeus Tolra, probi homines habitatores ville jamdicte; et omnes superius nominati pro universitate dicte ville ut predicitur convocati et congregati et universitatem ville ipsius facientes et representantes in absencia et contumacia aliorum absencium a dicta universitate, Gratis ex certa sciencia auctoritate et decreto venerabilis Raimundi Petri baiuli dicte ville pro Illustrissimo domino Rege in venientibus Nominibus ipsorum propriis et tocius universitatis

ville eiusdem et singularium de eadem fecerunt constituerunt et ordinarunt suos et dicte universitatis et singularium eiusdem veros et legitimos sindicos nuncios iconomos actores et procuratores, videlicet venerabiles Arnaldum de Mecina et Guillelmum Tayllada paciarium habitatores ville jamdicte presentes et huiusmodi mandatum recipientes, et utrumque ipsorum insolidum, ita quod occupantis condicio primitus melior non eficiatur sed quod per unum ipsorum inceptum fuerit per eorum alterum mediari valeat prosequi et finiri, Ad comparendum pro dicta universitate et constituentibus supradictis coram excellentissimo principe et domino domino Rege Aragonum supradicto et aliis quibuscunque domesticis et officialibus eiusdem in Civitate Barchinone vel alibi ubicunque et ad celebrandum ibidem vel alibi ubi videlicet excellentissimo principi et domino domino Regi fieri videatur una cum aliis sindicis universitatum civitatum et villarum Regiarum principatus Cathalonie generales curias, Et ad faciendum tractandum et procurandum ibidem quecunque facienda tractanda et procuranda fuerint ac eciam consulenda ad bonum statum eiusdem excellentissimi principis et tocius Cathalonie principatus predicti et sue corone ita et prout ipsis sindicis vel eorum alteri videbitur faciendum et consulendum, Necnon ad supplicandum eidem altissimo principi et domino domino cum humili ac debita reverencia et subieccione quatenus sua clemencia dignetur eidem universitati gracias facere speciales et supplicacionibus que eidem fient pro parte dicte universitatis benigniter condescendere, Et eciam ad prestandum in animas dictorum constituencium et cuiuslibet de universitate predicta cuiuscunque generis fuerit juramentum publicum et publica instrumenta firmandum et fieri faciendum, Et demum ac generaliter omnia alia et singula faciendum tractandum consulendum et procurandum super predictis et circa predicta et super dependentibus seu emergentibus ex eisdem seu ea quovo modo tangentibus quecunque fuerint ad hec utilia vel eciam opportuna, eciam si mandatum exhigerent speciale, et que ipsi constituentes et quilibet ipsorum et universitas antedicta et singulares ipsius facere possent; Dantes et concedentes iidem constituentes nominibus antedictis dictis sindicis actoribus et procuratoribus et utrique ipsorum insolidum super predictis omnibus et singulis et ex eisdem dependentibus ac connexis meram liberam ac generalem administracionem cum plenissima facultate, Promittentesque ipsi constituentes et universitas antedicta et singuli ex eadem ratum gratum enim et firmum perpetuo habere quicquid per dictos sindicos actores nuncios et procuratores vel eorum alterum super predictis et circa predicta et dependentibus seu emergentibus ex eisdem pro predic-

tis constituentibus et universitate jamdicta et singulis eiusdem et eorum nomine actum gestum procuratum consentitum consultum firmatum et concessum fuerit, et nullo tempore revocare, sub bonorum dictorum constituencium et cuiuslibet eorundem et universitatis predicte et singulorum omnium ypotheca et obligacione. Que fuerunt acta die anno et loco predictis presentibus testibus discretis Jacobo Gilabert et Bernardo de Palafolls presbiteris habitatoribus ville Cervarie. Sig ✠ num Raimundi Petri baiuli et curie ville Cervarie pro Illustrissimo domino Rege, qui huic sindicatui actorie et procuracioni ex parte dicti domini Regis et auctoritate officii predicti quo fungimur in hac parte auctoritatem nostram prestamus et interponimus pariter et decretum appositum per manum mei Petri de Caneto de villa Cervarie Regia auctoritate publici notarii et regentis Scribaniam curie baiulie ville predicte pro heredibus venerabilis Bernardi Divorra quondam scriptoris eiusdem pro Illustrissimo domino Rege. In cuius Petri manu et posse dictus honorabilis Baiulus hanc firmam fecit die et anno confeccionis dicti sindicatus, Presentibus testibus discreto Matheo Bonjoch jurisperito et Petro de Fontaneto de Cervaria. Et ideo ego notarius et regens predictus hoc scripsi decretum et hoc meum hic apposui sig ✠ num. Sig ✠ num Jacobi Ferrarii de villa Cervarie publici notarii et auctoritate Regia per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum, qui premissis interfui hocque scribi fecit instrumentum ut supra patet per dictum venerabilem Raimundum Petri baiulum actoritzatum, et clausit.

Die premissa xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,

Pro universitate Ville Franche penitensium se presentarunt Bartholomeus Ruvira et Petrus Goleti jurisperitus Ville Franche; et obtulerunt eorum sindicatum, formam que sequitur continentem.

Noverint universi quod cum Illustrissimus ac magnificus princeps et dominus dominus Petrus, Dei gracia Rex Aragonum nunc regnans, vigore Curiarum generalium quas vult de presenti celebrare Cathalanis in Civitate Barchinone direxisset probis hominibus et universitati Ville Franche penitensium quandam litteram papircam apertam et sigillo ipsius domini Regis comuni et assueto sigillatam ceree rubei colosis, cuius quidem littere tenor sic se habet: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya, Als feels nostres los Jurats e prohomens de Vila Francha de penedes Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.* (ut supra); Ideirco dicta universitas, volens mandatis regiis in omnibus obedire, die mercurii intitula-

ta xxij die augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC°. Quinquagesimo Octavo in presencia mei Arnaldi Maçons scriptoris jurati scribanie Ville Franche et in presencia eciam Nicholay Sperreguera, Berengarii Bufagrayas et Raimundi Dirian presbiterorum, testium ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, convocata et congregata esset in parrochiali ecclesia Beate Marie dicte ville, ubi multociens ipsa consilia generalia ipsius ville pro consimilibus negociis explicantur et tenentur, voce preconis sive de *anafil* more solito per Anthonium Sblades preconem publicum et juratum curie baiuli dicte ville, presente ibidem et personaliter existente venerabili Bernardo Simonis baiulo dicte ville pro domino Rege intervenientibus tamen auctoritate et decreto ipsius venerabilis Baiuli, ipsa universitas fecit constituit et ordinavit suos sindicos actores iconomos et procuratores videlicet venerabiles Petrum Goleti jurisperitum et Bartholomeum Ruvira habitatores dicte ville et utrumque eorum insolidum, ita quod occupantis condicio pocius non eficiatur set quod per unum ipsorum inceptum fuerit per alterum mediari valeat prosequi et finiri, Ad comparendum et interessendum pro dicta universitate et nomine ipsius coram dicto Illustrissimo domino Rege seu eius Cancellaria in Civitate Barchinone vel alibi ubi dicta curia generalis celebrabitur, Et ad prestandum eidem domino Regi pro dicta universitate et singularibus eiusdem super jamdictis consilium et juvamen, Et ad tractandum declarandum et conveniendum cum dicto domino Rege super hiis pro quibus dicta universitas convocatur, Necnon ad faciendum et ordinandum laudandum et approbandum et consenciendum ea omnia que conventa seu concessa fuerint in dicta curia generali prout alii qui in dicta curia convocati sunt per dictum dominum Regem declarabunt ordinabunt facient et firmabunt, Item et ad excusandum et defendendum, reverencia Regia semper salva, dictam universitatem ab eisdem que in dicta littera continentur justis et racionabilibus defensionibus ac excusacionibus si ac prout vobis videbitur faciendum, Necnon ad petendum requirendum et supplicandum pro dicta universitate et singularibus eiusdem dicto domino Regi et aliis eciam quorum intersit et ab eis obtinendum quecumque privilegia gracias et concessiones ipsis sindicis ac procuratoribus et utrique eorum videbitur fore utilia et necessaria eidem universitati et singularibus eiusdem, Et pro inde cartas habendum et recipiendum. Dans et concedens dicta universitas dictis suis sindicis et procuratoribus et utrique eorum insolidum plenam et liberam potestatem predicta omnia et singula faciendi laudandi et approbandi, Et generaliter omnia alia faciendi et liberaliter exercendi in predictis et circa predicta quecumque procuratores legiti-

me et insolidum constituti facere possent et que tota dicta universitas facere posset si personaliter presens esset et sine quibus predicta explicari seu ad efectum comode produci non possent eciam si talia sint que de jure vel de facto aut alias mandatum requirant vel requirerent speciale, comisit dicta universitas dictis suis sindicis et procuratoribus et utrique eorum insolidum super omnibus et singulis supradictis et aliis ex eisdem dependentibus plenarie vices suas et liberam ac generalem administracionem cum plenissima facultate. Et volens dicta universitas dictos suos sindicos et procuratores relevare ab omni onere satisdandi, promisit ipsa universitas in posse notarii infrascripti, stipulantis recipientis et paciscentis nomine et vice omnium illorum quorum intersit et interesse potest et poterit, semper habere ratum gratum et firmum quicquid per dictos sindicos aut alterum eorum in predictis et circa predicta et alia ex eisdem dependencia actum gestum tractatum concessum promissum et tractatum fuerit, et nullo tempore revocare, sub bonorum dicte universitatis et singularium eiusdem omnium ypotheca. Ad hec dictus Bernardus Simonis Baiulus supradictus presens jamdictis huic sindicatui et actorie sive procuracioni et contentis in eadem, ut rite et legitime in sui presencia factis, ex parte domini Regis et auctoritate officii quo fungitur in hac parte auctoritatem suam judiciariam impendidit pariter et decretum. De quibus omnibus et singulis dicta universitas peciit rogavit et requisivit fieri publicum instrumentum et dictis suis sindicis tradi per notarium infrascriptum. Que fuerunt acta loco die et anno predictis presente me dicto scriptore et presentibus testibus supradictis. Sig ✠ num mei Arnaldi Maçonis scriptoris jurati Scribanie Ville Franche auctoritate venerabilis Berengarii de Papiolo Archidiaconi penitensium, Qui predictis rogatus una cum testibus supradictis interfui, et hec scripsi. Sig ✠ num Berengarii Ferrandi notarii publici Ville Franche auctoritate venerabilis Berengarii de Papiolo archidiaconi penitensis, qui hec scribi fecit et clausit.

Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro universitate ville Podii ceritani presentarunt se Bernardus Companys et Petrus Bosseri sindici et procuratores dicte universitatis. Et obtulerunt suum sindicatum tenoris qui sequitur.

Noverint universi quod In presencia mei notarii publici et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum die decima nona mensis augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC°. Quinquagesimo Octavo, convocata et congregata universitate hominum ville Podii ceritani voce preconia seu maiori parte et saniori eiusdem universitatis videlicet duąbus partibus et amplius hominum prefate

universitatis ex causis subscriptis in ecclesia fratrum predicatorum jamdicte ville Podii ceritani more solito pro consilio generali ipsius universitatis faciendo celebrando et finiendo una cum venerabilibus Petro Çabater, Raimundo Enebroni et Bernardo Amyll consulibus ipsius universitatis, universitatem dicte ville representantes legitime et generale consilium facientes et celebrantes, Scientes dictos consules recepisse quandam litteram Illustrissimi domini nostri Aragonum Regis tenoris sequentis: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya, Als feels nostres los Consols e prohomens de Puigcerda Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.* (ut supra); Igitur universitas et consules memorati, volentes prout decet mandattis dicti domini Regis in omnibus obedire cum auctoritate et decreti imposicione venerabiles et discreti domini Bernardi Salati judicis ordinarii Podii ceritani et Ceritanie, constituerunt suos certos sindicos actores et procuratores, videlicet venerabiles Bernardum Companys consulem dicte universitatis et Petrum Borserii de Podio ceritano licet absentes et utrumque eorum insolidum, ita quod occupantis condicio pocior non existat sed quod per unum eorum inceptum fuerit per eorum alterum mediari valeat et finiri ac duci totaliter ad efectum, Ad eundum apud dictam Civitatem Barchinone et ad interessendum celebracioni dicte curie, Et ad deliberandum tractandum declarandum faciendum finandum et firmandum una cum aliis sindicis et personis quibuscunque qui celebracioni dicte curie intererunt super contentis in dicta littera regia et ab eisdem dependentibus et emergentibus quoquo modo ea omnia et singula que in ipsa curia pro parte ipsius universitatis fieri debent deliberari tractari declarari finiri et firmari et quecunque alia ad predicta necessaria vel eciam opportuna, Et ad jurandum eciam in animas dictorum Consulum et aliorum hominum dicte universitatis ad sancta Dei quatuor evangelia de servandis tenendis et complendis omnibus et singulis que in ipsa curia super predictis declarabuntur ordinabuntur et finabuntur et aliud quodcumque juramentum super predictis prestandum et faciendum protestandum quoque requirendum supplicandum litteram et literas tam graciarum quam alias nomine ipsius universitatis impetrandum et si opus fuerit contradicendum, Et demum alia omnia et singula in predictis et que circa predicta opportuna fuerint vel eciam necessaria faciendum tractandum et procurandum, eciam si talia sint que de sui natura mandatum exhigant speciale ac maiora graviora et duriora que in presenti sindicatus instrumento contineantur vel sint nominatim expressata; Quoniam super predictis omnibus

et singulis dicti consules et universitas dictis eorum sindicis et utrique eorum insolidum comiserunt plenarie vices suas, Promitentes ipsi Consules et universitas dictis eorum sindicis licet absentibus et michi notario publico subscripto, hec ab ipsis nomine quorum interest vel poterit interesse legitime stipulanti et recipienti, ratum gratum et firmum habere perpetuo quicquid per dictos eorum sindicos vel eorum alterum actum fuerit in et super predictis et nullo tempore revocare, sub bonorum omnium dictorum Consulum et universitatis ypotheca et obligacione et sub omni renunciacione juris qualibet necessaria pariter et cautela. Acta fuerunt hec laudata et firmata per ipsos Consules et universitatem loco die et anno predictis in presencia et testimonio venerabilis Poncii Borserii locumtenentis vicarii Ceritanie, Petri de Nogerio et Francisci Valieles jurisperitorum de Podio ceritano. Sig ✠ num mei Bernardi Salati judicis ordinarii Podii ceritani et Ceritanie, qui huic sindicatui sive actorie auctoritatem meam judiciariam interpono pariter et decretum. Sig ✠ num mei Johannis Torreylles notarii publici ville Podii ceritani, qui hoc sindicatus instrumentum per me receptum et publicatum decretoque prefati domini judicis corroboratum scribi feci et clausi.

Et eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,

Pro universitate ville Berge presentavit se Petrus Garreta sindicus et procurator universitatis predicte, et exhibuit sindicatum forme sequentis.

Noverint universi quod die xxi mensis augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC°. Quinquagesimo Octavo, Convenientibus et congregatis in Capitulo fratrum minorum ville Berge pro Consilio generali ad vocem tube et *anafilis*, prout moris est in eadem villa consilium congregari, venerabilibus Arnaldus de Condeminis, Romeo textoris, Raimundo de Palaracho ac Petro Garreta consulibus ville Berge et universitate eiusdem, iidem Consules et universitas attendentes Illustrissimum dominum Regem eis mandatum fecisse cum littera sua tenoris sequentis: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya et de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Als feels nostres los Consols e prohomens de la vila de Berga Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.* ut supra; Idcirco, volentes iidem Consules et universitas dictum mandatum regium cum reverencia prout decet obedire, fecerunt constituerunt crearunt ac eciam ordinarunt eorum et dicte universitatis cum auctoritate et decreto venerabilis bonanati vola baiuli ac judicis ordinarii ville Berge pro dicto Illustrissimo Rege certum et specialem eo-

rum et ipsius universitatis sindicum actorem et procuratorem Petrum Garreta, consulem predictum, Ad comparendum coram Illustrissimo domino Rege ex causis contentis et expressatis in littera dicti domini Regis preinserta, et ad faciendum et procurandum in eisdem et circa eadem quicquid procurandum et faciendum fuerit, Et generaliter omnia alia et singula faciendum et firmandum pro dicta universitate in predictis et circa predicta quecunque dicta universitas facere posset personaliter constituta; quoniam ipsi sindico actori et procuratori super predictis omnibus et singulis pro dicta universitate et eius nomine comisserunt totaliter vices eorum et dicte universitatis, Promittentes in posse notarii infrascripti, pro omnibus quorum interest et poterit interesse legitime paciscentis stipulantis et recipientis, semper habere ratum et firmum quicquid per ipsum sindicum actorem et procuratorem in predictis et circa predicta pro ipsis Consulibus et universitate actum gestum tractatum sive modo quolibet fuerit procuratum, et nullo tempore revocare seu contravenire, sub obligacione omnium bonorum dicte universitatis. Quod fuit actum die anno et loco predictis presentibus testibus Guillelmo Vilela et Guillelmo Dolost ville Berge. Sig ✠ num venerabilis Bonanati ça vola Baiuli ac judicis ordinarii ville Berge pro Illustrissimo domino Rege, qui huic sindicatui, ex causis premissis facto ex parte dicti domini Regis et auctoritate officii quo fungitur, auctoritatem suam interposuit pariter et decretum. Quod siquidem decretum hic appositum fuit mandato dicti venerabilis Baiuli per me Guillelmum Scuderii scriptorem regentem Scribaniam curie Baiulie Berge pro Bernardo de Biscarra publico scriptore eiusdem die xxij augusti anno predicto, Presentibus testibus Jaufrido de Ortigiis et Petro Martini. Et ideo ego dictus scriptor meum Sig ✠ num hic apposui in testimonium premissorum. Sig ✠ num mei Jacobi de Podio notarii publici ville Berge auctoritate Guillelmi de Podio vicarii perpetui ecclesie eiusdem ville, qui hec preter decretum dicti venerabilis Baiuli supra appositum manu dicti Guillelmi Scuderii, ut superius patet, scripsi et clausi.

Eademque xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro universitate ville Apiarie presentavit se Bernardus de sancto Juliano sindicus et procurator dicte universitatis, et obtulit suum sindicatum sub hac forma.

Noverint universi quod cum venerabiles Jurati et probi homines ville Apiarie receperint ab Illustrissimo domino Rege quandam eius litteram papiream patentem sigillatam in dorso sigillo eiusdem domini Regis, in qua inter alia mandabat eis ut constituerent procuratores vel

sindicos cum pleno posse, qui xxv die presentis mensis augusti essent in Civitate Barchinone ubi dictus dominus Rex personaliter, Deo dante, esse intendebat pro celebrando ibi Curiam causis et racionibus in dicta littera contentis et expressatis, data cuius fuit Gerunde xvij die augusti anno infrascripto, Ideo in presencia mei Raimundi Lucani notarii infrascripti et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum dicti venerabiles Jurati et probi homines dicte ville Apiarie, volentes adimplere mandatum prefati domini Regis, Convocati et congregati more solito ad januam ecclesie parrochialis dicte ville ubi universitas eiusdem ville pro factis et negociis comunibus eiusdem peragendis convocari et congregari consuevit, nomine eorum proprio et nomine eciam universitatis dicte ville et singulorum eiusdem cum auctoritate et decreto venerabilis Francisci de Monte Squivo Baiuli jamdicte ville pro eodem domino Rege constituerunt et ordinarunt procuratorem sindicum et actorem eorum et universitatis dicte ville Bernardum de sancto Juliano de eadem villa ad comparendum et personaliter interessendum pro dictis Juratis et probis hominibus ac universitate predicta coram dicto domino Rege in dicta civitate Barchinone ad celebracionem dicte curie, Et ad faciendum tractandum procurandum dandum et concedendum et obiciendum ac contradicendum omnia et singula que per alios sindicos et procuratores universitatum Civitatum villarum ac locorum regalium Cathalonie in dicta curia tractata procurata data concessa obiecta et contradicta fuerint; Quoniam ipsi Jurati et probi homines ac universitas predicta dedit et contulit suo procuratori et actori super predictis et circa predicta et dependentibus seu emergentibus ex eisdem plenarie vices suas et liberam ac generalem administracionem cum plenissima facultate. Et volentes dictum eorum procuratorem et sindicum super predictis relevare ab omni onere satisdandi promiserunt eidem actori et procuratori et michi dicto notario, tanquam publice persone pro eo et pro aliis eciam personis quorum interest et intererit stipulanti, ipsos Juratos et probos homines ac universitatem predictam semper habere ratum gratum et firmum quicquid per dictum procuratorem et actorem super predictis et circa predicta pro ipsis et nomine eorum procuratum et actum seu eciam gestum fuerit, et nullo tempore revocare, sub bonorum dicte universitatis et singulorum eiusdem omnium ypotheca. Quod fuit actum die veneris vicesima quarta die augusti anno a nativitate Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Octavo, Presentibus testibus Bernardo de Careres presbitero, Ferrario Plana et Francisco Tohanerii. Sig ✠ num Francisco de Monte Squivo baiuli Apiarie pro domino Rege, qui huic sindi-

catui ex parte dicti domini Regis et auctoritate officii quo fungimur auctoritatem impendimus pariter et decretum, appositum per manum mei Berengarii Rubei scriptoris et regentis Scribaniam curie Baiuli Apiarie pro venerabili Francisco Çalmonia et Jurati eiusdem, in cuius manu et posse dictus Baiulus hanc firmam fecit die sabbati xxv.ta die augusti anno a nativitate Domini predicto, Presentibus testibus Bartolomeo Suan et Raimundo Ferrarii notario, Et ideo ego Berengarius Rubei scriptor predictus hec scripsi et hoc meum Sig ✠ num hic apposui. Sig ✠ num mei Raimundi Luçani notarii publici Apiarie pro Rectore eiusdem ville auctoritate domini Regis, qui predictis una cum supradictis testibus prout superius continetur rogatus interfui, et hec scribi feci et clausi.

Premissaque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro universitate Turricelle de Montegrino comparuit Petrus Amati sindicus et procurator dicte universitatis, et exhibuit sindicatum suum sequentem.

Noverint universi quod die et anno infrascriptis in presencia mei notarii infrascripti et testium infrascriptorum ad hec vocatorum, Convocata universitate ville Turricelle de Montegrino ad sonum de *nafilo* ut moris est fieri in dicto loco ac congregata in platea ipsius loci, Attendens ipsa universitas quandam litteram Illustrissimi domini Regis Aragonum recepisse tenoris sequentis: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Als feels nostres los jurats e prohomens de la vila de Torrocla de Montgri Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.* ut supra; Idcirco ex certa sciencia dicta universitas ut predicitur congregata fecit constituit et ordinavit procuratorem suum sindicum et actorem Bartholomeum Amati de dicta universitate presentem ad comparendum in dicta Civitate coram celsitudine regia supradicta sive aliis personis ad predictam deputatis seu deputandis. Et interessendum in generali Curia ibidem celebranda racione in dicta littera contenta et in eadem una cum aliis sindicis et procuratoribus universitatum Civitatum villarum et locorum Cathalonie procurandum tractandum concedendum laudandum et approbandum omnia in dicta generali curia peragenda et facienda racione in preinserta littera contenta. Et generaliter omnia et singula in predictis et circa predicta faciendum et explicandum que in predictis et circa predicta invenerint facienda et fuerint necessaria ac eciam opportuna ac que dicta universitas et singulares eiusdem possent facere personaliter constituti eciam si talia essent que mandatum exigerent speciale. Et

promissit dicta universitas, ut predicitur congregata, ratum gratum et firmum habere quicquid per dictum sindicum procuratorem et actorem in predictis et circa predicta actum gestum fuerit seu eciam procuratum, et nunquam revocabitur aliqua racione, sub bonorum ipsius universitatis et singularium eiusdem omnium ubique obligacione. Que fuerunt acta et per dictam universitatem laudata et firmata vicesima prima die augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo, Presentibus testibus Berengario socarrats cive Barchinone et Jacobo Raimundo clerico Turricelle de Montegrino. Sig ✠ num mei Petri Almarii notarii publici Turricelle de Montegrino qui predictis interfui, et hec scribi feci et clausi.

Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro universitate ville Calidarum de Montebovino comparuit Franciscus de Plano sindicus et procurator dicte universitatis, et exhibuit sindicatum suum in hunc modum.

Noverint universi quod die domenica intitulata, que est nonadecima die mensis augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo in presencia mei Francisci de Matha notarii infrascripti et in presencia eciam Berengarii Farelli et Petri de Alda presbiterorum testium ad hec vocatorum specialiter et rogatorum, Convocata et congregata universitate hominum ville Calidarum de Montebovino ad vocem preconis et ad sonum campanarum et eorum in cimiterio dicte ville prout moris est dictam universitatem et eius singulares pro similibus negociis convocari et congregari, Attendens dictam universitatem et eius singulares habuisse et recepisse ab excellentissimo ac magnifico et principe domino Petro Dei gracia Rege Aragonum quandam patentem litteram papiri in eius dorso sigillatam sigillo secreto predicti domini Regis, cuius quidem littere tenor sequitur in hunc modum: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Als feels nostres los Jurats e prohomens de Caules de Moutbuy Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.* ut supra; Idcirco, recepta per dictam universitatem et eius singulares cum reverencia qua decet dicta littera, desiderantes dicta universitas et eius singulares pro posse ea que dictus excellentissimus dominus Rex in eius littera eis mandavit totaliter adimplere, cum auctoritate tamen et decreto venerabilis Berengarii de Podio Baiuli dicte ville pro dicto domino Rege, constituerunt fecerunt et ordinarunt procuratores suos sindicos et actores certos et speciales Franciscum de Plano civem Barchinone et Bernardum Berge dicte ville Calidarum et utrumque eorum insolidum, ad comparen-

dum et se presentandum nomine dicte universitatis et eius singularium coram dicto domino excellentissimo domino Rege seu eius audiencia et quibuscunque eius officialibus et personis ad hec deputatis seu deputandis aut aliis quorum intersit seu eciam interesse videatur, Et ad omnia et singula faciendum tractandum firmandum assecurandum et consenciendum pro ipsa universitate et eius singularibus que in dicta littera Regia continentur et eciam que vobis seu alteri vestrorum fore videbitur faciendum, Necnon eciam ad impetrandum et recipiendum nomine quo supra omnia et singula instrumenta rescripta gracias et litteras a dicto domino Rege eidem universitati necessaria seu necessarias, Et generaliter omnia et singula faciendum et tractandum procurandum et administrandum pro dicta universitate et eius singularibus super predictis omnibus et singulis. Et dederunt et concesserunt dicta universitas et eius singulares predictis sindicis actoribus et procuratoribus et utrique eorum insolidum super predictis omnibus et singulis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem plenam et liberam ac generalem administracionem cum plenissima facultate. Et volentes dicta universitas et singulares de eadem dictos procuratores sindicos et actores super predictis relevare ab omni onere satisdandi, promisserunt dicta universitas et eius singulares dictis procuratoribus sindicis et actoribus et utrique eorum insolidum et michi dicto notario, tanquam publice persone hec a dicta universitate et singularibus de eadem pro dictis actoribus sindicis et procuratoribus et utroque eorum insolidum et pro omnibus aliis eciam personis quorum de predictis interest et intererit ac interesse potest et poterit paciscenti et recipienti ac eciam legitime stipulanti, Et dictam universitatem et eius singulares semper habere ratum gratum et firmum quicquid per dictos sindicos actores et procuratores seu alterum eorum actum fuerit sive gestum in et super predictis et circa predicta et dependencia ex eisdem aut modo quolibet procuratum, et nullo tempore revocare, sub bonorum dicte universitatis et singularium de eadem omnium ypotheca. Que fuerunt acta in dicta villa Calidarum die loco et anno predictis presentibus testibus supradictis. Sig ✠ num Bernardi Mir. Sig ✠ num Bernardi Diacha juratorum. Sig ✠ num venerabilis Francisci de Roudoriis. Sig ✠ num Petri Garriga. Sig ✠ num discreti Bernardi Lunes. Sig ✠ num Guillelmi Lunes. Sig ✠ num Berengarii Cuch. Sig ✠ num Petri de Calderiis. Sig ✠ num Jacobi Juliani. Sig ✠ num Bernardi Juliani. Sig ✠ num Berengarii Furtuny. Sig ✠ num Petri de Calvonibus. Sig ✠ num Guillelmi Fusterii. Sig ✠ num Arnaldi de Marola. Sig ✠ num Bernardi de Valle. Sig ✠ num Berengarii de Remoneda. Sig ✠ num Ja-

cobi de Plano. Sig ✠ num Guillelmi Fusterii. Sig ✠ num Francisci Fusterii. Sig ✠ num Jacobi de Ferrariis. Sig ✠ num Bernardi Codina. Sig ✠ num Francisci Codina. Sig ✠ num Francisci de Nogeria. Sig ✠ num Petri de Sala. Sig ✠ num Berengarii de Solerio. Sig ✠ num Berengarii Caboti. Sig ✠ num Bartholomei ça Vialba. Sig ✠ num Petri de Organellis. Sig ✠ num Arnaldi Amati. Sig ✠ num Petri Comitis. Sig ✠ num Berengarii de Vineis. Sig ✠ num Berengarii de Avassis. Sig ✠ num Francisci Bellit. Sig ✠ num Petri Bellit. Sig ✠ num Bernardi Gatlli. Sig ✠ num Jacobi Gatlli. Sig ✠ num Petri de Gardia. Sig ✠ num Bernardi de Media villa. Sig ✠ num Petri de Riellis. Sig ✠ num Arnaldi de Auriacho. Sig ✠ num Guillelmi Amati. Sig ✠ num Petri de Ecclesiis. Sig ✠ num Petri de Canellis. Sig ✠ num Arnaldi de Casella. Sig ✠ num Raimundi Elies dez Cabots. Sig ✠ num Guillelmi Farelli. Sig ✠ num Francisci de Costa. Sig ✠ num Jacobi de Avassis. Sig ✠ num Jacobi de Planis. Sig ✠ num Petro de Osto inferiori. Sig ✠ num Johannis de Villa. Sig ✠ num Petri de Podio dot. Sig ✠ num Petri de Podio Guixerii. Sig ✠ num Arnaldi de Podiolo. Sig ✠ num Antici Comitatis. Sig ✠ num Petri Madella. Sig ✠ num Arnaldi Lunes. Sig ✠ num Petri de Bosco. Sig ✠ num Bernardi de Rippa. Sig ✠ num Raimundi de Junys. Sig ✠ num Guillelmi Sala. Sig ✠ num Arnaldi de sancto Martino. Sig ✠ num Jacobi de Valle. Sig ✠ num Jacobi Caboti de Manso Crinyano. Sig ✠ num Guillelmi Davines. Qui predicta laudaverunt consenserunt et firmaverunt. Sig ✠ num mei Berengarii de Podio Bainli ville predicte Calidarum pro domino Rege, qui huic sindicatus procuracionis et actorie instrumento de voluntate nostra facte et omnibus et singulis in eo contentis ex parte dicti domini Regis et auctoritate officii quo fungimur auctoritatem nostram impendimus pariter et decretum, et hec firmamus appositum per manum mei Berengarii Cuch, auctoritate Regia notarii publici per totam Cathaloniam et regentis Scribaniam Curie dicti Baiuli, In cuius manu et posse dictus venerabilis Baiulus hanc firmam fecit vicesima die augusti anno predicto, presentibus testibus discretis Francisco de Matha notario et Arnaldo de Cutina de domo domini Regis. Et ideo ego Berengarius Cuch notarius predictus hec scripsi et hoc meum hic apposui sig ✠ num. Sig ✠ num Francisci de Matha notarii publici Calidarum de Monte bovino pro venerabili et discreto Arnaldo de Castelleto Archidiacono Vallensis in ecclesia Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit.

Dieque predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata.

Pro universitate loci de Figueriis presentavit se Petrus Arrufati sin-

dicus et procurator dicte universitatis, et exhibuit suum sindicatum ut sequitur.

In Dei nomine noverint universi quod in presencia mei notarii et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum, Convocata et congregata universitate hominum ville de Figueriis seu maiori et saniori parte eiusdem universitatis in ecclesia dicte ville ad vocem preconis publici curie dicte ville et ad sonum campane dicte ecclesie ut moris est ipsam universitatem convocari et congregari, Attendens ipsa universitas se recepisse ab Illustrissimo domino Rege Aragonum quandam patentem litteram papiream sigillo comuni eiusdem domini Regis in eius dorso sigillatam, cuius tenor sequitur in hunc modum: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Als feels nostres los Jurats e prohomens de Figueres Salut e dileccio. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.* ut supra; Ideo jamdicta universitas, sic ut predicitur convocata et congregata, ex certa sciencia constituit fecit et ordinavit suum nuncium sindicum seu procuratorem certum et specialem Petrum Arrufati dicte ville, presentem et acceptantem, Ad comparendum et interessendum pro ipsa universitate et eius nomine in celebracione curie predicte in dicta Civitate Barchinone, et ad tractandum consenciendum et firmandum prout ipsi videbitur expedire simul cum aliis nunciis sindicis seu procuratoribus Civitatum villarum et locorum Cathalonie ea que in dicta curia ordinabuntur et declarabuntur, Et ad offerendum et dandum pro ipsa universitate et eius nomine coram dicto domino Rege et Generali Cathalonie in ipsa curia quascunque supplicaciones requisiciones capitula seu gravamina et super ipsis justiciam fieri requirendum et postulandum, ac eciam ad impetrandum obtinendum et contradicendum quascunque litteras seu provisiones graciam vel justiciam continentes, necnon ad omnia alia et singula faciendum et exercendum in dicta curia et in hiis que ibi tractabuntur et ordinabuntur ac declarabuntur pro dicta universitate et eius nomine quecunque in eisdem decencia et necessaria fuerint vel eciam opportuna, et que ipsa universitas facere posset eisdem personaliter constituta. Quoniam dicta universitas in et super omnibus et singulis supradictis et ex eisdem dependentibus vel emergentibus qualitercunque peragendis et explicandis jamdicto suo nuncio sindico seu procuratori dedit et concessit plenam et liberam potestatem cum libera ac generali administracione, Promittens ipsa universitas michi notario infrascripto, tanquam publice persone nomine et vice omnium quorum interest et intererit ac poterit interesse legitime stipulanti et recipienti, se ratum gratum et

firmum habere tenere et servare quicquid per dictum nuncium sindicum seu procuratorem actum gestum tractatum concessum et firmatum fuerit in premissis et quolibet premissorum, et nunquam in aliquo contrafacere seu venire jure aliquo sive causa. Que fuerunt acta et a predicta universitate, sic ut predicitur convocata et congregata, firmata laudata et concessa in dicta ecclesia XIX die augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. L°. Octavo, presentibus et vocatis testibus Guillelmo Jacobi Ebdomedario dicte ecclesie et Guillelmo Jacobi clerico stabilito in ipsa ecclesia ac presente et vocato me Petro Jaufridi scriptore jurato sub notario infrascripto, qui predictis interfui eaque recepi et scripsi vice et mandato notarii infrascripti. Ego Bernardus Campmany notarius publicus, substitutus a Bernardo de Podio cive Barchinone publico notario de Figueriis, hec scribi feci et clausi; et constat michi de raso et emendato in linea XIIIJ ubi dicitur *in celebracione* et in XXJ ubi scribitur *clerico*.

Et die premissa XXV augusti, celebracioni dicte curie assignata.

Pro universitate ville Campi rotundi nullus comparuit; set XXVIIJ die augusti presentavit se pro eadem Bernardus Marquesii sindicus dicte universitatis, et exhibuit sequens procuratorium.

Noverit universi quod cum Consules et probi homines ville Campirotundi recepissent quandam patentem litteram regiam papiream, sigillo regio in eius dorso ut prima facie apparebat sigillatam, cuius tenor est talis: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Cerdenya et de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Als feels nostres los Consols e prohomens de Campredon Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.* ut supra; Tandem die et anno infrascriptis convocata et congregata universitate ville Campirotundi voce preconia in ecclesia Beati Nicholay dicte ville ut moris est ipsam universitatem congregari. Ad quam quidem convocacionem convenerunt venerabiles Berengarius de Laudrivo, Arnaldus de Canyellis et Petrus de Prato, Consules prefate ville et Bernardus Marquesii, Guillelmus Felicis, Stephanus Saradelli, Bernardus de Reiadis, Bernardus de Moxonibus, Franciscus Costa qui fuit textor, Bernardus de Segeriliis, Bernardus Bovis, Franciscus Costa maior dierum, Petrus Mollionis, Bisuldunus de Mansione, Arnaldus de Segerio parator, Petrus Martini, Arnaldus de Bolosso, Petrus Corone filius Simonis Corone quondam, Petrus Gramatge, Petrus Boxeda et Petrus de Ullmis, omnes de consilio generali dicte ville, ascendentes numerum predicte universitati per dominum Regem ut universitatem faciant concessum et ordinatum, iidem Consules et omnes alii et singuli supradic-

ti de consilio generali predicto, universitatem ut predicitur facientes, ex certa sciencia in presencia mei Jacobi baiuli notarii infrascripti et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum constituerunt fecerunt et ordinarunt certum et specialem procuratorem sindicum et actorem ipsorum et universitatis predicte ville, videlicet Bernardum Marquesii dicte ville supradictum presentem et acceptantem, ad comparendum et interessendum pro dicta universitate et nomine eiusdem in dicta generali Curia. Cui procuratori sindico et actori super omnibus et singulis in dicta littera contentis dederunt et concesserunt plenam et liberam potestatem tractandi faciendi concedendi atque firmandi quecumque in predictis necessaria fuerint expediencia seu eciam opportuna, Promittentes michi notario infrascripto, tanquam publice persone nomine omnium quorum intersit et possit ac poterit interesse hec legitime stipulanti et recipienti, se ratum gratum et firmum habere tenere et servare quicquid per dictum procuratorem sindicum et actorem ipsorum et dicte universitatis in premissis et circa premissa actum gestum concessum firmatum aut modo quolibet procuratum fuerit, et nunquam contravenire nec revocare jure aliquo sive causa, sub bonorum omnium ipsorum et dicte universitatis ubique obligacione. Quod fuit actum et per dictos venerabiles Consules et alios superius nominatos, universitatem ut predicitur facientes, firmatum laudatum atque concessum in predicta ecclesia beati Nicholay xx die augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. L°. viij°. Presentibus Guillelmo Mercerii et Berengario Verneda de Camporotundo testibus advocatis specialiter et rogatis. Eg ✠ o Jacobus baiuli notarius publicus, substitutus ab herede Francisci de Pilis quondam notarii publici et a Berengario Folcrandi publico notario Campirotundi, qui predictis interfui, hec scripsi et clausi.

Et predicta die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata.

Pro universitate loci de Arbucio presentarunt se Bonanatus Rubei et Nicholaus Martini, et exhibuerunt procuratorium suum quod sequitur.

Noverint universi quod die Jovis intitulata xxiij die mensis augusti anno a nativitate Domini M.° CCC°. Quinquagesimo octavo, in presencia mei Berengarii Clariana notarii infrascripti et testium infrascriptorum ad hec specialiter assumptorum, Convocata universitas proborum hominum ville de Arbucio voce preconis et congregata more solito in platea *bladi* dicte ville, ubi dicta universitas pro comunibus negociis eiusdem peragendis convocari et congregari consuevit, convenerunt ad ipsum locum pro generali consilio super infrascriptis celebrando plures probi homines dicte universitatis, scilicet Bonanatus Rubei, Guillel-

mus Rubei, jurati, Jacobus Palau, Guillelmus Mercer, Guillelmus de Manso, Jacobus Ferrarii, Arnaldus Claverii, consiliarii, Berengarius Bellvey, Petrus Belloni, Jacobus Ribes maior dierum, Nicolaus Serradelli, Johannes Cabeça, Bernardus Martini, Berengarius Borrelli, Bernardus Jover, Franciscus Ledo, Bernardus Gerona sartor, Berengarius Corro, Bonanatus Canys, Bernardus Cabeça, Romeus Oliverii, Nicolaus Clavana, Petrus de Muntanyana, Franciscus Roig, Guillelmus Marti, Bernardus Cerconi, Romeus Martini hostalerius, Guillelmus Martini fusterius, Bartholomeus de Muntanyana, Nicolaus Pinells, Jacobus Borrelli, Berengarius Perpinya, Petrus Sorigera, Arnaldus Loreny, Jacobus Baiuli, Guillelmus Vitalis, Petrus Corro. Guillelmus Lacuna, Bonanatus de Muntanyana et Nicolaus Roveyats, omnes superius nominati consilium generale celebrantes in absencia et contumacia aliorum dicte universitatis nomine eorum proprio et nomine eciam universitatis predicte et singularium eiusdem et universitatem facientes et representantes ac eciam celebrantes, Attendentes nunc noviter fuisse missam juratis et probis hominibus universitatis ville predicte quandam litteram Illustrissimi domini Regis Aragonum, seriem talem continentem: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya et de Corcega e Comte de Barçelona de Rossello e de Cerdanya. Als feels nostres los Jurats e prohomens del Arboç Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.*, ut supra; Ideo previa' deliberacione preunte omnes predicti nominati, nomine eorum proprio et nomine universitatis ville predicte et nomine omnium et singulorum dicte universitatis, cum auctoritate et decreto venerabilis Baiuli ville de Arbucio fecerunt constituerunt crearunt et ordinarunt suos et dicte universitatis et singulorum ipsius universitatis sindicos iconomos actores et procuratores, videlicet Bonanatum Rubei predictum et Nicolaum Martini de gremio dicte universitatis et quemlibet eorum in solidum, Ita quod condicio primi occupantis pocior non existat sed quod per unum ex eis inceptum fuerit per alium mediari prosequi valeat et finire, videlicet ad comparendum in Civitate Barchinone coram Illustrissimo ac magnifico principe et domino domino Rege Aragonum, et ad consulendum et declarandum queque per alios sindicos universitatis Civitatum villarum et locorum regalium Cathalonie consulent et declarabunt in curia generali quam ipse dominus Rex mandavit celebrari in civitate Barchinone super auxilium defensionis guerre Regi Castelle, quam inclitus Infans Raimundus Berengarii Comes Empuriarum et inclitus Infans Petrus Comes Urgelli et vicecomes Agerensis et nobilis Hugo Vicecomes Cardone et eorum subditorum dicto

domino Regi dilatavere et alii eciam qui dicto domino Regi dictum auxilium dilatabunt, Et ad faciendum tractandum firmandum et concedendum omnia alia que in dicta curia declarari contigerit pro racione predicta et racione eciam contentis in dicta littera Regia, sicut et prout alii sindici universitatum Civitatum villarum et locorum regalium Cathalonie pro predictis in dicta civitate et in dicta curia constitutorum facient. Ipsi enim constituentes nomine eorum et nomine tocius universitatis et singulorum ipsius comisserunt dictis sindicis et unicuique eorum super predictis et cuilibet predictorum et super emergentibus seu incidentibus aut negocium tangentibus plenarie vices eorum et dicte universitatis et singularium ipsius et liberam ac generalem administracionem cum plenissima facultate eciam habere semper ratum et firmum quicquid per ipsos sindicos aut alterum eorum actum gestum seu eciam procuratum fuerit super predictis, et nullo tempore revocare, sub bonorum dictorum constituencium et dicte universitatis et singularium ipsius omnium ypotheca et obligacione. Quod actum est die et anno predictis, presente me Berengario Cleriana notario infrascripto et presentibus testibus infrascriptis. Sig ✠ num Bonanati Rubei. Sig ✠ num Guillelmi Rubei juratorum predictorum. Sig ✠ num Jacobi Palau. Sig ✠ num Guillelmi Mercer. Sig ✠ num Guillelmi de Manso. Sig ✠ num Nicolay Ferrarii. Sig ✠ num Arnaldi Claverii. Sig ✠ num Berengarii Bellvey. Sig ✠ num Petri Belloni. Sig ✠ num Jacobi Ribes. Sig ✠ num Nicolay Serradelli. Sig ✠ num Johannis Cabeça. Sig ✠ num Berengarii Borrelli. Sig ✠ num Bernardi Jover. Sig ✠ num Francisci Ledo. Sig ✠ num Bernardi Gerona. Sig ✠ num Berengarii Corro. Sig ✠ num Bonanati Canys. Sig ✠ num Bernardi Cabeça. Sig ✠ num Bernardi Martini. Sig ✠ num Romei Oliverii. Sig ✠ num Nicolay Clariana. Sig ✠ num Petri de Muntanyana. Sig ✠ num Francisci Roig. Sig ✠ num Guillelmi Marti. Sig ✠ num Bernardi Cerconi. Sig ✠ num Romei Martini. Sig ✠ num Guillelmi Martini. Sig ✠ num Bartholomei de Muntanyana. Sig ✠ num Nicolay Pinellis. Sig ✠ num Jacobi Borrelli. Sig ✠ num Berengarii Perpinya. Sig ✠ num Petri Sorigera. Sig ✠ num Arnaldi Lorenç. Sig ✠ num Jacobi Baiuli. Sig ✠ num Guillelmi Vitalis. Sig ✠ num Petri Corro. Sig ✠ num Guillelmi Lacuna. Sig ✠ num Bonanati de Muntanyana. Sig ✠ num Nicolay Roveyats, predictorum qui hec nomine eorum proprio et nomine dicte universitatis et singularium ipsius concesserunt laudarunt et firmarunt. Testes inde sunt Periconus Forçor Baxador, Bernardus Mata et Nicolaus Teraça ville de Arbucio. Sig ✠ num nostri Guillelmi de Argentona baiuli domini Regis in villa

de Arbucio qui huic sindicatui actorie et procuracioni tanquam legitime factis auctoritatem nostram prestamus pariter et decretum hic appositum per manum Berengarii Cleriana notarii infrascripti, in cuius manu et posse dictus venerabilis baiulus hanc firmam fecit die et anno predictis, presentibus testibus Bernardo Gerona et Bartholomeo Tosquella sartores de Arbucio. Et ego dictus notarius in testimonium premissorum meum hic apposui sig ✠ num. Sig ✠ num mei Berengarii Cleriana notari publici regentisque Scribaniam ville de Arbucio, auctoritate venerabilis Jacobi Vinaterii loci de Regali cui notaria ville de Arbucio fuit in dotem constituta per dominam Saurinetam eius uxorem ac [filiam] Bernardi Guilera quondam notarii eiusdem, qui predictis interfuit et hec post firmam dicti baiuli scripsit et clausit.

Eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,

Pro universitate Ville Franche Confluentis se presentarunt Johannes de Carcaxio et Petrus Julia, et exibuerunt suum sindicatum qui sequitur.

Noverint universi quod Nos Jacobus Tolosa Jacobus Fusteti et Raimundus Lorde consules Ville Franche, Attendentes nos privilegium seu concessionem Illustrissimi domini nostri Regis Aragonum obtinuisse, vigore cuius nos una cum illis nostris consiliariis dicte ville qui interesse poterint et triginta hominibus dicte ville possumus eligere et constituere sindicos seu procuratores ad ea que universitati dicte ville occurrerunt facienda, prout privilegio regio nobis concesso cum cera rubea in veta regali sigillato, cuius data fuit Gerunde quarta die junii anno a nativitate Domini infrascripto, lacius continetur, Scientes inquam nos noviter recepisse a domino nostro Rege quandam litteram suam tenoris sequentis: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Als feels nostres los Consols e prohomens de Vilafrancha de Conflent Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.*, ut supra; Ideo nos dicti Consules una cum Guillelmo Arnaldi de Carcaxio, Perpiniano Sulols, Bernardo Berengarii consiliariis nostris, necnon Raymundo de Castilione, Bernardo Coll, Petro Seixoni, Francisco Bambaserii, Petro Viaderii, Andrea Tragans, Jacobo Torn, Raimundo Cripta, Petro Baiuli. Petro Riufreti, Johanne Olerii, Raimundo Borse, Bernardo Asani, Guillelmo Noell, Johanne Solere, Jacobo Reg, Jacobo Rebollet, Johanne Romei, Raimundo Torrent, Michaele Mirii, Raimundo Crosells, Guillelmo Domenech, Guillelmo Vidal, Francisco Calvet, Jacobo Pi, Jacobo Pugol, Raimundo Arria, Perpiniano Lorde, Guillelmo Mathei et Petro Vitalis, omnes

insimul congregati in claustra cimiterii dicte ville nomine universitatis ville eiusdem facimus constituimus et ordinamus certos veros et indubitatos sindicos actores et procuratores nostros Johannem de Carcaxio et Petrum Julia de Villaffrancha et quemlibet eorum in solidum, Ita quod non sit pocior condicio occupantis sed quod per unum eorum inceptum fuerit per alium mediari prosequi valeat et finiri. Dantes et concedentes eisdem sindicis et procuratoribus nostris et eorum cuilibet plenam licenciam et liberam potestatem faciendi et complendi omnia et singula in dicta littera contenta et eciam alia que in et circa ea occurrerint facienda. Et promittimus nos et dictam universitatem habere ratum gratum et firmum quicquid in predictis et circa predicta per dictos actores seu procuratores nostros seu unum eorum actum factum gestum seu procuratum fuerit, et nullo tempore revocare, sub omnium bonorum dicte universitatis et singularium eiusdem obligacione. Acta fuerunt hec et laudata Ville Franche vicesima die mensis augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo, Presentibus testibus Petro Orset, Petro Petit et Petro Casalons presbiteris Ville Franche. Petrus Sabriani hec scripsit vice notarii publici Ville Franche et terre Confluentis auctoritate Consulum dicte ville eis per dominum Regem concessa, qui predicta recepi scribi feci et clausi.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro universitate sancti Petri de Auro se presentavit Bernardus Marquesii sindicus et procurator universitatis predicte, et exhibuit suum sequens procuratorium.

Sit notum cunctis quod die domenica, que erat nona decima dies mensis augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo, de mane post celebracionem misse maioris in ecclesia ville sancti Petri de Auro universitas dicte ville ad consilium voce preconia ut moris est in cimiterio dicte ville propterea congregata, prout pro similibus negociis est assueta congregari, presente ad hec specialiter congregato et rogato me Laurencio Nicolay scriptore jurato Scribanie publice dicte ville, Attendens ipsa universitas sindicos eiusdem ville quandam litteram papiream domini Regis in eius dorso de cira vermilia sigillo maiori ipsius domini Regis ut prima facie apparebat sigillatam habuisse et recepisse. Cuius quidem littere tenor sequitur in hunc modum: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Als feels nostres los Jurats e prohomens de sant Pedor Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.*, ut supra; Quam litteram dicti sindici fecerunt presentari legi et exponi ibidem

de verbo ad verbum coram dicta universitate per me dictum scriptorem; Qua littera lecta et exposita, incontinenti ipsa universitas volens reverenter mandatum per dictum dominum Regem juratis et probis hominibus dicte ville factum prout decet exequi et complere, gratis et ex certa sciencia, intervenientibus auctoritate et decreto venerabilis Raimundi Vitalis baiuli dicte ville pro dicto domino Rege, fecit constituit creavit et ordinavit suum sindicum actorem et procuratorem certum et specialem Bernardum de Vilarencho dicte ville, ibidem presentem et gratis acceptantem, Ad comparendum pro ipsa universitate et singularibus eiusdem ac interessendum die et loco in dicta littera assignatis ac celebracioni dictarum curiarum, Necnon omnibus et singulis ibidem ordinandis statuendis et declaracioni fiende super contentis in littera antedicta, Et ad consenciendum firmandum laudandum approbandum et emologandum omnibus et singulis super dicto negocio in dicta curia ordinandis vel eisdem dissenciendum ac contradicendum si et prout eidem sindico actori et procuratori melius et utilius videbitur fore faciendum et expediendum, Et generaliter omnia alia et singula faciendum exercendum et liberaliter procurandum circa predicta omnia et singula et dependencia vel emergencia ex eisdem que ipsa universitas facere posset si predictis interesset et que sindici actores et procuratores ad similia constituti facere possum ac debent. Ipsaque universitas confidens de fide industria et legalitate dicti sui sindici actoris et procuratoris donavit et atribuit eidem in et super predictis omnibus et singulis et dependentibus vel emergentibus ex eisdem gerendis et procurandis plenam et generalem administracionem cum omnimoda et plenissima facultate. Et dicta universitas volens relevare dictum suum sindicum actorem et procuratorem ab omni onere satisdandi fideiubendo in hiis promissit eidem sindico et michi dicto scriptori ac eciam notario infrascripto, pro omnibus illis quorum interest intererit aut poterit interesse legitime stipulanti, ipsam universitatem et singulares eiusdem rata grata et firma habere perpetuo quecumque que per ipsum sindicum actorem et procuratorem acta fuerint in predictis omnibus et singulis seu modo quolibet procurata, et nullo tempore revocare nec alias contrafacere vel venire aliquo jure vel racione, sub omnium et singulorum bonorum ipsius universitatis et singularium eiusdem ubique obligacione et ypotecha et omnis juris renunciacione et cautela. Que fuerunt acta et per dictam universitatem laudata et firmata die et anno et hora et loco in prima linea contentis, Presentibus ad hec testibus specialiter vocatis et rogatis Petro de sancto Amancio, Petro de Podio et Petro de Callers presbiteris dicte ville. Sig ✠ num

nostri Raimundi Vitalis Bainli dicte ville sancti Petri de Auro pro domino Rege, qui huic sindicatui ac procuracioni juste rite et legitime facte auctoritatem nostram interponimus pariter et decretum, quamque auctoritatem et decretum hic apponi et scribi facimus per manum Laurencii Nicolay scriptoris antedicti. Sig ✠ num mei Laurencii Nicolay scriptoris jurati Scribanie publice ville sancti Petri de Auro, qui predictis omnibus et singulis dum agebantur una cum dictis testibus interfui eaque scripsi et manu mea propria auctoritatem et decretum dicti bainli supra apposui et scripsi. Sig ✠ num mei Raimundi de Riudor presbiteri notarii publici ville sancti Petri de Auro pro ecclesia eiusdem ville, qui scribi fecit et clausit.

Et die eadem xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,

Pro universitate loci de Bisulduno nullus comparuit.

Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie prefixa,

Pro universitate ville Aqualate nullus comparuit; set die xxvij augusti ad quam dicta curia et presentaciones ipsius racione fiende fuerunt prorogate comparuit pro eadem universitate Anthonius Granelli dicte universitatis sindicus, et exhibuit suum procuratorium ut sequitur.

Noverint universi quod Decima nona die augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo in presencia mei notarii subscripti universitas proborum hominum ville de Aqualata, convocata et congregata voce preconia et ad mandatum Simonis de Turricella sagionis dicte ville loco et more solitis videlicet in ecclesia maiori dicte ville, Ad quam quidem ecclesiam venerunt homines degentes in dicta villa et ibidem convocati et congregati pro universitate dicte ville, Attendentes et considerantes excellentissimum et magnificum principem et dominum dominum Petrum Dei gracia Regem Aragonum cum littera sua patenti, cuius data fuit Gerunde vij die augusti anno predicto, mandasse Juratis et probis hominibus dicte ville quatenus constituerent certos suos sindicos et procuratores qui vicesima quinta die dicti mensis essent in Civitate Barchinone, in qua idem dominus Rex Domino mediante adesse intendebat pro et racione curie generalis quam ibi celebrari ordinavit pro et racionibus in dicta littera contentis et expressatis; Ideo volentes mandatum dicti domini Regis cum debita reverencia adimplere, habentes inter se colloquium et tractatum super dictis sindicis et procuratoribus eligendis, Tandem in unum concordantes gratis et ex certa sciencia cum auctoritate et decreto Venerabilium Baiulorum dicte ville fecit constituit et ordinavit certos et speciales suos sindicos et procuratores Antonium Granelli, Petrum Mironis draperium, Arnaldum Vitalis et Petrum de Oronies dicte ville, presentes et

huiusmodi sindicatus et procuracionis mandatum sponte suscipientes et quemlibet ipsorum insolidum, Ita quod occupantis condicio pocior non existat nec factum unius factum alterius impediat set quod per unum aut duos inceptum fuerit per alios mediari valeat prosequi et finiri, videlicet ad comparendum et presentes essendum nomine dicte universitatis et eius singularium coram dicto domino Rege in civitate Barchinone et in curia generali per ipsum inibi celebranda, Et ad consenciendum firmandum laudandum et approbandum vel eciam impugnandum et contradicendum quicquid in dicta curia generali fuerit declaratum ordinatum decisum et determinatum si et prout dictus dominus Rex voluerit et ordinaverit et factum fuerit et firmatum per sindicos Civitatum et locorum regalium Cathalonie et dictis sindicis et procuratoribus visum fuerit faciendum, Et demum ad omnia et singula alia faciendum in predictis et dependentibus ex eisdem quecunque utilia fuerint et necessaria, eciam si mandatum exhigerent speciale et que dicta universitas facere posset si presens eseet; Promittens et conveniens dicta universitas dictis sindicis et procuratoribus et michi notario subscripto, tanquam publice persone hec a dicta universitate pro dictis sindicis et procuratoribus et pro omnibus illis quorum interest et intererit legitime stipulanti et recipienti, dictam universitatem semper habere ratum et firmum quicquid per dictos sindicos et procuratores et quemlibet ipsorum insolidum actum gestum et procuratum fuerit in predictis, nulloque tempore revocare, sub bonorum omnium dicte universitatis ypotheca. Actum ut supra. Sig ✠ num Arnaldi Boneti locumtenentis Baiuli domini Regis. Sig ✠ num Petri Truyols baiuli pro Monasterio sancti Cucuphatis Vallensis in dicta villa Aqualate, qui huic sindicatui et procuracioni ut in judicio et extra judicium in curia et extra curiam obtineant firmitatem auctoritate officiorum quibus fungimur in hac parte auctoritatem nostram impendimus pariter et decretum, die et anno predictis. Testes huius rei sunt Guillelmus Fusterii, Bartholomeus Solerii, Andreas Riba et plures alii. Sig ✠ num Petri Orpini notarii publice Aqualate pro venerabili Petro Janerii Rectore et notario publico eiusdem, qui hoc instrumentum autenticatum auctoritzatum et firmatum per venerabiles baiulos Aqualate prout supra continetur scripsit et clausit et predictis interfuit.

Eademque die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro universitate loci de Cabra nullus comparuit, set xxx prima die augusti comparuit pro eadam universitate Jacobus Borracii et exhibuit procuratorium suum sequens.

Noverint universi quod xxvj die mensis augusti anno a nativitate

Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum ad infrascripta specialiter vocatorum et rogatorum, Tota universitas hominum loci de Capra seu maior et sanior pars eiusdem congregata ad consilium generale ante ecclesiam dicti loci ad vocem Petri Salat preconis publici dicti loci, ut moris est congregare dictam universitatem, in ipso loco ipsa universitas congregata ut est dictum ad dictum consilium interveniente siquidem auctoritate et decreto venerabilis Fulchi de Fornellis baiuli dicti loci pro domino Rege, Attendens ipsa universitas quod Illustrissimus dominus Rex intendit celebrare Curias in Civitate Barchinone super quibusdam negociis ipsi domino Regi opportunis, prout extitit ipsi Universitati notificatum per quandam litteram ipsius domini Regis patentem et sigillatam sigillo regio continencie subsequentis: *En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Serdenya e de Corcega e Comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Als feels nostres los Jurats e prohomens de ça Real de Cabra de Fores e de Conesa Salut e gracia. Com per raho de la guerra la qual lo Rey de Castella, etc.*, ut supra; Ideo ipsa universitas et eius singulares, volens cum magna reverencia obedire mandatis domini Regis supradicti, Gratis et ex certa sciencia et spontanea voluntate testimonio huius publici instrumenti perpetuo valituri ordinavit creavit et constituit certum et specialem et indubitatum sindicum actorem et procuratorem suum Jocobum Borracii de gremio ipsius universitatis, presentem et huiusmodi onus sindicatus procuracionis et actorie suscipientem, Ad comparendum coram Illustrissimo domino Rege supradicto in Civitate Barchinone ad presentandum seipsum nomine dicte universitatis predicto domino Regi, Et ad tractandum concedendum laudandum et firmandum simul tamen cum sindicis aliis civitatum et villarum Cathalonie, et non alias, quicquid dominus Rex supradictus voluerit et tractatum et negociatum fuerit sive celebratum in Curiis sive parlamento predictis, procuratorem vel procuratores actorem vel actores apud predicta substituendum et destituendum seu revocandum ut ipsi videbitur faciendum, Et substitutum ab ipso alium seu alios substituere procuratorem seu procuratores et eum vel eos destituere et revocare, Et generaliter omnia alia et singula faciendum procurandum et tractandum que necessaria vel opportuna fuerint predictis et que posset ipsa universitas si presens esset facere et que posset sindicus actor vel procurator ad talia vel similia constitutus eciam si sint talia que requirant mandatum speciale: Promittentes ipsa universitas in posse mei notarii infrascripti, pro predicto domino Rege et aliis quorum interest intererit vel interesse poterit legitime stipulantis et paciscen-

tis, habere ratum gratum et firmum quicquid per ipsum sindicum aut substitutum vel substituendos vel surrogatum ab ipso substituto actum gestum fuerit super predictis et eciam procuratum; et nullo tempore revocare, sub obligacione omnium bonorum universitatis predicte habitorum et habendorum et speciali ypotheca. Quod fuit actum die et anno in prima linea contentis, et presentibus testibus discretis Bernardo de Monteacuto, Andrea Centol, Simone de Pulcro monte, presbiteris, et Jacobo de Centum cellis vicino Civitatis Terrachone. Sig ✠ num Fulchi de Fornellis baiuli predicti in dicto loco pro domino Rege, qui huius actorie sindicatus et procuracionis instrumento auctoritatem et assensum suos prestitit pariter et decretum die anno et loco, Presentibus me notario et testibus, prenominatis. Sig ✠ num mei Johannis Mora notarii publici loci de Capra pro discreto domino Anthonio Besant Rectore ecclesie dicti loci, qui hoc scripsi cum superposito in xviij linea ubi dicitur *Rex* et cum raso et emendato xix linea ubi scribitur *ipsi*, et clausi.

Et die predicta xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro universitate loci de Regali nullus comparuit; set die xxxj augusti comparuerunt Jacobus de Muntseny et Petrus Oromir sindici dicte universitatis, et exhibuere procuratorium quod sequitur.

Sit omnibus notum quod in presencia venerabilis Francisci de Ferraria baiuli regii de Regali et tocius eius baiulivi comparuerunt Guillelmus Manresa, Romeus Certer, Guillelmus Clapes et Romeus Saurian jurati universitatis ville de Regali, asserentes quod dicta universitas et singulares de eadem constituti fecerunt crearunt ac eciam ordinarunt certos veros et speciales ac eciam generales et indubitatos procuratores sindicos et actores dicte universitatis et singularium eiusdem, videlicet Jacobum Muntseny, Petrum Oromir, discretum Bernardum de Soldevila jurisperitum, Guillelmum de Muntbrio, Guillelmum de Pedrinya, Petrum Rubei maiorem dierum, Petrum Muntseny, et Franciscum Dager, Berengarium de Mirales, Arnaldum Muntseny, Raymundum Thomas, et Guillelmum Certer maiorem dierum, habitatores eiusdem loci, cum publico instrumento; quod instrumentum erat amissum, et illud invenire non poterant quamvis ipsum perquiri fecerint diligenter; et quod dictum instrumentum erat eis necessarium, et quod ipsum nole[bant] in alicuius preiudicium seu maxinacionem set solum ad jus dicte universitatis conservandum; et dictus baiulus vocavit notarium infrascriptum et fecit inspici protocolla sive libros notularum dicti loci, et recepit juramentum corporaliter a dictis juratis et per ipsum juramentum fidem fecerunt quod dictum instrumentum non habebant ne-

que poterant invenire, et quod ipsum nolebant in alicuius fraudem seu maxinacionem sed solum ad juris dicte universitatis conservacionem; et supplicarunt eidem baiulo ut dictum instrumentum sic amissum eis reparari faceret; et dictus baiulus, videns dictam supplicacionem fore justam, mandavit dicto notario ut dictum instrumentum sic amissum repararet juxta dicti instrumenti notule seriem et tenorem. Que reparacio facta fuit in hunc modum.

Noverint universi quod in presencia mei notarii et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, convocata et congregata more solito universitate hominum dicte ville et termini de Regali in Cimiterio eiusdem ville ad vocem Campane et voce eciam preconis, prout in eodem loco congregari et convocari est assueta ipsa universitas, ubi venerunt et interfuerunt venerabilis Subbaiulus et Jurati alii probi homines dicti loci et eius termini infrascripti, qui sunt sine dubio maior et dignior pars ipsius universitatis, tractantes specialiter de infrascriptis et aliis negociis dicte universitatis, et habita deliberacione super eisdem concorditer convenerunt. Et ideirco gratis et ex certa sciencia tota universitas predicta et omnes singulares eiusdem qui infrascripti sunt nominibus eorum propriis et vice et nomine dicte universitatis et aliorum singularium eiusdem absencium ac alias, prout melius dici possint, cum auctoritate et decreto venerabilis Arnaldi Cavit, locumtenentis Baiuli in dicto loco de Regali pro venerabili Ruberto Ginyeti baiuli dicti loci et tocius eiusdem baiulivi pro domino Rege, et cum testimonio huius publici instrumenti in omnibus et per omnia valituri, constituerunt fecerunt crearunt ac eciam ordinarunt certos veros et speciales ac eciam generales et indubitatos procuratores sindicos et actores dicte universitatis et singularium eiusdem, videlicet vos Jacobum Muntseny, Petrum Oromir, discretum Bernardum de Soldevila jurisperitum, Guillelmum de Muntbrio, Guillelmum de Pedrinya, Petrum Rubei maiorem dierum, Petrum Muntseny, et Franciscum Dager, Berengarium de Mirales, Arnaldum Muntseny, et Raimundum Tonias, et Guillelmum Certer maiorem dierum, habitatores eiusdem loci de Regali de gremio dicte universitatis, presentes et consencientes et hanc procuracionem sindicatum et actoriam recipientes et utrumque vestrorum insolidum. Ita quod primi occupantis condicio pocior non existat imo quod per unum vestrorum inceptum fuerit per alium resumi valeat mediari et finiri, ita quod factum unius non impediat factum alterius, videlicet specialiter ad comparendum nomine dicte universitatis coram Illustrissimo domino Rege seu eius procuratore et aliis quibuscunque ab ipso domino Rege deputatis pro quibuscunque negociis et tractati-

bus, tam in subveniendo et concedendo similia que per alias universitates tocius Cathalonie jamdicto Illustrissimo domino Regi fuerint concessa, quam eciam in tractando utilitatem publicam ad reformacionem boni status tocius Cathalonie et Regni sui. Et prestandum fidelitatem omnimodam nomine dicte universitatis predicto domino Regi ubicunque et specialiter et generaliter, ad perquirendum peccuniam et peccunias ad opus dicte universitatis et singularium eiusdem tam nomine seu modo violarii et census mortui vendendi et emendi quam eciam mutui cambii seu depositi aut alterius cuiuscunque contractus, Et ad exponendum venales et faciendum legitime subastari ubicunque et per quascunque civitates villas et loca volueritis quamcunque seu quascunque peccunie quantitates vel quantitatem ad censum mortuum vel annuales et rendales ad violarium ad vitam unius duorum vel plurium personarum, sic et prout vobis et utrique vestrorum insolidum melius videbitur faciendum, habendos et percipiendos annuatim super dicto loco et termino de Regali et tota universitate eiusdem et singularibus ipsius et bonis eorundem presentibus et futuris ubique habitis et habendis, Et ad vendendum distraendum et alias alienandum cui vel quibus et pro illo precio vel preciis ad vitam unius duarum vel plurium personarum, sicut vobis et utrique vestrorum videbitur expedire, predictas peccunie quantitatem vel quantitates annuales et rendales ad violarium vel ad censum mortuum super bonis universitatis predicte et singularium eiusdem perpetuo, et ad petendum et recipiendum precium vel precia violarii vel violariorum vel census mortui predictorum mutua cambia deposita et alias quascunque et bona atque jura ad opus universitatis predicte et singularium eiusdem, et predicta omnia tam violaria censum mortuum quam alia superius expressata assecurandum et solvendum creditoribus quibuscunque super omnibus et singulis bonis dicte universitatis et singularium eiusdem habitis et habendis ubique consistentibus, Et ad renunciandum specialiter et expresse privilegio fori proprii et alterius inmunitatis dicte universitatis et singularium eiusdem, et submitendum et obligandum ipsam universitatem et singulares eiusdem et bona eorum et cuiuslibet ipsorum insolidum et pro toto quibuscunque curiis et judicibus ecclesiasticis vel secularibus ordinariis vel delegatis sub pena tercii et aliis quibuscunque obligacionibus et penis prout vobis et utrique vestrorum melius videbitur expedire, Et ad comparendum in judicio et extra coram curiis et judicibus supradictis quibuscunque, Et ad confitendum in judicio et extra et expresse confessandum dicta violaria censum mortuum mutua cambia deposita debita et alios contractus quoscunque deberi et consistere in veritate si-

cut per vos celebrata facta celebrati et facti fuerint, Et ad promitendum violaria censum mortuum debita et alios contractus predictos solvere et complere terminis et locis per vos et quemlibet vestrorum assignandis et prefigendis, Et ad recipiendum moniciones requisiciones necnon sentenciam execucionis seu interdicti et sentenciam condempnacionis a quocunque judice in dictam universitatem et singulares eiusdem et alias quascunque execuciones seu mandata facienda de solvendis et complendis omnibus supradictis et dependentibus et emergentibus ex eisdem prout vobis et cuilibet vestrorum melius videbitur expedire, Et ad renunciandum eciam omnibus graciis et privilegiis elongamendi dicti domini Regis domine Regine et dominorum Infancium et cuiuslibet alterius persone factis et faciendis, Et spacio trium decem et Triginta dierum quatuor et sex mensium et omni alii spacio et tempori quod datur reis conventis vel conceditur confessis et convictis pro bonis mobilibus et inmobilibus vendendis et subastandis et extimacioni proborum hominum super bonis sedentibus fiende quando justum precium non invenitur, et omni privilegio et constitucioni curiarum de non capiendis et distrahendis animalibus aratoriis armis pannis lectorum et aliis rebus privilegiatis et aliis quibuscunque juribus excepcionibus et constitucionibus contra hec repugnantibus, Et ad faciendum quascunque obligaciones securitates hostagia juramenta penarum imposiciones promissiones et alias quascunque firmitates super predictis et dependentibus et emergentibus ex eisdem prout vobis et utrique vestrorum melius videbitur fieri debere, Et ad tractandum ducendum gerendum et alias administrandum omnia et singula negocia dicte universitatis et singularium eiusdem et omnes et singulas causas lites controversias et questiones motas et movendas tam in agendo quam in defendendo inter dictam universitatem ex una parte et alias quascunque universitates et personas cuiuscunque status ordinis vel condicionis existant ex altera quoquo modo et quavis racione, sive dicte questiones cause lites vel controversie agitantur in quacunque curia ecclesiastica vel seculari vel coram quocunque judice ordinario vel delegato vel subdelegato arbitro seu arbitratore, Et ad ponendum quemcumque et quoscumque emptorem et emptores et creditorem seu creditores censui mortui violarii vel violariorum predictorum in possessionem corporalem vel quasi eorundem et pro ipsa universitate jus firmandum et pro jure firmis, Et pro eviccione et garentia vendicionum necnon et pro omnibus aliis et singulis per vos et quemlibet vestrorum promitendis faciendis assecurandis et ordinandis aut celebrandis sic attendendis firmiter et complendis et aliis quibuscunque obligandum cum curiis et judicibus que emptori-

bus et creditoribus quibuscunque omnia et singula bona dicte universitatis et singularium eiusdem habita et habenda et apocham vel apochas de soluto et instrumentum vel instrumenta vendicionis vel vendicionum et aliarum alienacionum et debitorum censui mortui et violariorum et alia quecunque instrumenta firmandum et concedendum; Dantes dicti constituentes vobis procuratoribus sindicis et actoribus supradictis et utrique vestrorum insolidum plenariam potestatem super predictis et dependentibus ac emergentibus ex eisdem et aliis quibuscunque agendi, defendendi, respondendi, libellum seu libellos offerendi et suscipiendi, litem vel lites contestandi et conveniendi excipiendi replicandi et reconveniendi transhigendi componendi et compromitendi, et judicem seu judices recusandi et super recusacionem arbitrum vel arbitros eligendi semel et pluries, jurandi quoque et ad calumpnia et de veritate dicenda prestandi in animas constituencium predictorum et cuiuslibet alterius generis vel spey juramentum, Testes instrumenta et alia probacionum pro parte dicte universitatis faciencia et singularium eisdem inducendi producendi et offerendi et productos et oblata ex adverso reprobandi et contradicendi, Et in causa vel causis renunciandi concludendi et disputandi sentenciam vel sentencias tam interloqutorias quam diffinitivas et arbitrales audiendi, eam vel eas approbandi et ab ea vel eis si necesse fuerit appellandi, appellationem vel appellaciones prosequendi, apostolos petendi protestandi allegandi et requirendi verbo vel scriptis, et petendi munus absolucionis pro quacunque excomunicacione interdicto, et purgandi quamlibet contumacionem si quam dicta universitas incideret sive casu comiti contigeret, et substituendi et destituendi alium vel alios procuratores sindicum vel actorem ac procuratores vel sindicos aut actores ante litem contestatam et post quando et quociens vobis videbitur faciendum, et omnia alia et singula faciendi tractandi et expediendi que dicti constituentes facere possent si personaliter essent constituti sive presentes essent eciam si mandatum exhigerent speciale; Vobis enim et unicuique vestrorum insolidum tradiderunt et comisserunt totum locum et liberam ac generalem administracionem super omnibus et singulis supradictis. Et volentes dicti constituentes Vos et substituendum vel substituendos a vobis et quemlibet vestrorum super predictis relevare ab omni onere satisdandi, Promisserunt dicti constituentes michi notario infrascripto, nomine omnium illorum quorum interest vel intererit legitime stipulanti et recipienti, judicio sisti et judicatum solvi cum suis clausulis universis et dictos constituentes habere semper ratum et firmum quicquid per vos et substituendos a vobis super predictis actum gestum seu eciam procuratum fuerit, et nullo

tempore revocare, sub bonorum dicte universitatis et singularium eiusdem omnium obligacione. Quod fuit actum in dicto loco de Regali die martis intitulata octavo Idus Januarii anno Domini [1] M.° CCC°. L°. quarto. Sig ✠ na Guillelmi Fonoly, Petri Rubei minoris dierum, Petri Ferrarii, Michaelis Verneda, Petri de Valspinosa, Bernardi Vitalis, Petri Andreu, Ferrarii Terraça, Bernardi de Mir, Ramon Raimundi de Mir, Ramon Nathalis Rabaça, Guillelmi Vinader, Arnaldi Potau, Arnaldi de Robio, Romei Certer, Bernardi Sonati, Raimundi Carles, Guillelmi de Talavera, Berengarii Roig, Guillelmi Manresa, Guillelmi Vinader minoris dierum, Bartholomei Certer, Guillelmi Certer minoris dierum, Petri Blanch, Guillelmi Roig, Berengarii Ponç, Petri Saurian, Guillelmi Ferrarii, Petri de Pedrinya, Petri de Miralyes, Jacobi Pascal, Petri de Riudefret, Bartholomei Oldomar, Jacobi de Veciana, Petri Forroly, Guillelmi Andreu, Petri Ermengau, Berengarii de Riudefret, Berengarii de Robio, Guillelmi de Malyafre, Bernardi Osset, Bartholomei Oler, Guillelmi de Soldevila, Guillelmi Saurina, Petri de Caseles, Guillelmi Blanch, Petri Certer, Arnaldi de Molya, Guillelmi de Veciana, Berengarii Rossell, Petri de Rocafort, Petri Blanch, Jacobi Coloma, Arnaldi Brasca, Petri Dalmau, Jacobi Çabater, Berengarii Çavit, Romei Saurian, Francisci de Robio, Petri Gilabert, Petri Gari, Bartholomei Piquer, Arnaldi Riera, Guillelmi Oler, Guillelmi de Colomines, Petri Gilabert, Thome de Talavera minoris dierum, Bernardi Vinader, Arnaldi Piquer, Petri Çavit, Berengarii de Ortis, Arnaldi Potau minoris dierum, Bernardi Torner, Raimundi Ripol, Jacobi Company, Bartholomei Coxa, Guillelmi Blanch minoris dierum, Petri de Bugeressa, Petri de Soldevila, Petri de Raiadell, Berengarii Coxa, Bernardi Cerda, Berengarii de Muntbrio, Anthonii Potau, Guillelmi Clapes, Raimundi Ferran minoris dierum, Petri Ferran, Petri Miro, Petri Fexes, Guillelmi Bonet, Petri Pedrona, Anthonii Figuera, Jacobi Ferrarii, Petri de Comabela, Bernardi Saurian, Raimundi de Salzes, Guillelmi de Reiadell, Arnaldi Ripoll, Bernardi Pascasii, Guillelmi Botart, Janerii Sartre, Jacobi Carles, Petri Topi, Guillelmi de Ortis, Bartholomei de Casales, Petri Bassa, Arnaldi Bassa, Bernardi Botart, Petri de Bufagrayes, Jacobi Denari, Jacobi Oliver, Petri de Luça, Guillelmi de Munpao, Petri Vinader, Bartholomei Muntseny, Miquel Sabateri, Berengarii Oliver, Guillelmi de Bugeressa, Thome de Talavera maioris dierum, predictorum omnium, Qui nominibus eorum propriis et tocius universitatis hec laudarunt concesserunt et firmarunt.

[1] De la Encarnación; 1355 de la era vulgar, en cuyo año fué martes el 6 de Enero.

Testes huius rei sunt Petrus Ferrarii, Berengarius de Claret et Jacobus Benet presbiteri. Sig ✠ num venerabilis Arnaldi Çavit subbaiuli predicti, qui huic sindicatui auctoritatem suam impertivit pariter et decretum presentibus testibus quibus supra. Sig ✠ num venerabilis Francisci de Ferraria baiuli de Regali et tocius eius baiulivi, qui huic reparacioni auctoritatem suam impertivit pariter et decretum. Sig ✠ num mei Berengarii de Veciana, notarii publici de Regali pro venerabili Michaele Geraldi Rectore ecclesie eiusdem loci, qui hanc reparacionem scripsi de mandato dicti baiuli ad instanciam dictorum Guillelmi Manresa, Romei Certer, Guillelmi Clapes, et Romei Saurian, juratorum [quorum] intererat nomine dicte universitatis, prout scriptum et notatum inveni in notulis dicti loci xxix die Novembris anno a nativitate Domini M°. CCC°. L°. Septimo, Presentibus testibus Arnaldo Palau et Raimundo de Angera presbiteris, et clausi.

Et die eadem xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro Universitate loci de Foresio nullus comparuit, set die xxxj augusti comparuit Petrus Deude, dicte universitatis sindicus et procurator, et exhibuit suum sindicatum sequentem.

In Christi nomine sit omnibus notum quod Nos Bernardus Ascariu, Petrus Rabaça, Jacobus de Valle et Raimundus Ferrarii Jurati anni presentis loci de Foresio, Et Petrus Veyl, Berengarius Fabregat, Petrus Dauriach, Arnaldus Laurador, Johannes Ferrarii, Bernardus Palater, Guillelmus Fabregat, Bonanatus de Matha, Berengarius de Figerola, Michael Borraç, Guillelmus Balcels, Jacobus de Codonyet, Raimundus Cerda, Berengarius Marti, Jacobus Daranes, Bartholomeus Marti, Guillelmus Cerda, Jacobus Ferrarii, Jacobus Roig filius Bernardi quondam, Periconus de Maçanes, Raimundus Rodon, Berengarius Lort, Berengarius Marti, Bernardus Roig, Petrus Cerda, Petrus Bolo, Petrus Barel, Johannes Fabregat, Jacobus de Mata, Berengarius Spelt, Berengarius Paheres, Matheus Divora, Raimundus Borle, Jacobus Divora, Petrus Marti, Bernardus de Timoneda filius quondam Romei, Jacobus de Figerola, Jacobus Dauriach, Berengarius de Primenosa, Bernardus de Timoneda filius Petri quondam, Jacobus Bartholomei, Petrus de Timoneda filius quondam Guillelmi, Johannes Roig, Ferrarius Redon, Petri de Timoneda filius quondam Petri, Jacobus Lorenç, Mayconus Ferrarii, Petrus Sala, Berengarius Deude, Bernardus Bolo, Guillelmus de Morunys, Guillelmus de Belltall, Pascasius Cerda, Petrus de Figerola, Marcus Calcanil, Berengarius Lorenç, Miquel Marti, Raimundus Deude, Berengarius Çanon, Petrus Redon, Johannes Daranes, Bartholomeus de Marunys, Petrus dez Vall, Periconus Roig, Ja-

cobus de Timoneda, Ferrarius Redon, Petrus Ferrarii, Bernardus de Codenyet, Berengarius Marti, Petrus Deude filius Petri quondam, Petrus de Maçanes, Raimundus Darenes, Jacobetus Laurador, Bartholomeus Redon, Petrus Fabregat, Jacobus Laurador, Petrus de Matha et Jacobus Borle, habitatores dicti loci de Foresio, Consilio convocato comunicato ac congregato voce preconia in platea eiusdem loci de Foresio prout fieri consuevit in dicto loco, Nomine nostro et nomine tocius universitatis dicti loci et cuiuslibet ex eadem de consensu et voluntate ipsius universitatis, revocando omnes et singulos procuratores sindicos seu actores nostros usque in hunc diem per nos seu dictam universitatem factos seu constitutos, Ex certa sciencia et consulte facimus constituimus et ordinamus vos Terrachonum Çanon, Jacobum Roig et Petrum Daude filium Raimundi Daude quondam eiusdem loci, et quemlibet vestrorum insolidum, Ita quod non sit melior condicio occupantis seu occupancium set quod per aliquem aut aliquos vestrorum inceptum fuerit per alium seu alios vestrorum mediari prosequi valeat et finiri, sindicos iconomos seu actores certos ac generales procuratores nostros et dicte universitatis et cuiuslibet ex eadem defensores ac suficientes responsales et in causa et causis et in omnibus et singulis questionibus peticionibus accionibus et demandis, quam et quas habemus vel habere speramus, cum quibuscunque personis publicis vel privatis ecclesiasticis vel secularibus cuiuscunque status dignitatis seu condicionis existant agentibus seu defendentibus contra nos et dictam universitatem et res et homines ipsius universitatis vel aliquem ex eadem coram domino Rege Aragonum, vel eius procuratore seu gerenti vices procuratoris vel quibuscunque aliis principibus potestatibus prelatis Archiepiscopis Episcopis abbatibus prioribus vicariis subvicariis ac officialibus Judicibus ordinariis delegatis vel subdelegatis vel aliis arbitris seu arbitratoribus et aliis quibuscunque tam secularibus quam ecclesiasticis, Dantes et concedentes vobis et cuilibet vestrorum insolidum liberam et plenariam potestatem juris firmandi et capitula contra Baiulum et subbaiulum presentes nunc [vel] in dicto loco futuros necnon contra assessorem sagionem carcellarium et alios officiales, qui in dicto loco exercuerunt officium jurisdiccionis tam in criminalibus excessibus quam civilibus quos comisserunt seu comitere contigerit in futurum et decreto exercebunt et delinquerint in officiis eorundem, Et super ipsis judicem seu judices impetrandi et litteras regias seu sui procuratoris necessaria ad dictas inquisiciones perficiendas impetrandi contra quascunque personas ecclesiasticas vel seculares, que sumptus debeant facere in dictis inquisicionibus quoque modo personis inquisicionem facientibus

quandocumque, Et eciam ad proponendum dicta capitula coram judice seu judicibus impetratis et super ipsis dare peticiones sive acciones, et eciam omnimodam potestatem vobis concedendo et cuilibet vestrorum agendi petendi defendendi excipiendi replicandi duplicandi triplicandi quadruplicandi protestandi requirendi litem contestandi ac jurandi de calumpnia et de veritate dicenda in animabus nostris et cuiuslibet predicte universitatis et prestandi cuiuslibet alterius speciei vel generis juramentum beneficium restitucionis in integrum exposcendi et suplicandi domino Regi et quibuscunque aliis principibus juramentum deferendi ac debitum in se suscipiendi, Procuratores sindicos et actores ante littem contestatam et post unum vel plures constituendi et eos destituendi et revocandi et alium vel alios substituendi quocunque et quociescunque vobis et cuilibet vestrorum visum fuerit possessionem intrandi adipiscendi novum opus denunciandi, judicem vel judices impetrandi recusandi arbitrum vel arbitros eligendi, Testes instrumenta et alia genera ac species probacionis producendi, jura et fori allegacionibus et foro et feriatis temporibus renunciandi, Sentenciam et sentencias tam interloqutorias quam diffinitivas ordinarias vel arbitrarias seu alias quaslibet audiendi et ab ipsis sentenciis seu gravaminibus et earum quaslibet quociens necessarie fuerit et vobis et cuilibet vestrorum videbitur appellandi contradicendi et petendi reduci ad arbitrium boni viri, *apostolos* seu litteras dimissorias petendi et recipiendi, judicis officium implorandi in tota causa vel in parte appellaciones et contradicciones per vos vel aliquem vestrorum seu alium vel alios prosequendi, Et insuper in arbitrum seu arbitros aut in arbitratores seu amicabiles compositores compromitendi, Mutuum seu manutentam si necesse fuerit manulevandi et recipiendi, instrumentum vel instrumenta debiti vel depositi ac apocham vel apochas de soluto faciendi, absolucionem et absoluciones ac eciam difiniciones fieri et firmandi in omnibus casibus in quibus necesse fuerit vel vobis aut alicui vestrorum videbitur faciendi, Dantes insuper vobis et cuilibet vestrorum insolidum plenum posse vendendi et vendicionem seu vendiciones faciendi simul vel divisim cum instrumentis gracie vel alias certam quantitatem vel quantitates peccunie ad violarium seu violaria sede ad censuale mortuum aut alio modo quo melius vobis aut alteri vestrorum melius visum fuerit expedire ad vitam certarum personarum, cum quibus seu de quibus cum illis personis a quibus dicta violaria seu censualia mortua aut alias recipietis vendetis aut convenietis, quevis sint, sint tam christianis quam judeis, poteritis convenire super omnia bona nostra et dicte universitatis habita et habenda, Et ad firmandum et fieri faciendum de ipsa vendi-

cione seu vendicionibus publica instrumenta et obligaciones in posse curie cuiuscunque tam vicariorum baiulorum quam eciam ecclesiasticorum vel secularium sub pena tercii aut interdicti quolibet anno in termino sive terminis assignatis inter vos seu alterum vestrorum et illas personas quevis sint, de quibus cum ipsis poteritis convenire ad solvendum quantitatem dictorum violariorum seu censualium mortuorum in hospicio seu hospiciis eorundem creditorum, quevis sint, propriis expensis nostris et dicte universitatis et absque missione eorum et pro qualibet die qua cessatum fuerit in solucione seu solucionibus ipsorum violariorum seu censualium mortuorum certa peccunie quantitas, de qua cum eadem vel eisdem poteritis convenire, salvatur eidem vel eisdem per dictam universitatem nomine pene, Eciam ad promitendum quod duo homines vel plures quos elegerint tempore vendicionis seu vendicionum de dicta universitate intrabunt pro hostagio tenendo in illam villam civitatem seu locum, in quo vel qua per vos secum conveniatur terminis elapsis dictarum solucionum absque aliqua requisicione eorundem et quod inde non exeant suis propriis pedibus vel alienis aut alias donec cum illis conveniatur et sint satisfacti de solucionibus eorundem cum omnibus dampnis sustentis et factis racione solucionum retardatarum de dictis violariis seu censualibus et de penis in quas inciderint racione predicta, Et quod si in dicto hostagio non intraverint vel inde exierint quod pro qualibet die et pro quolibet homine qui defuerit ad hostagium supradictum vel inde exierit certa pena in peccunia consistens de qua cum eisdem poteritis convenire solvatur, Et ad promitendum eciam sub certa pena quod graciam seu gracias a domino Rege Aragonum seu Illustrissima domino Regina seu a qualibet alia persona potenti, ecclesiastica vel seculari, non impetrabunt vel impetrari facient aut consencient contra solucionem seu soluciones ipsorum violariorum seu censualium mortuorum suis terminis faciendis, Et ad firmandum si opus fuerit garenciam de dicta vendicione seu vendicionibus ut melius et largius dictari possit in similibus casibus, Et ad obligandum bona nostra et dicte universitatis pro premissis omnibus et singulis supradictis, Et ad renunciandum beneficium nove constitucionis de duobus reis et omnibus aliis juribus constitucionibus et consuetudinibus ac usaticis et foro et jurisdiccioni nostre proprie curie, et submitere nos et dictam universitatem foro et jurisdiccioni alterius curie et omnibus aliis juribus et legibus canonicis et civilibus quibus circa talia et in talibus renunciari consuevit, Et renunciandum [quod] utiliter vel necessarie existat, Et ad recipiendum precium vel precia de ipsis violariis venditis seu vendendis seu censualibus, Et apocham et apochas de precio seu

preciis faciendum et firmandum et quelibet instrumenta et obligaciones sub pena tercii in posse quamvis curie in premissis et circa premissa, seu quolibet premissorum necessaria vel utilia firmandum et consenciendum, Et ad concedendum eciam Illustrissimo domino Regi Aragonum omnia et singula que per alias villas et civitates Cathalonie concedantur seu promitantur tam in auxiliis graciarum quam in omnibus aliis suis negociis, prout per dictum dominum Regem petantur seu demandentur, in omnibus et per omnia, Et assecurandum illas peccunie quantitates que ad nos et ad dictam universitatem tangeant pertineant et expectent seu ad nostram partem perveniant, si casus erit quod per ipsum dominum Regem aut aliquem loco sui petantur demandentur seu exigantur illi vel illis, cui vel quibus per ipsum dominum Regem vel eius venerabiles Consiliarios ordinabuntur vel mandabuntur, sub omnibus obligacionibus renunciacionibus et cautelis sub quibus convenire poteritis cum eisdem, Et ad obligandum nos et bona nostra et dicte universitatis et singularium de eadem pro quibuscunque peccunie quantitatibus, que ad dominum Regem proferantur dentur seu promitantur ubique quacunque causa vel racione, Et ad interessendum eciam in curiis generalibus domini Regis et parlamentis et consiliis generalibus vel specialibus quibuscunque et ubicunque teneantur seu per ipsum dominum Regem mandentur, et ibi per vos et per dictam universitatem concedendum atorgandum promitendum consenciendum et assenciendum omnia et singula et similia que per alios sindicos nuncios et procuratores civitatum villarum et locorum regalium Cathalonie concedantur promitantur et consenciantur de quibuscunque negociis ibi tractetur seu ordinetur, et firmandum et laudandum ea omnia et singula que per alias universitates civitatum villarum et locorum regalium Cathalonie firmentur et laudentur que in comodum veniant ad dictum dominum Regem et ad totum Regnum suum, et prout per ipsum dominum Regem mandetur ordinetur seu alias voluntati sue videbitur expedire, Et generaliter omnia et singula et universa ad predicta omnia et singula pertinencia faciendi et ordinandi ubique in judicio et extra judicium que possunt et debeant veri sindici seu procuratores legitime constituti, Et eciam ea omnia et singula sine quibus negocium seu negocia predicta explicari non possent. Volumus insuper quod si aliqua vobis deficerent, ita quod potestas per nos et per dictam universitatem vobis et cuilibet vestrorum attributa non se extenderet ad illa, quevis sint, quod ibi expresse volumus intellecta esse aut si in presenti instrumento de verbo ad verbum largo modo essent apposita seu scripta prout melius scribi seu intelligi possit; et ea omnia universa et singula simul cum omnibus supradictis

nunc laudamus firmamus et approbamus, et ea volumus esse firma ac si per nos et quemlibet nostrorum personaliter esset factum. Et volentes vos et quemlibet vestrorum et substitutum et substitutos a vobis vel aliqua vestrorum relevare ab omni onere satisdandi, promitimus vobis et notario infrascripto, tanquam publice et autentice persone legitime stipulanti et recipienti pro dictis Judicibus et partibus adversis et pro omnibus illis quorum interest et intererit ac interesse poterit, nos ratum gratum et firmum habere in perpetuum quicquid super premissis et in premissis aut circa premissa a vobis vel aliquo vestrorum actum gestum procuratum concessum promissum vel eciam ordinatum fuerit ac si a nobis personaliter esset factum et judicatum solvi cum suis clausulis universis. Et caventes eciam vel fideiubentes pro vobis vel aliquo vestrorum promitimus penitus servare indempnes sub obligacione omnium bonorum nostrorum et dicte universitatis et cuiuslibet ex eadem habitorum et habendorum ubique sint presencium et futurorum. Actum est hoc xviij die mensis Junii anno a nativitate Domini M°. CCC°. L°. Octavo. Sig ✠ na nostrorum Bernardi Escariu, Petri Rabaça, Jacobi de Valle et Raimundi Ferrarii Juratorum predictorum. Sig ✠ na nostrorum Petri Veyl, Berengarii Fabregat, Petri Daurich, Arnaldi Laurador, Johannis Ferrarii, Bernardi Pelicer, Guillelmi Fabregat, Bonanati de Mata, Berengarii de Figerola, Michaelis Borraç, Guillelmi Balcels, Jacobi de Codenyet, Raimundi Cerda, Berengarii Marti, Jacobeti Arenes, Bartholomei Marti, Guillelmi Cerda, Jacobi Ferrarii, Jacobi Roig filii quondam Bernardi, Petri de Maçanes, Raimundi Redon, Berengarii Lort, Berengarii Marti, Bernardi Roig, Petri Cerda, Petri Belo, Petri Borel, Johannis Fabregat, Jacobi de Mata, Berengarii Espelt, Berengarii Palayeres, Mathei Divorra. Sig ✠ na nostrorum Raimundi Borel, Jacobi Divorra, Petri Marti, Bernardi de Timoneda filii quondam Romei, Jacobi de Figerola, Jacobi Dauriach, Berengarii de Pinyenosa, Bernardi de Timoneda filii Petri quondam, Jacobi Berto, Petri de Timoneda filii quondam Guillelmi, Johannis Roig, Ferrarii Redon, Petri de Timoneda filii quondam Petri, Jacobi Lorenç, Maymoni Ferrarii, Petri Sala, Berengarii Daude, Bernardi Belo, Guillelmi de Marunys, Guillelmi Bellcol, Pascasii Cerda. Sig ✠ na nostrorum Petri de Figerola, Marchus Taltanyl, Berengarii Lorenç, Michaelis Marti, Raimundi Daude, Berengarii Çanon, Petri Redon, Johannis Darenes, Bartolomei de Marunys, Petri dez Val, Petri Roig. Sig ✠ na nostrorum Jacobi de Timoneda, Ferrarii Redon, Petri Ferrarii, Bernardi de Codenyet, Berengarii Marti, Petri Deude filii Petri quondam, Petri de Maçanes, Raimundi Darenes, Jacobeti Laurador, Bartholini

Redon, Petri Fabregat, Jacobi Laurador, Petri de Mata et Jacobi Borel predictorum, qui predicta omnia et singula laudamus approbamus concedimus atque firmamus. Sig ✠ num Petri Escariu baiuli domini Regis in dicto loco. Sig ✠ num Berengarii Miracel baiuli, venerabilis Jacobi de Lorach Castlani eiusdem, qui predicta firmarunt et huic sindicatui actorie et procuracioni tanquam rite et legitime facte ad supplicacionem Juratorum predicti loci suam interposuerunt auctoritatem pariter et decretum. Testes huius rei sunt Bernardus Bello et Guillelmus Roig presbiteri dicti loci et Johannes de Maçanes et Petrus Borel scolares eiusdem loci. Sig ✠ num mei Petri Gualt notarii publici de Foresio pro venerabili Bernardo Oromir rectore et notario publico eiusdem loci, qui predictis interfui et hec scripsi cum superposito in xx linea ubi dicitur *vestrorum*, et cum supercripto in xxxiiij linea ubi legitur *Regem*, Et cum modico raso et apraso in xlvj linea ubi hostenditur *cal;* et clausi die et anno prefixis.

Eadem die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Pro Universitate loci de Cambrils nullus comparuit.

Eademque eciam die xxv augusti, celebracioni dicte curie assignata,

Cum dictus dominus Rex aliquibus diebus preteritis proxime fuisset passus febrem tercianam, nec esset in tali convalescencia quod in negociis curie absque periculo persone sue vacare valeret, prout Magister Raimundus de Tesaraco in medicina professor et frater Guillelmus Arnaldus de Ordine fratrum minorum fisicus, qui dicta de causa ipsum dominum Regem in curam tenuerant et tenebant, per juramentum et in bona fide asseruerunt in consilio Regio, ipse dominus Rex prorogavit dictam curiam usque ad diem lune proximam per totam diem inclusive, declarans ex causa dicti impedimenti infirmitatis sue quod quicunque ad dictam curiam convocati quamvis presenti die non comparuissent pro dicta curia, per totam dictam diem lune hii qui dicta die lune comparerent admiti possent et admitentur ad negocia curie memorate.

Et dicta die lune vicesima septima die augusti, ad quam dicta Curia fuerat prorogata,

Ipse dominus Rex mandavit fieri per Jacobum Clos cursorem publicum antedictum per civitatem Barchinone in locis assuetis preconizacionem que sequitur.

Ara hoiats que mana lo senyor Rey a tots prelats Religioses e persones ecclesiastiques e a tots Richs homens cavallers e homens de paratge o procuradors daquells e a tots Sindichs e procuradors de les universitats de les Ciutats e viles de Cathalunya e a tots altres appellats a la Cort general, la qual lo dit senyor celebra als Cathalans de present en la Ciutat de Barçalona, que vuy que es diluns a xxvij dies dagost Compareguen en hora de vespres devant lo dit senyor en lo seu palau de la dita Ciutat per raho de la dita Cort. E los procuradors e sindichs qui lurs procuracions e sindicats no han presentats quels presenten.

Et dictus cursor rediens retulit se cum voce tubicelle dictam preconitzacionem fecisse per loca civitatis predicte, in quibus solite sunt fieri preconitzaciones.

Et eadem die lune xxvij die augusti, post horam vesperorum, cum procuratores dictorum Incliti Infantis Raimundi Berengarii comitis Impuriarum, et Egregii Petri comitis Urgelli et Vicecomitis Agerensis vel Egregie Sicilie matris et tutricis ac curatricis ipsius, ac nobilium Hugonis Vicecomitis Cardone, Gombaldi de Angularia, Raimundi de Angularia de bello podio, Rogerii Bernardi vicecomitis Castri boni, Dalmacii de Queralto, Raimundi de Angularia cuius est Castrum de Angularia, Guillelmi Galcerandi de Rocabertino, Petri de Cardona de Torano, Guillelmi Raimundi de Cervilione, Raimundi Alamanni de Cervilione, Nobilis Margarite de Cardona tutricis Periconi de Cardona pupilli filii sui, vellent se racione dicte curie dicto domino Regi presentare nec omnes ob necessitatem persone dicti domini Regis ad ipsum dominum Regem possent habere aditum, Guillelmus de Vilagut procurator dicti Incliti Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum et Bernardus de Camporrelles milites procurator dicti Comitis Urgelli vel Egregie tutricis et curatricis ipsius una mecum prothonotario antedicto et scriptore huius curie ad dominum Regem in eius camera fuerunt ingressi. Et pro se et aliis supradictis procuratoribus et pro illis quorum procuratores sunt supplicarunt dicto domino Regi quod, cum ipsi et alii procuratores prefati nobilium predictorum se vellent pro actu dicte curie presentare et aliquas protestaciones facere in eadem curia, ipsos procuratores admitti faceret et predictas protestaciones audire.

Et ipse dominus Rex in presencia mei notarii et testium subscriptorum comisit admissionem dictorum procuratorum et protestacionum per ipsos inde fiendarum, si et prout fieri deberet, Reverendo Petro archiepiscopo Terrachone ipsius domini Regis Cancellario licet absenti; cuique super admissione predicta et responsionibus in dictis protestacionibus faciendis si et prout fieri deberent comisit plenarie vices suas,

Presentibus testibus Reverendo fratre Johanne[1] Callaritano Archiepiscopo domini Regis confessore, Jacobo Conesa et Bernardo de Bonastre secretariis ipsius domini Regis.

Et post paululum eadem die, in palacio maiori domini Regis Barchinone, omnes superius nominati procuratores Infantis et nobilium predictorum obtulerunt dicto Cancellario ipsius domini Regis nomine in presencia mei notarii et testium subscriptorum procuratoria sua predicta que superius inserta sunt et protestaciones que minime lecte fuerunt; tenores sequuntur.

Cum vos magnificus princeps et dominus, dominus Petrus, Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie mandaveritis per vostras litteras Curias generales Cathalanis celebrandas in civitate Barchinone incipiendasque vicesima quinta die mensis presentis, que fuit dies sabbati proxime preterita, quam diem prorogaveritis assignaveritis prout dicitur certis de causis ad diem hodiernam, que est dies lune xxvij dies dicti mensis, Et ad dictas curias citaveritis die et loco prefixis Inclitum Infantem Raimundum Berengarii honorabilem patruum vestrum, et nobiles vicecomitem de Cardona et vicecomitem Castri boni et Raimundum de Angularia dominum Castri de Bellpuig et Guillelmum Galcerandi de Rocabertino Dalmacium de Queralto Raimundum Alamanni de Cervilione Guillelmum Raimundi de Cervilione Gombaldum de Angularia Periconum de Cardona Raimundum de Angularia dominum de Angularia, In quibus litteris citacionis notificacionis assignacionis dictarum curiarum expresseritis causam quare eas intenditis tenere et celebrare, et dicta citacio notificacio seu assignacio, loquendo cum omni reverencia et honore celsitudinis Regie, peccet et peccaverit in materia et in forma, attentis usaticis constitucionibus consuetudinibus et usanciis generalibus Cathalonie, et in tantum quod dicta citacio assignacio diey dictarum curiarum est et fuit nulla ipso jure; ex quo necessario concluditur quod ipsius citacionis seu assignacionis vigore dicti Inclitus Infans et nobiles supradicti non tenentur modo aliquo seu causa per se vel per procuratorem legitimum ad dictas curias venire, nec dicte curie hoc nomine curie sunt vocande, nec in eis potest quod in dictis litteris continetur seu aliud pertractari, ut omnia hec raciones sequentes clare demonstrant:

Prima quod dicta convocacio curiarum, si tales dici seu nominari merentur, tendit et concludit ad unicum actum, ut in dictis litteris cla-

[1] Juan de Aragón, franciscano.

rissime apparet; hoc tendere ad unicum actum viciat ipso jure ipsam citacionem seu convocacionem Curiarum. Constat enim per Usaticos et Constituciones Cathalonie generales quod, in convocacione curiarum Cathalanis fienda, certa forma debet adhiberi que est ut pro bono statu et utilitate rei publice tocius principatus Cathalonie dicta convocacio fiat, et ita vocate fuerunt omnes curie que actenus in Cathalonia per Serenissimos dominos Reges Aragonum predecessores vestros et per vos eciam dominum Regem celebrate fuerunt, ut clarissime est videre in prefacionibus appositis in principio Curiarum quarum ordinaciones in scriptis sunt redacte. Si ergo, Serenissime princeps et domine, hec forma est vera et clara prout est, loquendo cum reverencia necessario concluditur dictam citacionem convocacionem assignacionem diey in forma peccare et nullam esse ipso jure.

Secunda quod dicta citacio seu assignacio non solum tendit et concludit ad unum actum, immo ad singularitatem unici actus; non enim dicta citacio continet an totum brachium Richorum hominum baronum militum Cathalonie ad petitum subsidium per vos Serenissimum principem teneatur; sed tantum concludit an certi barones quorum aliqui in dictis litteris nominantur et eorum subditi teneantur.

Tercia, quare dicta citacio convocacio fit et facta est ad curias generales. Hoc verbum *generales* in Cathalonia in curiis dicitur et nominatur tam racione personarum eo quare omnes de Cathalonia ibi interesse censentur, cum ibi necessario Tria brachia, scilicet prelatorum et clericorum Richorum hominum et militum civitatum et villarum Regalium Cathalonie, habeant necessario interesse, quam racione actuum; ad omnes enim actus tangentes bonum statum et reformacionem tocius terre principatus Cathalonie debent curie convocari et celebrari. Quare dicte littere, loquendo cum reverencia et honore, videntur includere contrarietatem; nam vocare Curiam *generalem* et eam convocare ad unicum actum, et non ad alium, vel verius ad singularitatem unici actus, est de directo dicere oppositum in obiecto; et licet in curia ex quo est convocata tantum tractari possit unicus actus tamen saltim convocacio debet esse et fieri generalis.

Quarta, quare attentis usancia et consuetudine Cathalonie, talibus [1] quod memoria hominum non existit in contrarium, Convocacio Curiarum, cum fit in Cathalonia, fit generaliter, et est generalis in tantum quod, prout est dictum, omnia tangencia bonum statum et reformacionem tocius principatus Cathalonie ibi tractari possunt, licet for-

[1] Esto es, la usanza y costumbre.

ter casualiter actu non tractentur; que talis usancia et consuetudo est per omnes curias generales in Cathalonia approbata et cum juramento per Serenissimos dominos Reges Aragonum predecessores vestros, qui in qualibet curia approbarunt omnes usancias et consuetudines Cathalonie presertim tales ita generales, et ad hoc denotandum in prefacione curie, per vos Serenissimum principem in villa Perpiniani celebrate cum jure ministerio utimini, et fuit positum hoc verbum ut moris est.

Quinta, dicta convocacio in se continet nullitatem eo quare omnes illi qui semper vocari debent et consueverunt nunc per vos principem serenissimum vocati non existunt. Clarum enim est et nullus negare potest quin omnes Richi homines et barones Cathalonie et prelati sint ad curias vocandi, presertim illi qui in capite tam in dignitate quam in titulo notabiliores existunt, prout unus istorum existit inclitus Infans Petrus Comes Rippacurcie et Montanearum de Prades qui vocatus non fuit, et eciam non fuit vocatus Reverendus in Christo pater Episcopus Urgellensis; fuerunt eciam non vocate alique universitates villarum regalium Cathalonie. Si ergo qui vocandi sunt non sunt nec fuerunt vocati, certe ipse actus de se annullatur et nullus existit.

Sexta, quare, loquendo cum omni reverencia et honore, in fine dictarum litterarum continetur quoddam per quod apparet vos magis tendere ad gravamen dicti incliti Infantis Raimundi Berengarii et omnium illorum baronum qui sunt et fuerunt valitores guerre, quam ipse inclitus Infans habet cum nobilibus vicecomite de Ruppebertino et Comite Ausonie et Bernardo de Capraria, quam dictorum vicecomitis de Ruppebertino et baronum qui sunt de parte sua; quod clare apparet propter salvamentum quod eis et non aliis intenditis facere, prout ita asseritis vos facturum in litteris vestris. Quare hiis racionibus clare concluditur, loquendo cum omni reverencia et honore, dictas litteras citacionis assignacionis convocacionis dictarum curiarum, si tali nomine nominari merentur, nullitatem in se continere, ut ex earum liberacione dinoscitur, esse clarum.

Et ubi, Serenissime princeps et domine, predicta locum non haberent quod nullatenus concedimus, imo dicte littere essent facte prout fieri debent, adhuc presens celebracio seu incoacio Curiarum non tenet nec potest habere vim aliquam seu efectum, loquendo cum omni reverencia et honore; ex eo quare quilibet ad curias convocatus et qui convocandus est tenetur personaliter ad Curias venire nisi justo impedimento fuerit impeditus, prout ita cavetur in Constitucionibus generalibus Cathalonie. Si ergo personaliter tenetur et vocatus venire velit persona-

liter, quid tale venire impediat est removendum. Modo, Serenissime princeps, vobis certum existit, et notorium toti terre, quod dictus inclitus Infans Raimundus Berengarii cum dictis nobilibus et aliis qui sunt de parte sua est in guerra cum nobilibus vicecomite de Ruppebertino Comite Ausonie et Bernardo de Capraria, propter quam guerram necessario concluditur et concludendum est inter eos esse inimicicias capitales. Si ergo inimicicias capitales, cum dictus nobilis Bernardus de Capraria sit maior et de maioribus vestri honorabilis concilii et maior pars consiliariorum vestrorum et quasi omnes de domo vestra fuerunt et sunt valitores dicti nobilis Bernardi in dicta guerra, merito ergo timeri et est timendum ut dicti inclitus Infans et nobiles supernominati, qui personaliter venire se parabant et jam venire inceperunt, in presencia vestre celsitudinis non accederent sine guidatico vestro, quod guidaticum vos concedere noluistis ut hec celsitudo regia non ignorat nec ignorare potest; licet, ut asseritur per fidedignos, ipsum guidaticum ab iuicio verbotenus concessistis quod, ut dicitur, postmodum denegastis, et denegatis ex subgestione et consilio dicti nobilis Bernardi de Capraria. Si ergo concedere guidaticum erat removere dictum impedimentum, et sine remocione dicti impedimenti dictus Inclitus Infans et nobiles supradicti comode in vestri presencia accedere non possent sine concessione dicti guidatici, et vos, ut est dictum, dictum guidaticum concedere noluistis nec concedere voluistis, et dicti Inclitus Infans et nobiles supernominati erant personaliter venturi, sequitur Serenissime princeps, loquendo cum reverencia et honore, vos esse causam et dare occasionem quare dicti Inclitus Infans et alii nobiles supernominati personaliter non accedunt. Sed dare causam et non vocare, vel vocare et impedire, equiparantur; ergo concluditur et concludendum est celebracionem dictarum curiarum non tenere.

Ex quibus omnibus hiis racionibus, et non aliis proponendis quas protestamur proponere suis tempore et loco, concluditur, loquendo semper cum omni reverencia et honore, celsitudinis regie dictam citacionem convocacionem et assignacionem diei Curiarum non tenere; et ubi tenere presentem celebracionem seu incohacionem presencium Curiarum, si curie possunt dici, prout est dictum non habere vim aliquam seu efectum. Ideirco, Serenissime princeps, nos Guillelmus de Villacuto miles et Asbertus de Castro veteri domicellus procuratores dicti Incliti Infantis Raimundi Berengarii, Et ego Petrus de Villa longa domicellus et Raimundus de Nogaria procuratores dicti nobilis vicecomitis de Cardona, Et ego Guillelmus de Palacio procurator dicti vicecomitis Castri boni, Et ego Jacobus de Maya procurator dicti nobilis

Raimundi de Angularia, Et ego Berengarius de Vilalaons procurator dicti nobilis Guillelmi Galcerandi de Ruppebertino, Berengarius de Monte pahone procurator Dalmacii de Queralto, Jaufridus de Castro Oulino procurator Raimundi Alamanni de Cervilione, Bernardus de Monteacuto procurator Guillelmi Raimundi de Cervilione, Gombaldus de Camporrelles procurator Gombaldi de Angularia, Poncius de Corregone procurator Periconi de Cardona actorque domine Margarite diu matris et tutricis eiusdem, constituti cum publico instrumento, prout de dictis potestatibus fidem facimus, de presenti ponimus et proponimus omnes predictas raciones in presencia vestre celsitudinis et illorum qui ad presentem Curiam sunt vocati, si curia dici meretur prout est dictum, ad hostendendum claram et notam excusacionem quare presens curia non est legitime vocata et prout vocari debet et quare presens celebracio seu incohacio curiarum, si hoc nomine dici merentur, non tenet, et quare dicti Inclitus Infans et alii nobiles supernominati Civitatem Barchinone non intervenerunt personaliter, causa quare vocati erant per Regiam magestatem; Supplicantes humiliter et devote Regie magestati ut benigne, prout facere consuevit, predictas raciones recipere velit; non enim in detrimentum seu preiudicium seu iniuriam alicuius proponimus ipsas, set tantum certe ad excusacionem dictorum incliti infantis et aliorum nobilium quorum sumus procuratores et ad conservacionem juris eorum ne eis et juribus eorum, et eorum hominibus et infra terras eorum et jurisdicciones populatis, dicta convocacio in aliquo nocere possit; Supplicantes eciam ut dictas raciones velit celsitudo Regia recognoscere et recognosci facere per personas in aliquo non suspectas dictis inclito Infanti et nobilibus supradictis; Cum nos eorum nomine quorum sumus procuratores, loquendo cum omni reverencia et honore celsitudinis Regie, racionibus supra allegatis denunciamus et reputamus maiorem partem Consiliariorum vestrorum esse suspectos, vobis humiliter supplicando ut cum eis seu aliquo eorum consilium non habeatis, cum durum sit cum suspectis hominibus judicare; Supplicantes eciam super hiis pronunciari antequam procedatur ad presentis curie celebracionem, si curia dici meretur prout est pluries dictum, Cum predicte raciones ita preiudiciales existant et tales excepciones contineant quod de eis primitus est cognoscendum et pronunciandum.

Et ubi predicta locum modo aliquo non haberent quod nullatenus oppinamur, ita quod dicta vocacio celebracio et incohacio curiarum tenent, ne eo casu dictis inclito Infanti et nobilibus supernominatis seu nobis eorum nomine quominus in presenti curia interesse possemus mo-

do aliquo nocere posset, presentamus nos Guillelmus de Vilacuto miles et Asbertus de Castro veteri domicellus procuratores dicti incliti Infantis. Petrus de Villa longa Raimundus de Nogaria procuratores dicti nobilis vicecomitis de Cardona, Guillelmus de Palacio domicellus procurator vicecomitis Castri boni, Jacobus de Maya procurator Nobilis Raimundi de Angularia, Berengarius de Vilaleons procurator Nobilis Guillelmi Galcerandi de Ruppebertino, Berengarius de Monte pahone procurator Dalmacii de Queralto, Jaufridus de Castro Oulino procurator Raimundi Alamanni de Cervilione, Bernardus de Monteacuto procurator Guillelmi Raimundi de Cervilione, Gombaldus de Camporrellis procurator Gombaldi de Angularia, et Poncius de Corrogone actor et procurator predictus eo casu, et non alio nomine, dictorum incliti Infantis et aliorum nobilium supernominatorum vobis dicto Serenissimo principi et toti curie hic congregate; Supplicantes et requirentes ut eo casu ad omnes tractatus curie admitamur nominibus predictis, Cum dicti inclitus Infans et alii nobiles quorum sumus procuratores sunt justo et legitimo impedimento detenti, quod impedimentum in instrumentis nostris procuratoriis expresserunt et de ipso quod verum sit in posse notariorum recipiencium dicta instrumenta procuratoria prestiterint juramentum juxta constitucionem per vos Serenissimum principem editam in prima curia per vos celebrata in villa Perpiniani, et comparuerimus die et loco assignatis, prout alii ad dictam curiam vocati; alias si contrarium faceritis seu fieret quod nullatenus credimus, loquendo cum omni reverencia et honore protestamur de jure dictorum incliti Infantis et aliorum nobilium et de nullitate curie et omnium que in ea fient et tractabuntur; Certificando quod quicquid in ea fiet seu tractabitur eo casu non potest nec debet in aliquo nocere dictis inclito Infanti et aliis nobilibus et eorum hominibus, cum per ipsos seu per nos eorum nomine non stat nec culpa eorum quin admitamur ad presentes curias; fecerunt enim ea omnia que facere debent et tenentur juxta constitucionem per vos dominum Regem editam in prima Curia ville Perpiniani.

Protestamur eciam nos dicti Guillelmus de Vilacuto et Asbertus de Castro veteri ut procuratores dicti incliti Infantis Raimundi Berengarii de jure dicti incliti Infantis, qui ut Comes Impuriarum non tenetur nec consuevit venire ad Curias Cathalonie ne in futurum sibi preiudicare posset, et ita eciam protestari sui predecessores consueverunt. Quam protestacionem facimus sub modo et forma prout in dicto nostro instrumento procuracionis continetur expresse, quam hic volumus haberi pro repetita.

Et de hiis omnibus pro conservacione jurium dictorum incliti Infantis et aliorum nobilium quorum sumus procuratores petimus cuilibet dictorum principalium nostrorum et cuilbet nostrorum per vos notarium tot quot voluerimus et necessarium fuerit fieri publica instrumenta.

Cum vos magnificus princeps et dominus, dominus Petrus, Dei gracia Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie mandaveritis per vestras litteras Curias generales catalanis celebrandas in Civitate Barchinone incipiendasque vicesima quinta die presentis mensis, que fuit dies sabbati proxime preterita, quam diem assignaveritis et prorogaveritis prout dicitur certis de causis ad diem hodiernam que est dies lune xxvij die dicti mensis, Et ad dictas curias citaveritis die et loco prefixis inclitam Ceciliam Comitissam Urgelli ut tutricem et curatricem Egregii Petri Comitis Urgelli filii sui Et nobilem heredem Comitis pallariensis, in quibus litteris citacionis notificacionis et asignacionis dictarum curiarum expresseritis causam quare eas intenditis tenere celebrare, Et dicta citacio notificacio et assignacio, loquendo cum omni reverencia et honore celsitudinis Regie, peccet et peccaverit in materia et in forma, attentis usaticis constitucionibus consuetudinibus et usanciis generalibus Cathalonie, et in tantum quod dicta citacio assignacio diei dictarum curiarum est nulla ipso jure, Ex quo necesario concluditur quod eius vigore dicta inclita domina et dictus heres non tenentur modo aliquo seu causa per procuratores seu actores legitimos ad dictas curias venire, nec dicte curiè hoc nomine curie sunt vocande, nec in eis potest quod in litteris continetur seu alias pertractari ut omnia hec raciones sequentes clare demostrant.

Prima quare dicta convocacio curiarum si talis dici seu nominari meretur etc. ut supra.

Ex quibus omnibus hiis racionibus et aliis proponendis quas protestamur suis tempore et loco concluditur, loquendo semper cum omni reverencia et honore celsitudinis Regie, dictam citacionem convocacionem et assignacionem diei Curiarum non tenere, Et ubi tenerent, presentem celebracionem seu incohacionem presencium Curiarum, si curie possunt dici prout est dictum, non habere vim aliquam seu efectum. Idcirco, Serenissime princeps, ego Bernardus de Camporrellis procurator et actor dicte inclite Cecilie Comitisse Urgelli, Et ego Podius Cerver actor nobilis domine Geralde matris ac tutricis heredis predicti, constituti cum publicis instrumentis prout de dictis potestatibus ego Bernardus de Camporellis predictus fidem facimus de presenti, ponimus et proponimus omnes predictas raciones in presencia vestre celsitudinis

et illorum qui ad presentem curiam sunt vocati, si curia dici meretur prout est dictum, ad hostendendum claram et notam excusacionem quare presens curia non est legitime vocata et prout vocari debet, et quare presens celebracio seu incohacio curiarum, si hoc nomine dici merentur, non tenet, Supplicant humiliter et devote Regie magestati ut benigne prout facere consuevit predictas raciones recipere velit. Non enim in detrimentum seu preiudicium seu injuriam alicuius ipsas proposuimus et proponimus, sed tantum certe ad excusacionem dicte inclite Cecilie Comitisse necnon heredis predicti ad conservacionem juris dicte inclite Comitisse et Egregii Comitis Urgelli filii sui et heredis predicti ne dicte inclite ut tutrici et juri dicti Egregii Comitis et dicti heredis et hominibus suis et infra terram suam et jurisdiccionem populatis dicta vocacio in aliquo nocere possit, Supplicantes eciam ut dictas raciones velit celsitudo Regia recognoscere et recognosci facere per personas in aliquo non suspectas dicte inclite ut tutrici et Egregio Comiti et dicto heredi, Cum nos eorum nominibus, loquendo cum omni reverencia et honore celsitudinis Regie, denunciamus et reputamus maiorem partem Consiliariorum vestrorum esse suspectos, vobis humiliter supplicando ut cum eis seu aliquo eorum consilium non habeatis cum durum sit cum suspectis hominibus judicare, Supplicantes eciam super hiis pronunciari antequam procedatur ad presentis curie celebracionem, si curia dici meretur prout est pluries dictum, Cum predicte raciones ita preiudiciales existant et tales excepciones contineant quod de eis primitus est cognoscendum et pronunciandum.

Et ubi predicta locum modo aliquo non haberent quod nullatenus opinamur, ita quod dicta vocacio celebracio et incoacio curiarum tenerent, ne eo casu dicte inclite Comitisse ut tutrici scilicet dicti Egregii Comitis Urgelli et dicto heredi seu nobis eorum nominibus quominus in presenti curia interesse posset modo aliquo nocere posset, presentamus nos dictus Bernardus de Camporellis et Podius Cerver, eo casu et non alio, nomine dicte inclite Comitisse ut tutricis et heredis predicti, vobis dicto serenissimo principi et toti curie hic congregate; Et comparuerimus die et loco assignatis prout alii ad dictam curiam vocati. Alias, si contrarium feceritis seu fieret, quod nullatenus credimus, loquendo cum omni reverencia et honore protestamur de jure dicte inclite Comitisse ut tutricis seu dicti Egregii Comitis et dicti heredis, et de nullitate curie et omnium que in ea fient et tractabuntur; Certificando quod quicqaid fiet seu tractabitur eo casu, non potest nec debet in aliquo nocere dicte inclite Comitisse ut tutrici seu dicto Egregio Comiti et dicto heredi et eius hominibus cum per ipsam seu per nos eorum nomi-

nibus non stat nec culpa sit quin admitantur dicta inclita Comitissa ut Tutrix seu dictus Egregius Comes et heres predictus ad presentes Curias.

Et de hiis ad habendum rei noticiam pro conservacione juris dicti Comitis et dicti heredis petimus nobis, prefatis nominibus seu dicte inclite Comitisse ut tutrici, fieri publicum et publica instrumenta tot quot voluerimus et pecierimus per vos etc.

Quas quidem protestaciones dictus Cancellarius pro lectis habuit, quibusque dixit se responsurum dicti domini Regis nomine si et prout fieri deberet: Mandans michi dicto notario ut dictas protestaciones minime clauderem donec sibi de ipsis copiam tradidissem ipsisque ipsius domini Regis nomine, si et prout fieri deberet, responsiones fecisset. Presentibus testibus Raimundo de Cumbis preposito ecclesie Terrachone et Geraldo de Montebruno Archidiacano de Culla in ecclesia Dertusensi et Jacobo de Faro consiliariis et Francisco des Guan scriptore domini Regis.

Et eodem instanti dictus dominus Archiepiscopus dicti domini Regis Cancellarius fecit convocari in dicto palacio regio per Petrum Pinol porterium Regium omnes et singulos prelatos, Capitulorum iconomos et procuratores, Religiosos, barones, Milites et civitatum villarum atque locorum regalium Cathalonie procuratores et sindicos superius distincte nominatos. Et preter presentacionem per superius dictos et singulariter scriptos, presentarunt se dicto Archiepiscopo et michi dicto prothonotario et scriptori huius curie generalis pretextu dicte convocacionis per dictum portarium facte nominatim singulariter et distincte inferius nominati videlicet ex prelatis.

Reverendus Petrus Terrrachone Archiepiscopus.

Pro dicto venerabili Michaele Barchinonensi Episcopo Arnaldus de Busquetis legum doctor canonicus Barchinonensis eisdem Episcopi vicarius generalis.

Pro dicto venerabili Episcopo Ilerdensi dictus Jacobus Martini magister in artibus dicte Episcopi procurator.

Pro predicto venerabili Berengario Gerundensi Episcopo Petrus Ferrarii de Terrariis presbiter de capitulo Gerundensis ecclesie eiusdem Episcopi procurator.

Pro Capitulis ecclesiarum Catedralium Cathalonie vel aliquibus subscriptis ex eis:

Pro dicto capitulo Sedis Ilerdensis dictus Jacobus Martini dicti capituli iconomus et procurator.

Pro predicto capitulo Sedis Gerundensis Raimundus Alberti presbiter de capitulo Sedis Gerundensis iconomus et procurator dicti capituli Gerundensis.

Pro dicto capitulo Sedis Barchinonensis Raimundus Romei canonicus iconomus et procurator dicti capituli.

Pro dicto capitulo Sedis Vicensis Raimundus Ferrarii canonicus iconomus et procurator dicti capituli.

Ex Religiosis, seu pro aliquibus ex eis.

Pro dicto venerabili fratre Johanne Ferdinandi de Heredia Castellano Emposte Eximinus sancii de Ribavallosa, asserens esse procuratorem dicti Castellani.

Pro dicto venerabili abbate Monasterii Populeti frater Bernardus Bruneti procurator dicti abbatis.

Pro dicto venerabili abbate Sancti Cucuphatis Vallensis frater Bernardus de Vallesicha monachus et infirmarius dicti Monasterii procurator abbatis predicti.

Pro predicto abbate Monasterii sanctarum Crucum frater Guillelmus Veyani procurator dicti abbatis.

Pro dicto abbate Monasterii de Banyoles Johannes Desmenter eiusdem abbatis procurator.

Dictus abbas Monasterii Gerrensis se ipsum personaliter presentavit.

Prefatus abbas Monasterii Arularum se ipsum personaliter presentavit.

Ex baronibus seu pro aliquibus ex eis.

Pro inclito Infante Ferdinando predicto Marchione Dertuse et domino de Albarrazino Bernardus de terribus miles eiusdem Infantis procurator.

Pro nobili Bernardo Comite Ausonie Berengarius de Medalia eiusdem Comitis procurator.

Pro nobili Comite Pallariensi en Puig Cerver actor matris et tutricis dicti Comitis.

Nobilis Dalmacius vicecomes de Rochabertino se ipsum personaliter presentavit.

Nobilis Petrus vicecomes de Vilamuro se ipsum personaliter presentavit.

Pro nobili Sibilia, uxore nobilis Petri de Montecatheno tutrice Gas-

toni et Rogerii filiorum comunium sibi et dicto nobili defuncto, Raimundus de Planella actor nobilis tutricis predicte.

Nobilis Berengarius de Apilia se ipsum personaliter presentavit.

Nobilis Gilabertus de Crudiliis se ipsum personaliter presentavit.

Pro nobili Raimundo de Centelles Berengarius de Medalia et Berengarius de Monte curvo procuratores substituti ab Omberto de Villanova et Raimundo de Villanova procuratoribus dicti nobilis Raimundi de Scintillis.

Pro nobili Guillelmo Galcerandi de Rocabertino Bernardus de Vilacuto et Berengarius de Vilaleons procuratores dicti nobilis.

Nobilis Bernardus de So se ipsum personaliter presentavit.

Nobilis Sicardus de Lordaco se ipsum personaliter presentavit.

Nobilis Artaldus de Focibus, alias dictus de Capraria, se personaliter presentavit.

Nobilis Periconus de Meleanno se personaliter presentavit.

Pro nobili Petro de Cardona et nobili Margarita eius matre et tutrice Poncius de Corregone actor et procurator nobilium predictorum.

Nobilis Guillelmus Bernardi Dentença se personaliter presentavit.

Nobilis Acardus de Talarno se personaliter presentavit.

Ex militibus seu pro aliquibus ex eis.

Raimundus de Coponibus miles se personaliter presentavit.

Bernardus de Thous se personaliter presentavit.

Pro Constancia de Palafollis, Tutrice Guillelmoni de Palafollis, Petrus de Rebinato alias vocato Burdus de Rebinato actor dicte tutricis.

Petrus de Montornes se personaliter presentavit.

Pro universitatibus Civitatum et villarum atque locorum regalium Cathalonie seu quibusdam ex eis.

Pro universitate Civitatis Barchinone procuratores et sindici superius nominati.

Pro universitate civitatis Ilerde procuratores et sindici superius jam distincti.

Pro universitate civitatis Gerunde procuratores et sindici prelibati.

Pro universitate civitatis Minorise procuratores et sindici prenotati.

Pro universitate ville Perpiniani procuratores et sindici qui jam superius scripti sunt.

Pro universitate ville Cervarie procuratores et sindici de quibus jam superius est facta mencio specialis.

Pro universitate Ville Franche penitensium procuratores et sindici de quibus superius mencio jam habetur.

Pro universitate ville Podii Ceritani sindici et procuratores scripti.

Pro universitate ville Berge sindici et procuratores prefati.

Pro universitate ville Apiarie procuratores et sindici superius jam tacti.

Pro universitate Calidarum de Montebovino procurator et sindicus superius jam notatus.

Pro universitate loci de Figueriis procurator et sindicus scriptus jam superius in titulo universitatis eiusdem.

Pro universitate Ville Franche confluentis procuratores et sindici jam superius nominati.

Pro universitate loci de Arbucio procuratores et sindici predistincti.

Pro universitate loci sancti Petri de Auro sindicus et procurator jam tactus.

Quibus omnibus, ut premititur, per dictum porterium Regium sic vocatis, idem dominus Cancellarius ipsius domini Regis nomine, ingrediens cum eisdem capellam palacii Regii supradicti, mandavit dicti domini Regis nomine ut in crastina die martis hora terciarum essent cum eodem domino Archiepiscopo Cancellario in Monasterio predicatorum Civitatis Barchinone prefate, ad hoc ut ibidem eligerentur persone que sindicatus et procuratores oblatos pro dicta curia recognoscerent, Et qui et que essent suficientes necne, et essent admittendi seu admitende necne.

Et dicta die martis die xxviij augusti anni predicti M. CCC. L. Octavi hora terciarum in prefato Monasterio predicatorum, scilicet in domo in qua Consilium dicte civitatis Barchinone consuevit teneri, omnibus brachiis dicte curie congregatis, Cum dictus dominus Rex per me prothonotarium antedictum et scriptorem huius curie, ad relacionem Eximini Petri de Calateiubio militis consiliarii sui, dicto Reverendo Archiepiscopo dici jussisset quod per me dicto Archiepiscopo juxta dictam relacionem dictum ut et ex parte Regia injunctum fuit, videlicet quod idem Reverendus Archiepiscopus non ut Cancellarius vel tenens locum suum set ut Archiepiscopus dumtaxat iu dictis curiis interesset; Et idem dominus Rex ad requirendum brachia dicte curie et ad mandandum eisdem ut certas personas eligerent que cum ordinandis et deputandis ad hec per dictum dominum Regem recognoscerent et examinarent sindicatus et procuraciones, predictos scilicet..... abbatem Arularum, Geraldum de Montebruno Archidiaconum de Culla in ecclesia Dertusensi, Jacobum de Faro, consiliarios suos, et Berengarium

vices jurisperitum Barchinone; et iidem abbas Arularum et Archidiaconus et Jacobus de Faro ac Berengarius Vives requisiverunt dicta brachia congregata inibi eisque mandarunt ex parte Regia ut ad examinandum et recognoscendum dictos sindicatus et procuraciones personas eligerent ut superius est expressum.

Et dicta brachia, retenta sibi deliberacione super requisitis et injunctis eisdem ex parte Regia, post paululum concorditer dixerunt quod salvo semper Regio honore idem dominus Rex antedictam examinacionem et recognicionem sindicatuum et procuracionum predictorum debebat dictis brachiis in comuni suam proposicionem facere super hiis pro quibus dictam convocaverat Cathalonorum Curiam generalem.

Et predicti abbas Arularum Archidiaconus de Culla Jacobus de Faro et Berengarius Vives ex parte Regia contrarium asserentes dixerunt quod juxta constitucionem, editam in prima generali curia celebrata apud Perpiniani, procuraciones et sindicatus debebant primitus examinari omnino ad finem quod in dicta curia et eis actibus et eciam in ipsius proposicione que fundamentum et principium tocius curie existit non admiterentur nisi solum illi qui admitti deberent juxta constitucionem predictam.

Et facta quadam altercacione super predictis inter superius nominatos et brachia antedicta, per eosdem ex parte Regia fuit injunctum omnibus brachiis memoratis quod die jovis proxima de mane racione dicte curie in dicto Monasterio interessent.

Et ibidem eadem die procuratores prefati jamdictorum, incliti Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum, et Egregii Petri Comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis vel Egregie Sicilie matris et tutricis ac curatricis ipsius, ac nobilium Hugonis vicecomitis Cardone et Comitis pallariensis, Gombaldi de Angularia, Raimundi de Angularia de Bello podio, Rogerii Bernardi vicecomitis Castri boni, Dalmacii de Queralt, Raimundi de Angularia cuius est Castrum de Angularia, Guillelmi Galcerandi de Rochabertino, Petri de Cardona de Torano, Guillelmi Raimundi de Cervilione, Raimundi Alamanni de Cervilione, Nobilis Margarite de Cardona tutricis Periconi de Cardona pupilli filii sui, in presencia mei dicti notarii et testium subscriptorum presentarunt dictis brachiis curie et per me legi fecerunt protestaciones premissas, quorum tenores sequuntur.

Cum vos magnificus princeps et dominus, dominus Petrus, Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie mandaveritis per vestras litteras etc. ut supra.

Et ubi predicta locum modo aliquo non haberent quod nullatenus

opinamur, ita quod dicta vocacio celebracio et incohacio curiarum teneret, ne eo casu dictis inclito Infanti nobilibus supernominatis seu nobis eorum nomine quominus in presenti Curia interesse possemus modo aliquo nocere posset, presentamus nos Guillelmus de Villacuto miles, et Asbertus de Castro veteri domicellus procuratores dicti incliti Infantis, Petrus de Villalonga Raimundus de Nogeria procuratores dicti nobilis vicecomitis de Cardona, Guillelmus de Palacio domicellus procurator vicecomitis Castri boni, Jacobus de Maya procurator nobilis Raimundi de Angularia, Berengarius de Vilaleons procurator nobilis Guillelmi Galcerandi de Ruppebertino, Berengarius de Monte Pahone procurator Dalmacii de Queralto, Jaufridus de Castro oulino procurator Raimundi Alamanni de Cervilione, Bernardus de Monte acuto procurator Guillelmi Raimundi de Cervilione, Gombaldus de Camporells procurator Gombaldi de Angularia et Poncius de Corregone actor et procurator predictus, eo casu et non alio nomine, dictorum incliti Infantis et aliorum nobilium supernominatorum vobis dicto Serenissimo principi et toti curie hic congregate, Supplicantes et requirentes ut eo casu ad omnes tractatus curie admitamur nominibus predictis, Cum dicti inclitus Infans et alii nobiles quorum sumus procuratores sunt justo et legitimo impedimento detenti, quod impedimentum in instrumentis nostris procuratoriis expressarunt et de ipso quod verum sit in posse notariorum, recipiencium dicta instrumenta procuratoria, prestiterint juramentum juxta constitucionem per vos serenissimum principem editam in prima curia per vos celebrata in villa Perpiniani et compererimus die et loco assignatis, prout alii ad dictam curiam vocati; alias si contrarium faceritis seu fieret, quod nullatenus credimus, loquendo cum omni reverencia et honore protestamur de jure dictórum incliti Infantis et aliorum nobilium et de nullitate curie et omnium que in ea fient et tractabuntur, Certificando quod quicquid fiet seu tractabitur eo casu non potest nec debet in aliquo nocere dictis inclito Infanti et aliis nobilibus et eorum hominibus, cum per ipsos seu per nos eorum non stat nec culpa eorum quin admitamur ad presentes curias; fecerunt enim ea omnia que facere debent et tenentur juxta constitucionem per vos dominum Regem editam in prima Curia ville Perpiniani.

Protestamur eciam nos dicti Guillelmus de Vilacuto et Asbertus de Castro veteri ut procuratores dicti incliti Infantis Raimundi Berengarii de jure dicti incliti Infantis, qui ut Comes Impuriarum non tenetur nec consuevit venire ad curias Cathalonie ne in futurum sibi preiudicare posset et ita eciam protestari sui predecessores consueverunt, quam

protestacionem facimus sub modo et forma prout in dicto nostro instrumento procuracionis continetur expresse, quam hic volumus haberi pro repetita,

Et de hiis omnibus pro conservacione jurium dictorum incliti Infantis et aliorum nobilium quorum sumus procuratores petimus cuilibet dictorum principalium nostrorum et cuilibet nostrorum per vos notarium tot quot voluerimus et necessarium fuerit fieri publica instrumenta.

Cum vos magnificus princeps et dominus, dominus Petrus Dei gracia Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie mandaveritis per vestras litteras Curias generales catalanis celebrandas in Civitate Barchinone, incipiendasque vicesima quinta die presentis mensis que fuit die sabbati proxime preterita, quam diem assignaveritis et prorogaveritis prout dicitur certis de causis ad diem hodiernam que est dies lune xxvij die dicti mensis, Et ad dictas Curias citaveritis die et loco prefixis inclitam Ceciliam Comitissam Urgelli ut tutricem et curatricem Egregii Petri Comitis Urgelli filii sui, Et nobilem heredem Comitis pallariensis, In quibus litteris etc. ut supra.

Et ubi predicta locum modo aliquo non haberent quod nullatenus opinamur, ita quod dicta vocacio celebracio et incoacio curiarum teneret ne eo casu dicte inclite Comitisse ut tutrici seu dicto Egregio Comiti Urgelli et dicto heredi seu nobis eorum nominibus quominus in presenti curia interesse posset modo aliquo nocere posset, presentamus nos dictus Bernardus de Camporelles et Podius Cerver eo casu et non alio nomine dicte inclite Comitisse ut tutricis et heredis predicti vobis dicto serenissimo principi et toti Curie hic congregate, Et comparuerimus die et loco assignatis prout alii ad dictam curiam vocati; alias si contrarium faceretis seu fieret, quod nullatenus credimus, loquendo cum omni reverencia et honore protestamur de jure dicte inclite Comitisse ut tutricis seu dicti Egregii Comitis et dicti heredis et de nullitate curie et omnium que in ea fient et tractabuntur, Certificando quod quicquid fiet seu tractabitur eo casu non potest nec debet in aliquo nocere dicte inclite Comitisse ut tutrici seu dicto Egregio Comiti et dicto heredi et eius hominibus, cum per ipsum seu per nos eorum nominibus non stat nec culpa sui quin admitantur dicta inclita Comitissa ut tutrix seu dictus Egregius Comes et heres predictus ad presentes curias.

Et de hiis ad habendam rei memoriam pro conservacione juris dicti Comitis et dicti heredis petimus nobis prefatis nominibus seu dicte inclite Comitisse ut tutrici fieri publicum et publica instrumenta tot quot voluerimus et pecierimus per vos notarium etc.

Et dicta brachia retinuerunt sibi deliberacionem habendam cum domino Rege an predicte protestaciones et raciones essent in curia admitende necne. Et requisiverunt me dictum prothonotarium et scriptorem huius curie quod de predictis non facerem nec clauderem instrumentum donec deliberatum esset in curia quid in predictis existeret faciendum.

Testibus presentibus Jacobo de Faro consiliario et Francisco des Gau scriptore domini Regis ac Simone Ruvira notario Barchinone.

Et eadem die dictus Podius Cerver procurator et actor dicte Comitisse pallariensis tutricis filii sui predicti Comitis, existens in domo mei prothonotarii scriptoris huius curie, presentibus me dicto notario et Berengario de Pratis licenciato in legibus Stephano Lupeti scriptore, testibus ad hec vocatis, renunciavit expresse protestacionibus et obiectionibus oblatis per eum una cum procuratoribus incliti Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum Comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis ac vicecomitis Cardone et aliorum nobilium eis adherencium malens dicto nomine super premissis cum domino Rege convenire.

Ipsaque eadem die Arnaldus de Castelleto procurator nobilis Raimundi de Angularia cuius est Castrum de Angularia in presencia mei dicti notarii et in domo mea, ac in presencia eciam Francisci des Guau scriptoris domini Regis et Galcerandi de Bagiis civis Barchinone ac Mathei Caso scriptoris dicti Francisci testium advocatorum, fecit similem renunciacionem asserens se nolle amplius protestaciones et obiecciones prosequi memoratas eligens melius cum domino Rege convenire predicto.

Eademque eciam die cum dominus Rex haberet conscienciam quare circa negocia dicte curie personaliter non vacabat, cum ex Dei dono ab infirmitate quam passus fuerat convaluisset, honorabile consilium dicti domini Regis, in quo erant inter alios nobilis Bernardus de Capraria, Bernardus de Ulzinellis Thesaurarius miles legumque doctor, Franciscus Roure legum doctor vicecancellarius et Jacobus de Faro, Consiliarii dicti domini Regis, vocatis ad se Magistro Petro Fos, Magistro Raimundo de Tesaraco et fratre Guillelmo Arnaldi de Ordine minorum magistris in medicina, interrogavit eosdem si idem dominus Rex de infirmitate quam passus fuerat erat in tali disposicione quod sine sue persone periculo circa negocia dicte curie vacare valeret: Et ipsi fisici responderunt quod ipse dominus Rex sic bene per Dei graciam ab infirmitate convaluerat memorata, quod cetero poterat vacare circa negocia dicte curie absque ullo periculo sue persone, Domino concedente.

Et die Jovis die xxx augusti anno predicto cum omnia dicta brachia curie generalis essent in capella palacii Regii Barchinone racione dicte

curie congregate, Et dictus dominus Rex inibi presens vellet ipsis brachiis suam prosicionem facere eis pro quo dictam generalem curiam duxerat convocandam, accesserunt cum debita reverencia ad eundem dominum Regem Guillelmus de Villacuto miles predictus procurator incliti Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum Bernardus de Camporellis procurator et actor Egregie Cecilie Comitisse Urgelli et vicecomitisse Agerensis tutricis et curatricis Egregii Petri Comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis pupilli filii sui, et pro se et procuratoribus predictis et aliis procuratoribus aliorum baronum eis adherencium in protestacionibus et obiectionibus antedictis supplicarunt humiliter dicto domino Regi ut protestacionibus et obieccionibus memoratis, bis superius insertis, suum dignaretur dare responsum.

Et dictus dominus Rex retinuit sibi deliberacionem, videlicet an dicte protestaciones et obiectiones essent in generali curia admitende necne, mandans michi dicto prothonotario et scriptori huius curie generalis quod de predictis protestacionibus et obieccionibus nullum conficerem nec clauderem instrumentum donec idem dominus Rex deliberasset quic super eisdem de racione existeret faciendum.

Et continuo ipse dominus Rex, curiam incipiens generalem, fecit suam proposicionem omnibus Tribus brachiis memoratis, que in efectum, post plura verba pulcre prudenter atque eleganter prolata, tetendit ad contenta in litteris convocacionis presentis curie, que superius inserte sunt, et ad contenta insuper in litteris citacionum, superius insertis, factis dictis inclito Infanti Raimundo Berengarii Comiti Impuriarum et Comiti ac Comitisse Urgelli et vicecomiti Cardone superius expressatis.

Qua proposicione facta, Reverendus Petrus Terrachone archiepiscopus post aliqua verba, que de se dixit pulcre et ornate dicta, pro parte brachii prelatorum Religiosorum personarumque ecclesiasticarum proposicionem domini Regi comendans dixit quod dictum brachium super propositis per ipsum dominum Regem deliberaret solerter et faceret tale responsum super eisdem Deo dante, quod esset Deo placitum et ad dicti domini Regis servicium et sue rei publice utilitatem comunem.

Et pro brachio nobilium et militum et generosorum exsurgentes Nobilis Petrus vicecomes de Vilamuro et Bernardus de Ulzinellis miles legumque doctor, idem Bernardus de Ulzinellis pro dicto brachio retenta modo simili deliberacione dixit in efectum id idem.

Et pro brachio civitatum et villarum atque locorum Regalium Cathalonie exsurgentes Jacobus Cavellerii sindicus una cum aliis predictis civitatis Barchinone et Franciscus de sancto Clemente sindicus cum

alio memorato universitatis civitatis Ilerde, idem Franciscus pro dicto brachio retenta modo simili deliberacione dixit id idem in efectum.

Quibus sic peractis, venerabilis Franciscus Rome legum doctor consiliarius et vicecancellarius dicti domini Regis predicti, ipso domino Rege presente et de mandato suo, dixit et mandavit omnibus brachiis memoratis quod die crastina de mane pro tractatibus dicte curie in dicto domus predicatorum Monasterio interessent.

Qua die veneris, die ultima mensis augusti, de mane, anni predicti, Cum dicte curie generalis brachia absente domino Rege, in domo Concilii Barchinone Monasterii predicatorum predictorum congregata existerent, de mandato dicti domini Regis et eius comissione verbali accesserunt in dicta domo ad brachia antedicta venerabiles Franciscus Rome legum doctor vicecancellarius,.... abbas Arularum, Geraldus de Montebruno Archidiaconus de Culla in ecclesia Dertusensi, Jacobus de Faro et Berengarius vives jurisperiti, consiliarii ipsius domini Regis et ad hec per ipsum dominum Regem specialiter deputati; et cum ipsorum nomine et pocius dicti domini Regis dictus vicecancellarius vellet proponere infrascripta, Guillelmus de Vilagut et Bernardus de Camporellis pro se dictis nominibus et aliis procuratoribus eis adherentibus in protestacionibus antedictis actore et procuratore Nobilium Comitis pallariensis et Raimundi de Angularia cuius est locus de Angularia, qui jamdictis protestacionibus et contentis in ipsis renunciaverant et ab ipsis desisterant exceptis, post aliqua verba verbotenus dicta obtulerunt in scriptis hec que sequuntur.

Cum pridem pro parte inclitorum dominorum Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum ac Cecilie Comitisse Urgelli et vicecomitisse Agerensis tutricis et curatricis prefate necnon nobilium et potencium virorum vicecomitis Cardone et vicecomitis de Castro bono Raimundi de Angularia domini puleri podii et aliorum nobilium virorum eisdem adherencium fuerit propositum quod dicte vocate curie teneri seu celebrari non possunt, imo citacio et vocacio eorundem loquendo semper cum omni reverencia et honore nulla est ipso jure causis et racionibus alias propositis et allegatis, fuitque humiliter postulatum quatenus antequam procederetur ad aliquem actum tangentem curias declaretur rite atque legitime utrum curie locum sibi vendicent isto casu, attentis et consideratis racionibus per eosdem propositis et eciam allegatis, Ideirco petunt et requirunt instanter procuratores et actores inclitorum et nobilium predictorum ne ad eleccionem eorum qui debent cognoscere de suficiencia procuracionum vel alias quovis modo procedatur donec primitus et ante omnia facta fuerit declaracio supradicta,

Alioquin protestantur expresse actores et procuratores prefati quod predictis nullo modo consenciunt nec consentire intendunt imo contradicunt expresse. De quibus predicti procuratores pecierunt fieri tot quot voluerint publica instrumenta.

Et dictus vicecancellarius et alii predicti per dominum Regem deputati mandarunt ex parte dicti domini Regis michi dicto prothonotario et scriptori huius curie quod de predictis non facerem nec clauderem aliquod publicum instrumentum, donec dominus Rex deliberasset quid super premissis existeret faciendum.

Presentibus testibus ad hec vocatis Francisco des Gau scriptore domini Regis, Simone Ruvira notario Barchinone ac Petro de Altariba notario Ilerde.

Post hec vero confestim et eodem instanti dictus vicecancellarius pro se et aliis predictis, per dictum dominum Regem deputatis, ipsis assencientibus et consencientibus, prefati domini Regis nomine requisivit et rogavit brachia antedicta quod, cum negocium domini Regis pro quo presens Curia generalis specialiter convocata et congregata extitit magnam celeritatem requireret, ad hoc ut in dicto negocio ut facti eius exposcit qualitas festinanter procedi valeret, quodlibet ipsorum brachiorum certas personas eligeret cum quibus ipse dominus Rex recognosceret seu facere recognosci posset qui deberent in curia predicta et eius actu recipi, et que procuratoria et qui sindicatus sunt recipiendi vel non.

Et dicta brachia super premissis retinuerunt sibi deliberacionem, rogandum dictum vicecancellarium et alios predictos per dominum Regem ut predicitur deputatos ut eis cederent ad hoc ut melius super predictis deliberare valerent.

Et post paululum eadem die cum dictus vicecancellarius, aliis predictis per dictum dominum Regem deputatis presentibus, et ad dictam domum in qua dicta brachia erant revenisset, ad preces brachiorum predictorum et per predictos Guillelmum de Vilagut et Bernardum de Camporrelles et Petrum de Villalonga procuratores predictos et alios eis adherentes procuratores exceptis illis qui predictis renunciaverant ut prefertur petitum et cum instancia requisitum fuisset quod primo et ante omnia recognosceretur an dicte protestaciones raciones ac excepciones cum eis contente essent admitende necne, dictus vicecancellarius pro se et aliis deputatis predictis ipsius domini Regis nomine dixit, requirens brachia antedicta, quod dictas personas, ad recognoscendum cum dicto domino Rege vel deputandis ab eo dicta procuratoria et sindicatus et qui in dicta curie essent admitendi necne, eligerent; et qui

est cum ipso domino Rege vel ipse dominus Rex de consilio ipsorum viderent et recognoscerent si dicte protestaciones raciones et excepciones debeant admiti vel non. Quoniam, ut ipse vicecancellarius asseruit, dominus Rex vellet quod de omnibus predictis simul cognosceretur, vel eciam vellet ipse dominus Rex quod primo cognosceretur de dictis protestacionibus et racionibus et opposicionibus in eis contentis.

Et eisdem die et hora, cum dicta brachia super eleccione predictorum, videlicet illorum qui cum dicto domino Rege recognoscere debebant qui debebant admiti in curia et que procuratoria et qui sindicatus erant recipiendi vel non concordare non possent, dictus vicecancellarius pro se et aliis deputatis predictis ipsius domini Regis nomine mandavit dictis brachiis ut hora vesperorum in palacio regio Barchinone, racione ipsius eleccionis fiende, infallibiliter interessent.

Qua hora vesperorum, cum in dicto palacio Regio dicta brachia convenissent, per eadem brachia fuerunt electi ad predicta proxime enarrata, videlicet pro brachio ecclesiastico Reverendus Petrus Terrachone Archiepiscopus,.... Abbas gerrensis, Romeus de Cumbis prepositus Terrachone et Raimundus Alberti presbiter de capitulo Gerundensi.

Et pro brachio baronum et militum nobilis Bernardus de So, nobilis Berengarius de Apilia, et Bernardus de Ulzinellis, Berengarius de Podiolo milites.

Et pro brachio Civitatum et Villarum atque locorum Regalium Cathalonie Jacobus de Valle sicca, Berengarius de Pratis licenciatus in legibus, Guillelmus de Vincolis Gerunde et Franciscus Taulerii Perpiniani jurisperiti.

Et fuit mandatum per dictum vicecancellarium, pro se et aliis deputatis predictis ipsius domini Regis nomine, electis duodecim antedictis ut in crastinum hora terciarum essent coram dicto domino Rege in dicto palacio regio ad hoc ut ipse dominus Rex cum ipsis vel de eorum consilio possit facere super predictis quod racionabiliter fuerit faciendum.

Et die sabbati, die prima Septembris anni predicti, omnes duodecim memorati in dicto Regio palacio coram dicto domino Rege una cum deputatis superius nominatis de consilio Regio convenerunt.

Et dictus dominus Rex voluit et mandavit eisdem et cuilibet ipsorum ut unusquisque eorundem juxta eorum bonam conscienciam diceret suam intencionem, si dicta procuratoria et sindicatus erant recognoscendi primitus et ante omnia, vel si cognosceretur prius de excepcionibus et racionibus in dictis protestacionibus expressatis.

Et cum duodecim antedicti non concordantes in unum dictum, set

pocius inter se, allegando raciones quilibet pro sua intencione fundanda, multipliciter altercassent, et recognovissent procuratoria dicti incliti Infantis Raimundi Berengarii vicecomitis Cardone et actoriam Comitisse Urgelli et aliorum eis adherencium in protestacionibus antedictis, exceptis procuratoribus Comitis pallariensis et Raimundi de Angularia cuius est locus de Angularia, qui jamdictis protestacionibus jam renunciaverant ut prefertur, invenerunt quod actor dicte Comitisse tutricis et curatricis dicti Urgelli habebat potestatem comparendi in curiis antedictis et tractandi et consenciendi in eis et non impugnandi easdem nec eciam citacionem factam dicte Comitisse vel Comiti antedicto. Invenerunt eciam quod procuratores dicti incliti Infantis Raimundi Berengarii et vicecomitis Cardone et aliorum eis adherencium in protestacionibus antedictis exceptis procuratoribus Comitis Pallariensis et Raimundi de Angularia domini de Angularia, qui ut prefertur jam renunciaverant dictis protestacionibus, habebant potestatem comparendi in curiis antedictis et tractandi in ipsis sed non impugnandi easdem, habebant tamen potestatem impugnandi citacionem ut in procuratoriis eorum plenius continetur.

Et dictus vicecancellarius, absente domino Rege a camera maiori Palacii Regii Barchinone, ubi erant predicti duodecim congregati cum aliis predictis deputatis, de consilio domini Regis predicti mandavit ipsis xij ut hora vesperorum ipsius diei in eadem camera coram ipso domino Rege compararent racione pretacta.

Qua hora omnes duodecim supradicti, excepto abbate Gerrensi, In dicta camera coram dicto domino Rege congregati fuerunt, presentibus ibi vicecancellario et aliis de consilio dicti domini Regis ut predicitur deputatis, et eciam procuratoribus dictorum Comitum Impuriarum et Urgelli et vicecomitis Cardone pro se et aliis eis adherentibus exceptis predictis procuratoribus Comitis pallariensis et Raimundi de Angularia cuius est locus de Angularia qui jam predictis renunciaverant ut prefertur, ipsi procuratores nominibus predictis in conspectu domini Regis et aliorum de consilio predictorum per eorum advocatos, ad fundandum proposse quod dicta eorum procuratoria erant suficiencia, plures raciones allegari fecerunt. Quibus auditis et habita quadam altercacione super procuratoriis predictis que ibi lecta fuerunt, licet compertum existeret quod actoria dicti Bernardi de Camporellis erat minus suficiens ad impugnandum citacionem et Curiam predictas, declaravit ipse dominus Rex de consilio et assensu deputatorum predictorum quod alii procuratores predicti juxta potestatem eis traditam poterant dictam citacionem et Curiam impugnare, et de gracia concessit dicto actori

Comitisse Urgelli predicte quod ipsas citacionem et curiam posset modo simili impugnare.

Et ibidem dictus vicecancellarius nomine dicti domini Regis ibi presentis dixit predictis procuratoribus quod super principali videlicet super ipsis impugnacionibus dicerent et allegarent ea que dicere et allegare vellent.

Et ipsi procuratores seu advocati eorum, ex eo quare ad plenum super illa materia non studuerant, suplicarunt dicto domino Regi ut aliam diem assignaret eisdem ad proponendum et allegandum raciones predictas.

Et dictus dominus Rex mandavit eis ut die lune proxime de maue essent coram eo ad proponendum et allegandum raciones quas super ipsis impugnacionibus proponere et allegare vellent et alias ad procedendum in predictis prout fuerit racionis.

Qua die lune, que erat tercia dies Septembris anni predicti, omnes duodecim antedicti coram dicto domino Rege, prenominati et deputati ab eo de suo consilio, ac procuratores predictorum Comitum Impuriarum et Urgelli vel ipsius tutricis et curatricis actor et vicecomitis Cardone nominibus suorum principalium constituencium et aliorum eis adherencium exceptis procuratoribus dictorum Comitis pallariensis et Raimundi de Angularia cuius est locus de Angularia ut prefertur cum eorum advocatis comparuerunt. Et ad fundandum intencionem eorum procuratorum fuerunt per advocatos eorundem alique raciones proposite et eciam allegate. Quibus fuit similiter verbo responsum per Jacobum de Faro advocatum fiscalem pro parte domini Regis predicti. Et habita quadam altercacione inter eos, ex eo quare erat dies alta dominus Rex mandavit predictis duodecim deputatis et procuratoribus predictis et aliis ibi ut predicitur congregatis ut hora vesperorum eiusdem diei essent coram eo ad procedendum ut juris fuerit in predictis.

Qua hora vesperorum, predicti duodecim deputati et alii de consilio dicti domini Regis deputati ad hec, una cum procuratoribus predictorum Comitum Impuriarum et Urgelli vel actore ipsius tutricis et curatricis et vicecomitis Cardone cum suis advocatis nominibus suorum principalium constituencium et aliorum eis adherencium ipsis procuratoribus Comitis pallariensis et Raimundi de Angularia domini de Angularia ut predicitur exceptis, comparuerunt coram domino Rege predicto. Et existens ibi nobilis Bernardus de Capraria, antequam ad alium actum procederetur, idem nobilis Bernardus supplicavit eidem domino Regi ut, cum tractatum esset quod ipse nobilis et dicti Comites Impuriarum et Urgelli et vicecomes Cardone et aliis eis adherentibus deberent pro

habendis iustis in certis locis convenire, quod placeret eidem domino Regi pro bono negociorum dicte curie supersedere ad declarandum predicta donec dicte iuste habite fuissent inter superius nominatos.

Et dictus dominus Rex concessit et voluit supersederi in predictis donec dicte iuste habite fuissent.

Que siquidem iuste efectum minime habuerunt.

Et die quarta Septembris anni predicti M.[i] CCC.[i] Quinquagesimi octavi coram dicto vicecancellario comparuerunt dicti Guillelmus de Vilacuto Bernardus de Camporrellis ac Petrus de Villalonga procuratores qui supra. Et de dicta comparicione ac protestacione per ipsos facta constat per publicum instrumentum cuius tenor talis est.

Noverint universi quod die quarta Septembris anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo, Illustrissimo domino nostro Rege in suo Regio palacio Barchinone personaliter existente, in presencia mei scriptoris et notarii ac testium subscriptorum In Regia audiencia, que in dicto palacio in loco assueto publice tenebatur, coram honorabili viro Francisco Roma legum doctore consiliario et vicecancellario ipsius domini Regis in ipsa audiencia presente comparuerunt venerabilis Bernardus de Camporrellis et Guillelmus de Villacuto milites ac Petrus de Villalonga domicellus procuratores, ut asseruerunt, inclitorum dominorum et nobilium subscriptorum, et in personam Regiam presentarunt eidem venerabili vicecancellario quandam cedulam papiream scriptam, cuius tenor noscitur esse talis.

Cum vos magnificus princeps et dominus, dominus Petrus, Dei gracia Rex Aragonum etc., ultra litteras per quas celebracionem Curiarum notificastis inclitis dominis Infanti Raimundo Berengarii Comiti Impuriarum et Cecilie Comitisse Urgelli ut tutrici et curatrici Egregii viri Petri Comitis Urgelli filii sui et nobili vicecomiti Cardone, citando eos ut in dicta celebracione curiarum interessent, citaveritis per alias vestras litteras dictos inclitos et nobilem ut xxvj die, computanda a tempore presentacionis dictarum litterarum, comparerent in dictis curiis ad proponendum et allegandum raciones si quas haberent quominus tenerentur vel essent stricti ad faciendum id quod vos, dominus Rex, petitis et habere intenditis ab eis et eorum hominibus racione guerre quam habetis cum Rege Castelle, Notificando eis quod dictas raciones proponerent si sua putaverint interesse, que dies fuit eis peremptorie assignata prout hec omnia clare in dictis litteris continetur; Et cum, serenissime princeps et domine, Guillelmus de Villacuto Bernardus de Camporrellis milites et Petrus de Villalonga procuratores et actores dictorum inclitorum et nobilis proposuerint et allegaverint in

presencia vestre Regie magestatis plures justas et suficientes raciones, quare, cum vestri reverencia et honore loquendo, vocacio dictarum curiarum est facta minus debite et injuste et prout fieri non debet juxta usaticos constituciones et usancias generales Cathalonie, proposuerint eciam alias raciones tangentes nullitatem dictarum Curiarum, prout hec large continentur in requisicionibus et protestacionibus jam vestre regie magestati oblatis ac presentatis, in quibus dicte raciones largissime sunt expresse, et de istis racionibus nullitatis cum mere preiudiciales existant sit primitus cognoscendum et pronunciandum, et ita aparet quod talis intencio existit omnium ad dictas Curias vocatorum, et pendente cognicione dictarum racionum dictum tempus xxvj dierum de iure currere non debeat, cum dicta citacio fuerit facta ad comparendum in curiis et curie dici seu nominari non possint donec de dictis racionibus sit cognitum et pronunciatum; Idcirco dicti procuratores in excusacionem dictorum suorum principalium protestant quod dictum tempus xxvj dierum eis non currat, quousque de dictis racionibus et exempcionibus tanquam de preiudicialibus fuerit cognitum et decisum, Cum ita de jure fieri debeat et eciam racione. De quibus etc. Et cum ego scriptor et notarius subscriptus ad requisicionem procuratorum jamdictorum vellem legere ipsam cedulam coram dicto venerabili vicecancellario et aliis de consilio dicti domini Regis ibidem presentibus, dictus honorabilis vicecancellarius dixit quod habebat ipsam pro lecta pro parte domini Regis; Tamen quod facerent fidem de eorum procuratoriis antequam ad alia procederetur, assignando et continuando eisdem crastinam diem tunc inmediate sequentem ad comparendum coram ipso et faciendum fidem de ipsis procuratoriis. Quibus sic peractis, procuratores jamdicti requisiverunt de predictis omnibus eis fieri et tradi per me subscriptum scriptorem et notarium publicum publica instrumenta, presentibus testibus Reverendo fratre Berengario abbate Arularum, nobili Berengario de Apilia, venerabilibus Pauqueto de Pulcro castro milite, Geraldo de Monte bruno Archidiacono de Culla, et pluribus aliis de consilio dicti domini Regis.

Et die quinta sequenti Septembris anno predicto in audiencia predicta coram ipso venerabili vicecancellario comparuerunt venerabiles Petrus de Villalonga domicellus predictus et Asberrus de Castro veteri ac Raimundus de Nogaria jurisperitus, qui ad faciendum fidem de eorum procuratoriis obtulerant et presentarunt ipsi venerabili vicecancellario et michi dicto scriptori et notario tradiderunt quedam instrumenta publica tenoris sequentis.

Noverint universi quod Nos Infans Raimundus Berengarii Illustris-

simi domini Jacobi bone memorie Regis Aragonum filius Comes Impuriarum, Attendentes nos nuper constituisse procuratores nostros dilectos nostros Guillelmum de Villacuto militem consiliarium nostrum et Asbertum de Castro veteri domicellum de domo nostra ad comparendum protestandum tractandum et alia que incumbunt faciendum in curia, quam nunc noviter Illustrissimus princeps et dominus, dominus Petrus, Dei gracia Rex Aragonum dominus ac nepos noster carissimus tenet et celebrat Cathalanis in Civitate Barchinone, et hoc sub protestacionibus quod nos non tenemur nec sumus astricti in dictis curiis vel curia vel aliis parlamentis, ut Comes Impuriarum predictus propterlibertates franquitates et inmunitates dicti Comitatus nostri Impuriarum, simus penitus et omnino liberi inmunes ac eciam quitii a comparicione curiarum predictarum et aliarum quarumcunque, licet nos et predecessores nostri Comites Impuriarum pro aliis locis terris et castris que habemus et habebant in Cathalonia consueverimus et consueverint in dictis Curiis comparere, Attendentes eciam dictum dominum Regem nos citasse per alias suas litteras et nobis dessignasse xxvj dies, numerandos a presentacione litterarum, ad proponendum dicendum ostendendum et allegandum raciones et jura siqua habemus et nobis competunt quavis racione vel causa in et super et contra declaracionem quam idem dominus Rex petere et facere fieri intendit, videlicet ad quid nos et subditi nostri sumus ipsi domino Regi racione guerre quam habet cum Rege Castelle astricti et obligati, Ea propter sub dicta protestacione quod in dictis Curiis pro nobis ut pro Comite Impuriarum et pro Comitatu nostro predicto non compareatis tractetis vel intersitis, sed tamen pro aliis terris et locis nostris que habemus in Cathalonia, quod eciam nos tenore presentis publici instrumenti protestamur et retinemus expresse, vos dictos Guillelmum de Villacuto et Asbertum de Castro veteri constituimus procuratores nostros certos et speciales et quemlibet vestrorum insolidum, Ita quod non sit pocior condicio negocium primitus occupantis, ad proponendum allegandum dicendum et hostendendum de jure nostro et subditorum nostrorum in castris et locis nostris in Cathalonia sitis domiciliatorum et populatorum, dicto tamen Comitatu nostro et subditis nostris ibidem degentibus semper a predictis exceptis et exemptis, Et ad omnia alia faciendum que in predictis et circa ea utilia et necessaria fuerint ac eciam opportuna et que nos facere possemus si presentes essemus. Quoniam nos damus et concedimus vobis dictis procuratoribus nostris et utrique vestrorum insolidum super predictis plenam et liberam potestatem et comitimus plenarie vices nostras, Promittentes notario infrascripto, ut publice persone hec

a nobis nomine omnium illorum quorum interest et intererit legitime stipulanti et recipienti, nos ratum gratum et firmum perpetuo habere quicquid per vos dictos procuratores nostros et quemlibet vel alterum vestrorum in predictis et circa predicta actum fuerit sive gestum, et nullo tempore revocare. Actum est hoc in loco de Martorello xxix die augusti anno a nativitate Domini Millesimo CCC°. Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum predicti, qui hec firmamus et laudamus. Testes huius rei sunt Bernardus Surdi miles Berengarius de Pontonibus et Aznar de Arbore de domo dicti domini Infantis. Eg  o Petrus Pastoris notarius publicus auctoritate Illustrissimi domini Regis Aragonum per totam terram et dominacionem predictis interfui hecque scripsi et clausi.

Noverint universi quod Nos Hugo, Dei gracia vicecomes Cardone, Attendentes nos nuper constituisse procuratores nostros venerabiles Berengarium de Podiolo militem, Petrum de Brolio Petrum de Villalonga et Raimundum de Nogaria jurisperitum ad comparendum nomine protestandum tractandum et alia que incumbunt faciendum in curia quam nunc noviter Illustrissimus princeps et dominus, dominus Petrus, Dei gracia Rex Aragonum tenet et celebrat Cathalanis in civitate Barchinone, Attendentes eciam dictum dominum Regem nos citasse per suas litteras et nobis assignasse viginti sex dies, numerandos a presentacione litterarum, ad proponendum dicendum ostendendum et allegandum raciones et jura siqua habemus et nobis competunt quavis racione vel causa in et super contra declaracionem quam idem dominus noster Rex petere et facere fieri intendit, videlicet ad quid nos et subditi nostri sumus ipsi domino Regi, racione dicte guerre quam habet cum Rege Castelle, astricti et obligati; Ea propter nos dictus Hugo cum presenti publico instrumento, non innovando procuracionem jamdictam set pocius ipsam et omnia et singula per ipsos aut alterum eorum vigore ipsius procuracionis acta gesta et processa, facimus constituimus et ordinamus certos et speciales procuratores nostros vos, dictos venerabiles Berengarium de Podiolo militem, Petrum de Brolio, Petrum de Villalonga et Raimundum de Nogaria jurisperitum et quemlibet vestrorum insolidum, Ita quod occupantis condicio pocior non existat sed quod per unum vestrorum inceptum fuerit per alium prosequi valeat et finiri, ad proponendum nomine nostro et pro nobis causas et raciones quas habemus et nobis competunt et competere possunt et debent, tam

adversus citaciones jamdictas quam contra proposita vel proponenda per Illustrissimum dominum Regem jamdictum aut alias quasvis personas contra nos vel subditos nostros aut jura nostra vel ipsorum, Et ad allegandum dicendum et ostendendum de jure nostro et subditorum nostrorum, Et ad omnia alia et singula faciendum obiciendum excipiendum tractandum et procurandum, proponendum et consenciendum, ac eciam contradicendum, que in premissis et circa premissa facienda fuerint et necessaria ac eciam opportuna et que nos facere possemus si presentes essemus, Salvis tamen semper in omnibus et per omnia juribus et libertatibus privilegiis ac franquitatibus nostris terrarum et subditorum nostrorum, quoniam nos salvis retencionibus antedictis super predictis et singulis damus et concedimus vobis, dictis procuratoribus nostris et cuilibet vestrorum insolidum, plenam ac liberam potestatem et comitimus plenarie vices nostras cum libera ac generali administracione, Promittentes vobis et notario infrascripto, tanquam publice et legitime persone hec a nobis nomine vestri et omnium illorum quorum interest et intererit ac potest vel poterit interesse stipulanti legitime recipienti, nos ratum gratum et firmum habere tenere et observare quicquid per vos dictos procuratores nostros aut alterum vestrorum in predictis et circa predicta actum gestum fuerit seu eciam procuratum, et nullo tempore revocare contrafacere vel venire aliqua racione, sub bonorum nostrorum omnium ypotheca. Quod est actum in loco de Martorello, xxx die mensis augusti anno a nativitate Domini M°. CCC° L°. Octavo. Sig ✠ num nostri Hugonis, Dei gracia vicecomitis Cardone predicti, qui hec concedimus et firmamus. Testes huius rei sunt venerabiles Bartholomeus de Falchs, Raimundus de Pinello et Petrus de Brolio, domicelli.

Sig  num mei Berengarii de Vineis de Cardona, Regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum, qui in predictis interfui, et hec scripsi et clausi.

Quibus productis et oblatis, ipse venerabilis vicecancellarius dixit quod ipse ex parte domini Regis continuabat diem xxvj augusti predictis inclitis et nobilibus, superius assignatam, ad diem primam qua curie per ipsum dominum Regem et alios de ipsa curia celebrabuntur. De quibus omnibus procuratores jamdicti requisiverunt eis fieri et tradi publicum et publica instrumenta in testimonium premissorum, Tes-

tibus presentibus jamdicto reverendo fratre Berengario abbate de Arulis, Nobilibus Bernardo de Sono, Berengario de Apilia, venerabilibus Pauqueto de Pulcro castro milite, Eximino sancii de Ribavallosa, Ermengaudo Martini, Francisco Taulerii et Petro Vallespirii ac pluribus aliis.

Sig ✠ num mei Jaufridi de Ortigiis, scriptoris audiencie Illustrissimi domini Regis predicti et eiusdem auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem suam, qui predictis interfui scribi feci et clausi.

Die veneris autem que erat septima dies mensis Septembris anni predicti, presentibus domino Rege in camera maiori sui palacii Regii Barchinone, et cum eo predictis Francisco Roure vicecancellario, abbate Arularum, Geraldo de Montebruno Archidiacono de Culla in ecclesia Dertusensi, Jacobo de Faro et Berengario Vives, consiliariis dicti domini Regis et per eundem ad hec deputatis, et presentibus eciam undecim ex dictis duodecim deputatis per dicte Curie brachia, cum Berengarius de Podiolo unus ex dictis duodecim per dicta brachia deputatis ibi non adesset, licet citatus fuisset ex Regio mandato per Petrum de Podiolo porterium regium in domo ubi ipse Berengarius hospitabatur, ut ipse portarius, cui per dictum dominum Regem mandatum extitit ut ipsum citaret, retulit michi dicto prothonotario et scriptori presentis generalis Curie, auditis racionibus advocatorum predictorum procuratorum Comitum Impuriarum et Urgelli et vicecomitis Cardone et aliorum eis adherencium in dictis protestacionibus et obiectionibus, exceptis ut predicitur procuratoribus Comitis pallariensis et Raimundi de Angularia domini de Angularia, qui ut prefertur renunciarunt, habitisque aliquibus altercacionibus inter eos, quare erat alta dies nichil de mane fuit decisum in negocio preconcepto.

Eodem vero die hora vesperorum, presentibus in eadem camera domino Rege predicto et prenominatis de consilio suo ac xij omnibus antedictis per dicta brachia deputatis, necnon Guillelmo de Villacuto procuratore Comitis Impuriarum, Bernardo de Camporrellis procuratore Comitis Urgelli vel eius matris tutricis et curatricis prefate, ac Petro de Villalonga procuratore vicecomitis Cardone, Jacobo de Meya procuratore Raimundi de Angularia domini de Pulcro podio, Berengario de Vilaleons procuratore Guillelmi Galcerandi de Rocabertino, Berengario de Montepavone procuratore Dalmacii de Queralto, Bernardo de Monte acuto procuratore Guillelmi Raimundi de Cervilione, Jaufrido de Castro Oulino procuratore Raimundi Alamanni de Cervilione, Gombaldo de Camporrellis procuratore Gombaldi de Angleola, et Poncio de

Corrego procuratore Periconi de Cardona, absente tamen inde procuratore vicecomitis Castri boni cum non comparuisset licet citatus fuisset regio mandato in hospicio ubi hospitabatur per Petrum de Podiolo porterium domini Regis ut ipse porterius fidem fecit michi dicto prothonotario et scriptori huius curie generalis, dictus dominus Rex de consilio omnium duodecim predictorum nemine discrepante protulit super premissis suam declaracionem, ut sequitur.

In nomine Domini. Nos Petrus, Dei gracia Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie, visis et examinatis racionibus in scriptis coram nobis in generali curia pro parte dictorum baronum contra ipsam Curiam propositis et obiectis, habitoque super eisdem cum dictis xij de dicta curia electis et cum sapientibus in jure maturo consilio et digesto cum consilio et assensu duodecim predictorum nemine discrepante, pronunciamus et declaramus vocacionem presentis curie valere et tenere, et vocatos ad eam arctari, necnon curiam generalem fieri et tenere debere super et pro predictis juxta constituciones Cathalonie generales non obstantibus propositis ex adverso.

Presentibus testibus Bernardo de Thous, Francisco de Perilionibus Camerlengo, Berengario de Pau et Ferrario de Minorisa militibus, Consiliariis dicti domini Regis.

Quaquidem pronunciacione facta et publicata, dictus vicecancellarius de mandato dicti domini Regis inibi presentis dixit predictis duodecim deputatis ut die lune proxima essent in palacio Regis predicto pro examinandis et recognoscendis procuratoriis et sindicatibus memoratis.

Que die lune, que erat x dies mensis Septembris anni proxime dicti, presentibus in camera predicta maiori palacii regii Barchinone dicto vicecancellario et aliis per dominum Regem et de suo consilio deputatis ac undecim ex predictis xij deputatis, cum Bernardus de Sono esset absens licet citatus fuisset regio mandato per Petrum de Podiolo porterium regium ut ipse porterius retulit michi dicto prothonotario et scriptori huius curie generalis, inceperunt ad recognoscendum et examinandum procuratoria et sindicatus predictos. Et cum recognovissent aliquos ex dictis sindicatibus, comparuerunt Ombertus de Castro veteri procurator Incliti Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum, et Bernardus de Camporrellis actor dicte Comitisse Urgelli tutricis et curatricis Comitis Urgelli, et Petrus de Villalonga procurator vicecomitis Cardone; et obtulerunt in scriptis quandam cedulam sequentem seriem continentem.

Excellencia vestre regie dignitatis, serenissime princeps, pridem

scripsit per suas litteras, datas Gerunde septima die mensis augusti anni presentis, inclitis Infanti Raimundo Berengarii Comitis Impuriarum, Cecilie Comitisse Urgelli ac vicecomitisse Agerensi tutrici et curatrici egregii viri Petri Comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis nati sui, necnon Nobili vicecomiti Cardone, quod clemencia vestra volebat videre et deliberare in Generalibus Curiis, quas celebrare disposuit xxv die mensis augusti predicti, ad quid prefati Comites et vicecomites tenentur vobis domino Regi pro defensione ac tuicione Regnorum et terrarum vestrarum racione guerre, quam Rex Castelle vobis movit et facit injuste; ac ob hoc mandatis inclitis Infanti, Cecilie, et nobili vicecomiti supradictis, quatenus certa die contenta in litteris antedictis comparerent in dictis curiis propositurí et allegaturi de jure eorum si sua interesse putarent, prout continetur seriosius in litteris memoratis. Verum cum predicta contenta in prefatis litteris sint posita adeo generaliter et confuse, quod inde nulla dari congrua responsio seu certa declaracio sequi posset, Idcirco Guillelmus de Vilagut miles ac procurator dicti incliti Infantis, Bernardus de Camporellis miles et actor seu procurator inclite Cecilie tutricis et curatricis predicte, Necnon Petrus de Villalonga domicellus et procurator nobilis vicecomitis memorati, ac eorum quilibet quibus supra nominibus, cum eis humilitate et reverencia quibus possunt, petunt et requirunt instanter contenta in litteris antedictis specificari et declarari, ac de specificacione ac declaracione eis et eorum cuilibet dari copiam et transumptum, ut in et super eisdem melius deliberare valeant et respondere, ac facere quod justicia suadebit; et hec quidem pro jure principalium suorum proponunt et allegant debere fieri, eaque concedi et fieri petunt antequam ad alia procedatur, Salvo tamen et retento quod adhuc pro jure dictorum principalium suorum possint plura proponere excipere petere et allegare semel et pluries suis loco et tempore oppertunis.

Et post paululum, cum ad aures Petri Ça costa baiuli Cathalonie generalis ac procuratoris fiscalis dicti domini Regis pervenisset dictos procuratores prefatam cedulam presentasse, peciit de contentis in ea copiam sibi dari, que sibi fuit dari concessa per vicecancellarium supradictum, et que eciam fuit sibi tradita per me prothonotarium et scriptorem huius curie generalis.

Et cum esset alta dies, dictus vicecancellarius nomine dicti domini Regis mandavit predictis duodecim per dicta brachia deputatis ut hora vesperorum eiusdem diei compararent in dicta camera pro recognoscendis procuratoriis et sindicatibus supradictis.

Qua hora vesperorum, presente dicto domino Rege in eadem camera

ac aliis de suo consilio deputatis, omnes duodecim per dicta brachia deputati in dicta camera convenerunt et cum eodem domino Rege ad recognoscendum procuratoria et sindicatus modo simili processerunt. Et cum super eadem recognicione inter se quodam modo altercassent et esset hora tarda, dictus dominus Rex mandavit predictis duodecim ut in crastinum hora terciarum predicta de causa in dicta camera convenirent.

Qua die, scilicet die martis xj die Septembris anni predicti, Presentibus omnibus duodecim supradictis per dictam Curiam electis seu deputatis coram dicto domino Rege, idem dominus Rex cum eisdem processit ad continuacionem recognicionis dictarum procuracionum et sindicatuum. Tandem cum aliqua procuratoria recognovissent fuit sequta aliqua altercacio inter predictos, et nichil pro tunc super eadem recognicione extitit difinitum. Set dictus dominus Rex mandavit dictis duodecim ut hora vesperorum eiusdem diei coram eo in dicta camera comparerent.

Et eadem die, dicta vesperorum hora, omnes xij antedicti in dicta camera coram ipso domino Rege personaliter convenerunt, et post multas altercaciones inter predictos factas super recognicione procuracionum incliti Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum, vicecomitis Cardone, vicecomitis Castri boni, Dalmacii de Queralto, Gombaldi de Angularia, Guillelmi Galcerandi de Rocabertino, Guillelmi Raimundi de Cervilione, Petri de Cardona domini de Torano, Raimundi Alamanni de Cervilione, dictus dominus Rex de consilio et assensu duodecim predictorum electorum, nemine discrepante, fecit suam declaracionem super non admitendis procuratoriis predictorum in modum sequentem.

Com aquesta Cort sia apellada per lo cas contengut en les letres de la citacio de la cort e no per als, per ço declaram que segons la constitucio de Perpenya los procuratoris dels damunt prop nomenats no son bastants ne suficients a reebre. Entenem empero que pugnen allegar de lur dret sobrel punt per que es la Cort apellada en la cort; mas la clausula del procuratori qui diu que per los enamichs lurs qui son en nostra cort e del denegament del guiatge, donam per nulla e per insuficient.

Quequidem pronunciacio vel declaracio fuit facta in dicta camera presentibus testibus Artaldo de Focibus, Bernardo de Thous, Matheo Mercerii et Francisco de Perilionibus.

Et dictus dominus Rex mandavit predictis xij deputatis ut in crastinum, hora terciarum, comparerent in dicta camera ad procedendum

in examinacione aliorum procuratoriorum et sindicatuum predictorum.

Qua die mercurii, que erat xij dies mensis Septembris anni predicti, fuerunt congregati omnes predicti xij deputati, excepto Jacobo de Vallesicca qui non comparuit licet citatus esset per Petrum de Podiolo porterium domini Regis prout idem Petrus de Podiolo fidem fecit.

Et continuando dictam curiam, cum esset alta dies dominus Rex predictus mandavit dictis xij ut hora vesperorum diei eiusdem comparerent coram eo in camera supradicta.

Qua hora vesperorum eiusdem diei comparuerunt coram dicto domino Rege omnes xij supradicti; et cum recognosvissent aliqua procuratoria et sindicatus aliquos et essent sero, idem dominus Rex mandavit predictis xij deputatis ut in crastinum hora terciarum comparerent coram eo in camera supradicta.

Qua die jovis, que erat xiij dies Septembris prefati anni, comparuerunt coram ipso domino Rege omnes xij deputati, excepto Jacobo de Vallesicca qui non comparuit licet fuisset citatus per Petrum de Podiolo porterium dicti domini Regis ut idem porterius fecit fidem.

Et recognitis aliquibus ex procuratoriis et sindicatibus supradictis, cum aliquandiu altercassent super procuratorio vel actoria Egregie Cecilie Comitisse Urgelli tutricis et curatricis Comitis Urgelli filii sui, dominus Rex super admissione dicte actorie fecit suam declaracionem quam scribi jussit in dorso dicte actorie per hunc modum. Fuit admissum eo quare actus advocacionis curie tangit principaliter filium suum et terras eiusdem. Intendit tamen dominus Rex quod amodo in curiis nullum admitatur procuratorium, in quo potestas limitata detur nec ultra formam constitucionis generalis edita in curia generali in Perpiniano celebrata.

Et ibidem dictus dominus Rex mandavit quod omnia brachia dictarum curiarum congregarentur coram eo in dicta camera hora vesperorum eiusdem diei ad audiendum qui ex sindicis et procuratoribus dictarum curiarum juxta suficiencia mandatorum eorum admiti debebant in dictis Curiis vel repelli, et fecit fieri quandam preconitzacionem tenoris sequentis.

Ara hoiats que mana lo senyor Rey a tots prelats e persones ecclesiastiques, Richs homens Cavallers e homens de paratge, e a sindichs e procuradors de universitats de Ciutats e de viles reals de Cathalunya, E a tots altres convocats a les Corts generals quel senyor Rey celebra en la Ciutat de Barchinona als Cathalans, que vuy que es xiij^en dia de Setembre en ora de vespres compareguen devant lo dit senyor en lo seu palau de la Ciutat de Barchinona per raho de les dites Corts.

Et Jacobus Clos, qui in Civitate Barchinone predictam preconitzacionem fecit, retulit se predictam preconitzacionem fecisse per loca assueta preconitzaciones fieri in civitate eadem.

Qua hora vesperorum, presente domino Rege in camera supradicta, comparuerunt coram eo omnia brachia dictarum Curiarum; et ibidem, post aliqua verba per Franciscum Roure legum doctorem et vicecancellarium domini Regis nomine ipsius domini Regis super infrascriptis prolata, dictus dominus Rex mandavit publicari quandam pronunciacionem per eum ordinatam super opposicione facta per procuratores Comitum Impuriarum et Urgelli et vicecomitis Cardone et aliorum eis ut premititur adherencium; quam legi et publicari jussit per me prothonotarium huius curie scriptorem, cuius declaracionis tenor sequitur in hunc modum.

In nomine Domini, Nos Petrus, Dei gracia Rex Aragonum etc., Visis et examinatis racionibus in scriptis coram nobis et in generali curia per partem dictorum baronum contra ipsam curiam propositis et obiectis, habitoque super eisdem cum dictis duodecim de dicta curia electis et cum sapientibus in jure maturo consilio et digesto cum consilio et assensu xij predictorum nemine discrepante, pronunciamus et declaramus vocacionem presentis curie valere et tenere et vocatos ad eam artari necnon Curiam generalem fieri et teneri debere super et pro predictis juxta constituciones Cathalonie generales, non obstantibus propositis ex adverso.

Presentibus testibus Bernardo de Thous, Francisco de Perilionibus Camerlengo, Berengario de Pau et Ferrario de Minorisa militibus, consiliariis dicti domini Regis.

Et incontinenti, ipsa declaracione publicata, dictus dominus Rex mandavit modo simili publicari declaracionem per eum factam una cum dictis xij deputatis super admissione vel repulsa procuratorum et sindicorum predictorum et eorum procuratorium vel sindicatuum per me infrascriptum prothonotarium et scriptorem huius curie in modum sequentem.

Procuratorium Episcopi Ilerdensis est suficiens propter infirmitatem.

Procuratorium Episcopi Gerundensis insuficiens, quare non exprimit causam nec juravit.

Procuratorium Episcopi Barchinonensis, insuficiens quare non habet speciale mandatum.

Abbatis sancti Johannis de Abbatissis,
Abbatis Populeti,
Abbatis sancti Cucuphati Vallensis,
Abbatis Balneolarum,
} Monasteriorum insuficiencia, quare pecant in forma.

Capituli Sedis Ilerde insuficiens, quare procurator qui est presens est procurator Episcopi.

Procuratoria	Capituli Barchinonensis, Capituli Gerundensis, Capituli Vicensis,	Suficiencia.

Procuratorium abbatis Monasteriis de Scarpio insuficiens, quare non comparuit die prefixa.

Procuratorium Infantis Ferdinandi suficiens.

Comitisse Urgelli tutricis Comitis Urgelli filii sui fuit admissum, eo quare actus convocacionis curie tangit principaliter filium suum et terras eiusdem. Intendit tamen dominus Rex quod amodo in curiis nullum admitatur procuratorium in quo potestas limitata detur nec ultra formam constitucionis.

Vicecomitis de Evolo, Nobilis Margarite de Cardona tutricis Periconi de Cardona filii sui, Nobilis Raimundi de Scintillis,	Suficiencia.

Nobilis Raimundi de Angularia suficiens propter infirmitatem juratam, sed propter alias causas esset repellendum.

Infantis Petri, Raimundi de Angularia domini de Angularia, Petri Galcerandi de Pinosio,	Insuficiencia quare peccant in forma.

Infantis Raimundi Berengarii, Vicecomitis Cardone, Vicecomitis Castri boni, Dalmacii de Queralto, Gombaldi de Angularia, Guillelmi Galcerandi de Rocabertino, Guillelmi Raimundi de Cervilione, Petri de Cardona domini de Torano, Raimundi Alamanni de Cervilione, Insuficiencia racione declaracionis per dominum Regem facte, que talis est: Com aquesta cort sia apellada per lo cas contengut en les letres de la citacio e no per als, per ço declaram que segons la constitucio de Perpenya quels procuratoris no son bastant, ni suficients a reebre. Entenem empero que pugnem allegar axi com a part de lur dret sobrel punt per que es la cort appellada en la cort; mas la clausula dels procuratoris, qui diu que per los enemichs lurs qui son en nostra cort e del denegament del guiatge, donam per nulla e per insuficient.

Comitis Ausonie insuficiens, quare die prefixa curie non exibuit instrumentum procuracionis.

Comitisse Pallariensis Tutricis Comitis Pallariensis filii sui insuficiens, quare non habet potestatem ad curias.

Sindicatus civitatis Barchinone, Civitatis Ilerde, Civitatis Gerunde, Civitatis Minorise, Ville Perpiniani, Ville Cervarie, Ville Franche pe-

nitensium, Ville Podii Ceritani, Ville Berge, Ville Aqualate, Ville Apiarie, Ville Turricelle de Montegrino, Ville de Figueriis, Ville Franche Confluentis, Ville Bisulduni, Ville sancti Petri de Auro, Ville de Arbucio, sunt suficientes.

Ville Campirotundi, Loci de Regali, Loci de Capra, Loci de Foresio, Insuficientes, quare non comparuerunt infra tempus prefixum curie.

Presentibus testibus Matheo Mercerii milite Camerlengo, Francisco Roure legum doctore vicecancellario, Geraldo de Montebruno Archidiacono de Culla in ecclesia Dertusensi, Jacobo de Faro, domini Regis consiliariis.

Et hiis publicatis procuratores dictorum Comitum Impuriarum et Urgelli et vicecomitis Cardone et aliorum eis adherencium pecierunt de predictis pronunciacionibus et declaracionibus copiam eis dari.

Et dictus dominus retinuit sibi deliberacionem an de predictis deberent dari copie parti contradicenti nec ne.

Post hec dictus dominus Rex mandavit dictis brachiis ea rogantes ut, cum Rex Castelle esset prope frontarias Regni sui et propterea esset sibi necessarium has curias citius expedire, quod incontinenti suos eligerent tractatores ut moris est fieri in curiis generalibus Cathalonie principatus.

Et incontinenti fuit pro parte dictorum procuratorum Comitum Impuriarum et Urgelli et vicecomitis Cardone coram ipso domino Rege et brachiis predictis verbotenus dictum ut, cum eorum principales essent vocati et citati ad proponendum et allegandum de jure suo in curia et non coram tractatoribus eligendis et ad audiendum judicium in curia, quod judicium debebat fieri in curia omnibus presentibus et non ad partem per tractatores, suplicarunt dicto domino Regi ut taliter provideret quod super predictis non eligerentur tractatores sed quod in curia faceret id quod super predictis existeret faciendum.

Et dictus dominus Rex retinuit sibi deliberacionem an proxime allegata sint admitenda necne.

Et cum dicta brachia non possent de tractatoribus convenire et esset hora tarda, dictus dominus Rex mandavit predictis brachiis ut in crastinum hora terciarum convenirent in domo predicatorum Barchinone pro concordando super eligendis tractatoribus antedictis.

Qua die veneris, que erat xiiij dies Septembris anni eiusdem, omnia Tria brachia convenerunt in Monasterio predicatorum Barchinone; et dictus dominus Rex accessit ad domum Concilii Civitatis Barchinone in dicto Monasterio constitutam, in qua omnia tria brachia convenerunt. Et dictus dominus Rex mandavit eisdem quod, cum Rex Castelle

esset circa confines Regni sui Aragonum cum peditum et equitum magna multitudine et vellent Regnum Aragonum invadere et propterea huius facti expedicio celeritatem requireret, confestim dictos eligerent tractatores.

Et dicta brachia scilicet quidlibet per se retinuerunt sibi deliberacionem super eleccione tractatorum ipsorum, et dominus Rex confestim cessit brachiis predictis ut melius super predictis deliberare valerent.

Et post recessum prefati domini Regis incontinenti procuratores prefati infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum et actor dicte Comitisse Urgelli tutricis et curatricis predicte necnon procuratores dicti vicecomitis Cardone, Raimundi de Angularia cuius est Castrum de Bello podio, ac Petri de Cardona cuius est locus de Torano, obtulerunt dictis brachiis quid sequitur.

Loquendo cum omni reverencia et honore, dicunt procuratores et actores inclitorum Infantis Raimundi Berengarii Comitis Empuriarum, domine Cecilie Comitisse Urgelli et vicecomitisse Agerensis tutricis et curatricis Petri Comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis, ac nobilis vicecomitis Cardone, Nobilium Raimundi de Angularia domini de Bello podio et Petri de Cardona domini de Torano, quod dicti principales eorum sunt citati et vocati ad proponendum et allegandum de jure suo in Curia et non coram tractatoribus eligendis, prout per litteras citacionum eis et eorum cuilibet factarum evidenter aparet, ex quo relinquitur quod prenominati principales judicium curie, tam in procedendo quam in judicando, subire tenentur dumtaxat, quare judicium, loquendo proprie, cause discussionem concernit, esto eciam sine preiudicio quod predictis non obstantibus tractatores eligi possent, non tamen hec eleccio hodie fieri posset cum sit dies feriata et festum exaltacionis saucte crucis, sub cuius invocacione altare maius et principale ecclesie catedralis Civitatis Barchinone edificatum existit, et hec eleccio casu quo fieri possit necessario fieri habeat judicialiter et cum processu judiciali scilicet per judicium Curie tantum, tamen est quod tali die omnis judicialis strepitus conquiescere debet. Idcirco procuratores predicti ex causis predictis et ipsarum qualibet oponentes se eleccioni predicte dicunt eam fieri non debere, imo protestantur expresse quod eidem non consenciunt et quod ex ea ipsis nullum preiudicium generetur de quibus etc.

Quod dicta brachia pro lecto habuerunt retenta eis deliberacione si hoc in scriptis oblatum sit admitendum necne. Et ad recognoscendum si esset admittendum vel non, dicta Tria brachia ordinarunt Raimundum de Cumbis prepositum Terrachone pro brachio ecclesiastico, et

Jacobum Cardoni pro brachio nobilium et militum, et Berengarium de Pratis legum doctorem pro brachio Civitatum et Villarum; qui recognitis predictis, eisdem referrent ad hoc, ut dicta brachia quid fiendum existeret super premissis melius deliberare valerent. Et nichilominus dictus dominus Rex mandari fecit per dictum vicecancellarium, qui mandavit dictis brachiis ut hora vesperorum eiusdem diei in dicto Monasterio pro concordando de dictis tractatoribus convenirent.

Presentibus ad hec testibus Francisco de Guau scriptore regio, et Simone Ruvira notario Barchinone, ac Petro de Altariba notario Ilerde.

Qua hora vesperorum, cum dicta brachia in dicto Monasterio convenissent, ipse dominus Rex accessit ad Monasterium antedictum et iterato dictis brachiis mandavit instanter ut ad eleccionem dictorum tractatorum omnino procederent, taliter quod decisio huius negocii curie non habeat diutius retardari. Et incontinenti ipse dominus Rex cessit eis ut super predictis deliberare possent.

Et post paululum, quasi eadem hora, dicti procuratores Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum, Comitis Urgelli, vicecomitis Cardone, Raimundi de Angularia, domini de Pulcro podio et Periconi de Cardona de Torano in secundo claustro dicti Monasterii comparuerunt coram domino Rege prefato, et cum debita reverencia dixerunt ipsi domino Regi eidemque humiliter supplicarunt quod, cum ipsi coram dictis brachiis obtulissent quod superius scriptum est quod hic sequitur:

Loquendo cum omni reverencia et honore dicunt procuratores et actores inclitorum Infantis Raimundi Berengarii Comitis Empuriarum, domine Cecilie Comitisse Urgelli et vicecomitisse Agerensis tutricis et curatricis Petri Comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis, ac nobilis vicecomitis Cardone, Nobilium Raimundi de Angularia domini de Bello podio, et Petri de Cardona domini de Torano, quod dicti principales eorum sunt citati et vocati ad proponendum et allegandum de jure suo in Curia et non coram tractatoribus eligendis, prout per litteras citacionum eis et cuilibet eorum factarum evidenter aparet, ex quo relinquitur quod prenominati principales judicium curie tam in procedendo quam in judicando subire tenentur dumtaxat, quare judicium, loquendo proprie, cause discussionem concernit, et sic processum: justicia vero ipsius curie decisionem concernit; esto eciam sine preiudicio quod predictis non obstantibus tractatores eligi possent, non tamen hec eleccio hodie fieri posset, cum sit dies feriata et festum exaltacionis sancte Crucis, sub cuius invocacione altare maius et principale ecclesie catedralis civitatis Barchinone edificatum existit, et hec eleccio casu

quo fieri possit necnon fieri habeat judicialiter et cum processu judiciali scilicet per judicium curie tantum, tamen est quod tali die omnis judicialis strepitus conquiescere debet. Idcirco procuratores predicti ex causis predictis et ipsarum qualibet opponentes se eleccioni predicte dicunt eam fieri non debere, imo protestantur expresse quod eidem non consenciunt et quod ex ea ipsis nullum preiudicium generetur de quibus etc., Et id idem [cum] coram ipso domino Rege legi requirerent per me prothonotarium antedictum scriptorem huius curie generalis, idem dominus Rex illud pro lecto habuit. Et retinens sibi deliberacionem an hoc esset admitendum necne, mandavit michi dicto prothonotario et scriptori ut de eodem nullum conficerem publicum vel clauderem instrumentum, donec deliberasset in curia generali an illud esset admitendum necne.

Presentibus testibus nobili Artaldo de Focibus, Matheo Mercerii et Francisco de Perilionibus, camerlengis, militibus, domini Regis consiliariis.

Et die sabbati, que erat xv dies Septembris anni a nativitate Domini M. CCC. Quinquagesimi Octavi, dicta brachia in dicto Monasterio predicatorum Barchinone obtulerunt in scriptis pro negocio huius curie generalis tractatores, qui sequuntur scilicet.

Brachium et pro brachio personarum ecclesiasticarum: Reverendum Petrum Terrachone Archiepiscopum, Raimundum de Cumbis prepositum ecclesie Terrachone, Raimundum Romei canonicum Barchinone, Raimundum Alberti clericum presbiterum de capitulo Sedis Gerundensis, Raimundum Ferrarii canonicum vicensem, Jacobum Martini beneficiatum Sedis Ilerdensis iconomum Capituli eiusdem Sedis.

Brachium et pro brachio baronum et militum nobiles Berengarium de Apilia et Artaldum de Focibus, milites, ac Bernardum de Thous, Berengarium de Palacio, Bernardum de Ulzinellis et Ferrarium de Minorisa, milites.

Et brachium et pro brachio universitatum civitatum villarum atque locorum regalium: Petrum Boçot Barchinone, Berengarium de Pratis Ilerde, Franciscum Tauler Perpiniani, Bernardum des Guau Minorise, Bartholomeu Ruvira Ville Franche penitensium, et Arnaldum de Mecina de villa Cervarie una cum aliis predictis sindicis, retento per dicta brachia quod dictorum brachiorum quodlibet posset eligere unum jurisperitum, cum quo per ipsa brachia et ipsorum quodlibet posset haberi Consilium super predictis, qui jurisperitus teneatur jurare tenere secretum et bene et legaliter consulere in predictis.

Et dominus Rex eadem die existens personaliter in dicta domo con-

silii civitatis Barchinone, in prefato Monasterio predicatorum constituta, rogavit et requisivit brachia antedicta quod, cum Rex Castelle esset in confinibus Regni Aragonum causa illud dampnificandi si poterit, quod Deus avertat, et propterea oporteat ipsum dominum Regem ad defensionem ipsius Regni, prout suum decet honorem et utilitatem dicti Regni, suum accelerare accessum, ut circa peragenda in presenti curia super eo pro quo extitit convocata intendant diligenter et continue sicut decet.

Et dicta brachia responderunt quod in predictis diligenter intendent et vacabunt continue juxta posse.

Et cum ibi essent vocati procuratores dicti Infantis Comitis Impuriarum, Comitis Urgelli, et vicecomitis Cardone, Raimundi de Angularia et Petri de Cardona de Torano, Franciscus Roure vicecancellarius dicti domini Regis nomine et in presencia eiusdem domini Regis dixit eisdem procuratoribus si volebant super eo, pro quo eorum principales fuerat ad Curias convocati, raciones aliquas proponere seu eciam allegare.

Qui dixerunt quod sic; et pecierunt quod terminus competens eis daretur ad dicendum et proponendum raciones eorum.

Et dictus dominus Rex assignavit eis horam vesperorum eiusdem diei ut comparerent coram ipso domino Rege in suo palacio Regio Barchinone ad id quod supra.

Qua hora congregatis decem et octo electis ut supra per brachia antedicta coram ipso domino Rege, comparuerunt predicti procuratores in dicta camera; et pro parte dicti domini Regis ibi presentis fuit eis injunctum ut proponerent et allegarent si aliqua proponere et allegare intendebant super predictis.

Et dicti procuratores, vel eorum advocati pro ipsis et eorum quorum sunt procuratores, dixerunt quod ipsi persistebant in eo quod in scriptis obtulerant et verbo in curia dixerant, et ab eis per aliqua dicta vel dicenda discedere modo aliquo minime intendebant, videlicet quod predicta per tractatores non poterant nec debebant audiri, tractari, seu coram eis eciam ventilari, set pocius per ipsum dominum Regem et totam Curiam supradictam. Dixerunt eciam supplicando ipsi domino Regi quod super premissis suam demandam seu peticionem offerret, aut alias declararet quid ab ipsis Infante et baronibus petere intendebat, et nichilominus, cum juxta Usaticos Barchinone et Constituciones Cathalonie nobilium litibus et questionibus de octo in octo diebus termini assignari deberent, supplicarunt ipsi domino Regi ut assignaciones in huiusmodi negocio fierent juxta constituciones predictas.

Et post multas altercaciones habitas inter advocatos prefati Infantis et nobilium predictorum pro parte ipsorum et Jacobum de Faro advocatum fiscalem regium pro parte ipsius domini Regis super premissis, per dictum vicecancellarium nomine et mandato ipsius domini Regis fuit dictum quod super eo quod pluries dictum et allegatum extitit, scilicet quod predicta per tractatores minime tractari debebant nec coram eis eciam ventilari sed per totam curiam memoratam, jam eis per brachia curie tacite eligendo premissos tractatores fuerat eis data repulsa. Ad illud vero quod petitum extitit, videlicet quod daretur peticio vel alias declararetur id quod dominus Rex petere intendit, fuit responsum per dictum vicecancellarium nomine et mandato ipsius domini Regis quod peticionem vel declaracionem facere minime opportebat, cum jam in citacionum litteris contineatur qua de re dominus Rex Curias convocavit, ipsumque Infantem et nobiles prefatos ad easdem convocavit, providit, eciamque citavit eosdem ut in eadem Curia declararetur in quo ipse Infans et dicti nobiles et eorum homines dicto domino Regi tenentur racione in litteris convocacionis et citacionum apposita et contenta. Et quod negocium huiusmodi non erat talis nature quod assignaciones de octo in octo diebus haberent fieri prout per dictos procuratores petebatur. Quare idem vicecancellarius, ipsius domini Regis nomine et mandato, assignavit eisdem procuratoribus ad proponendum et allegandum si aliqua proponere vel allegare volebant diem lune proximam hora terciarum.

Et dicti procuratores cum debita reverencia dixerunt quod non consenciebant assignacioni predicte tanquam eis vel eorum principalibus preiudiciali.

Et confestim ipsi procuratores obtulerunt in scriptis hec que sequuntur.

Persistentes Bernardus de Camporrellis miles, Asbertus de Castro veteri et Petrus de Villalonga, procuratores et actores inclitorum Infantis Raimundi Berengarii Comitis Empuriarum, domine Cecilie Comitisse Urgelli et vicecomitisse Agerensis matris tutricis et curatricis Egregii viri Petri Comitis et Vicecomitis Comitatus et Vicecomitatus predictorum, ac Nobilis Vicecomitis Cardone, in omnibus et singulis requisitis et protestatis per eos et ipsorum quemlibet usque in hunc presentem diem, et ab eisdem eciam per actum contrarium nullatenus discedentes, Excipiendo vel eis meliori modo et forma quibus melius sanius et utilius eorum proposito valeant adaptari proponunt quod nobilis Berengarius de Apilia, et honorabiles Bernardus de Thous, Berengarius de Palau, Ferrarius de Minorisa et Bernardus de Ulzinellis le-

gum doctor, milites, tractatores electi per brachium nobilium et militum ad presentes curias congregatorum dictis procuratoribus contradicentibus, eisdem procuratoribus seu eorum principalibus merito sunt suspecti, cum sint omnes predicti domestici Consiliarii et familiares Illustrissimi domini Regis, qui in causa propter quam presentes curie celebrantur partem facit contra inclitos et nobilem vicecomitem antedictos; sunt eciam ipsorum tractatorum electorum aliqui officiales domini Regis prefati ac domine Regine consortis eiusdem, propter quod sunt merito suspecti inclitis et vicecomiti antedictis; sunt eciam amici intimi et familiares nobilis Bernardi de Capraria, qui in predictis petitis per dominum Regem instat fortiter partem faciendo specialiter contra predictos Richos homines propter inamicicias in quibus cum ipsis existit: presertim cum dicti Bernardus de Ulzinellis et Ferrarius de Minorisa et aliqui predictorum non possunt esse de dictis tractatoribus, cum prima die assignata ad comparendum in curiis non comparuerunt, quare juxta constituciones Cathalonie ad actus aliquos curie admiti non debent neque possunt. Et cum valde periculosum existat coram suspectis judicibus seu tractatoribus litigare tractare seu modo aliquo comparere, Idcirco procuratores et actores dictorum Inclitorum et Nobilis recusant eosdem tractatores predictos ut suspectos, offerentes se paratos pro parte sua eligere arbitros qui de causis suspicionis cognoscant, et coram eisdem dictas causas prosequi et probare; Dum tamen dominus Rex predictus pro parte eiusdem eligat arbitros qui, una cum arbitris eligendis per procuratores et actores predictos, de dictis causis suspicionis cognoscant; Requirentes procuratores et actores prefati, et humiliter supplicantes, dictos arbitros pro parte Regia eligi, cum ipsi procuratores et actores pro parte suorum principalium parati existant eligere arbitros qui cognoscant de causis suspicionis predicte. Quod petunt fieri procuratores et actores prefati, antequam ad alia procedatur; alias, cum debita reverencia dicti procuratores et actores protestantur de nullitate omnium que fient in dictis curiis sive per dictos tractatores electos sive per alios quoscunque, et quod ipsorum principalibus nullum ex eisdem agendis valeat preiudicium generari. De quibus etc.

Et dictus Dominus Rex retinuit sibi deliberacionem an predicta sint admitenda necne, et mandavit michi prothonotario et scriptori huius curie ut de premissis, seu aliis per predictos oblatis, de quibus requisitum fuerit usquequam fieri publica instrumenta, publica instrumenta non facerem donec declaratum fuerit in Curia an ipsa admiti debeant necne et de eis fieri debeant publica instrumenta vel non.

Testes fuerunt premissorum Franciscus Roure legum doctor vice-

cancellarius, Matheus Mercerii miles camerlengus, Eximinus Petri de Calat miles et Jacobus de Faro, Consiliarii dicti domini Regis.

Et die lune predicta, que erat xvij dies mensis Septembris anni predicti, omnes xviij tractatores predicti in domo Consilii Civitatis Barchinone, in Monasterio predicatorum constituta, convenerunt; et cum inciperent loqui super hiis de quibus dominus Rex pecierat consilium ab eisdem, scilicet super causis suspicionum oblatis superius per procuratores et actorem predictos, supervenit dominus Rex in domo eadem; et sedens more solito mandavit tractatoribus antedictis ut super predictis deliberarent sibique prestarent consilium super dictis causis nullitatum, an essent ipse cause nullitatis recipiende necne.

Et vocatis procuratoribus et actore predictis, fuit pro parte dicti domini Regis dictum eisdem si volebant aliter allegare vel proponere super causis suspicionum predictis; Et cum aliqua dixissent seu allegassent verbo, quibus pro parte Regia fuit responsum, fuit eis assignata hora vesperorum presentis diei in palacio Regio Barchinone ad allegandum et dicendum si aliqua dicere et allegare voluerint super eis.

Et cum super modo deliberandi et tractandi super dicto prestando consilio fuisset inter dictum dominum Regem et dicta brachia altercatum, Tandem nichil ipsa hora super premissis extitit terminatum. Quare dictus dominus Rex prorogavit horam huiusmodi ad horam vesperorum, mandando decem et octo predictis ut dicta hora in suo palacio coram ipso personaliter interessent.

Qua hora, in camera maiori palacii regii, coram dicto domino Rege convenerunt omnes xviij tractatores predicti; et cum se a respectu domini Regis aliquantulum separassent, et postmodum coram dicto domino Rege super causis nullitatum predictis, finaliter, vocatis dictis procuratoribus et actore incliti Infantis Raimundi Berengarii et Comitis Urgelli ac vicecomitis Cardone in ibique presentibus, dictus dominus Rex de consilio et assensu xviij tractatorum predictorum, nemine discrepante, pronunciavit et declaravit raciones suspicionum per dictos procuratores et actorem propositas et allegatas non valere nec tenere nec procedere de jure, vel eciam racione guerre declaravit dictas raciones minime admitendas existere. Obiciens contra obiecta et proposita superius per procuratorem dicti incliti Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum dictum Infantem et Comitem Impuriarum non debere recepi in Curiis generalibus Cathalonie nisi ut Comitem Impuriarum, prout in dictis curiis et pro ipsis convocatur et consuetum est convocari.

Et incontinenti dicti procuratores et actor dixerunt, salva semper reverencia excellencie Regie dignitatis et honore sui honorandi consi-

lii et tractatorum predictorum, dictam declaracionem seu pronunciacionem non valere nec de jure procedere, nec consenciebant eidem imo expresse contradicebant, cum dicta declaracio seu pronunciacio per dictum dominum Regem non solum de consilio et assensu dictorum tractatorum sed de consilio tocius generalis curie fieri debuisset; quare contradicebant eidem cum debita reverencia et protestabantur, et super predictis in omnibus et per omnia de jure eorum principalium predictorum persistendo in omnibus et singulis per eos supra propositis et obiectis, a quibus per aliqua dicta sel dicenda desistere non intendunt, requirentes de predictis eis fieri publicum instrumentum.

Et dictus dominus Rex de consilio et assensu xviij predictorum, nemine discrepante, perseveravit in declaracione et pronunciacione predictis, quam validavit dicto sui, mandans michi notario huius curie ut de predictis non facerem publicum instrumentum donec declaratum esset in curia an de eis deberet fieri instrumentum publicum necne.

Et dicti procuratores non consenserunt validacioni seu perseverancie antedicte.

Et fuerunt testes omnium premissorum supra proxime dictorum et gestorum Franciscus Roure legum doctor vicecancellarius, Matheus Mercerii, Franciscus de Perilionibus, milites, et Eximinus Petri de Calatayubo miles, consiliarii domini Regis prefati.

Et ibidem fuit dictum predictis procuratoribus et actori per Franciscum Roure vicecancellarium dicti domini Regis, nomine et mandato ipsius domini Regis inibi presentis, ut super principali negocio pro quo curie erant specialiter convocate dicerent et allegarent ea que de jure suo vel suorum principalium vellent dicere proponere seu eciam allegare.

Et dicti procuratores et actor pecierunt tempus competens ad proponendum et allegandum super premissis.

Et dictus dominus Rex assignavit eis diem ad proponendum et allegandum super principali facto premisso, diem martis proxime venturam hora terciarum.

Qua die et hora predictis, que erat dies martis xviij dies septembris anni predicti, convenerunt in dicta domo Consilii Barchinone Monasterii prefati omnes xviij tractatores predicti; ad quam domum, existentibus ibi tractatoribus antedictis, dictus dominus Rex accessit fecitque vocari procuratores et actorem predictos. Et cum inibi fuissent iidem procuratores et actor, vicecancellarius prefatus nomine et mandato ipsius domini Regis dixit eisdem procuratoribus et actori quod, cum dies et hora presentes essent eisdem assignate ad proponendum et allegan-

dum super principali facto pretacto ut superius continetur, dicerent et allegarent quicquam dicere et allegare vellent super eodem facto principali.

Et dicti Ombertus de Castro veteri procurator incliti Infantis Raimundi Berengarii, et Bernardus de Camporrellis actor dicte Comitisse Urgelli Tutricis et curatricis Comitis Urgelli prefati, et Petrus de Vilalonga procurator vicecomitis Cardone obtulerunt in scriptis que sequuntur.

Cum eleccioni tractatorum electorum per honorabilem Curiam expresse dissensum et contradictum fuerit per Asbertum de Castellvey Bernardum de Camporells et Petrum de Villalonga procuratores et actorem inclitorum Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum Cecilie Comitisse Urgelli vicecomitisseque Agerensis matris et tutricis Egregii Petri filii sui pupilli et Nobilis vicecomitis Cardone, justas exprimentes raciones quibus plus liquide apparebat et apparet ad ipsorum eleccionem procedi non debere seu debuisse, et consequenter eo quare ipsi tractatores electi erant et sunt quamplurimum suspecti ipsis et eorum principalibus, iidem procuratores et actor legitimas et de jure procedentes in scriptis causas coram vobis serenissimo principe et domino ac honorabili Curia proposuerint et allegaverint, ex quibus et merito de dicta suspicione, si essent cause cognite prout decent, clarius apparuisset et appareret, et signanter juxta mentem celebrium Curiarum Cathalonie generalium per quas certa cognicionis provisio tradita seu concessa existit, que provisio presenti casu sibi locum vendicat cum dicti tractatores cognoscendorum aut colligendorum per eos potestatem magis ex delegacione quam jure proprio habeant, et subsequenter magis delegati quam ordinarii judices sint et dicantur; Et hiis non obstantibus, vos Illustrissime princeps et domine simul cum dictis tractatoribus, ut prefertur ut suspectis recusatis, declaraveritis dictas suspicionis causas non fore admitendas easque de jure non procedere, dicta provisione et alias de jure circa talia seu similia concessis fieri et observari minime observata, quam provisionem dictarum Curiarum cum omni loquendo reverencia salva excellencia vestre Regie magestatis pretermitere non poteratis seu potestis absque generalis Cathalonie consilio; Ideirco dicti procuratores et actor stantes et perseverantes in et per eos dictis propositis et allegatis, dissencientesque ac expresse eciam contradicentes cum reverencia dicte declaracioni necnon omnibus et singulis contra eos et eorum principales processis seu procedendis racione evocacionis eis facte, protestantur de nullitate eorum sic peractorum et que de cetero peragentur. Et de hiis etc.

Que omnia lecta de verbo ad verbum fuerunt in presencia ipsius domini Regis et xviij tractatorum predictorum, de quibus iidem procuratores et actor pecierunt fieri publicum instrumentum.

Et dictus dominus Rex de consilio et assensu xviij tractatorum predictorum retinuit sibi deliberacionem an predicta essent admitenda necne; et mandavit michi prothonotario et scriptori huius curie generalis quod de eisdem non facerem publicum instrumentum, donec in curia declaratum esset an predicta recipi deberent necne.

Et confestim Petrus Çacosta, de consilio domini Regis, baiulus Cathalonie generalis, procuratorque fiscalis, dicti domini Regis nomine protestatus fuit contra dictos procuratores et eorum principales de penis quas incurrunt, juxta usaticos Barchinone et constituciones Cathalonie generales, illi qui judicium curie reprobant seu impugnant.

Et eodem instanti dicti Ombertus de Castro veteri Bernardus de Camporrellis et Petrus de Villalonga procuratores et actor predicti, necnon Jacobus de Meya Poncius de Corregone Guillelmus de Palacio Jaufridus de Castro Eulino Bernardus de Montagut Berengarius de Monte pavone et Gombaldus de Camporrellis procuratores aliorum nobilium predictorum, nomine suorum principalium, obtulerunt in scriptis hec que sequuntur.

Serenissime princeps et domine, et reverende in Christo pater domine archiepiscope, et venerabiles domini qui estis presentes et vocati ad curias, quas vos Illustrissimus dominus Rex vocastis celebrari in Civitate Barchinone xxv die mensis augusti proxime preteriti, cum in vocacione harum curiarum et in continuacione sint gravamina quamplurima grandia illata, loquendo cum omni reverencia et honore, inclitis Infanti Raimundo Berengarii Comiti Impuriarum et Cecilie Comitisse Urgelli ut tutrici et curatrici Egregii viri Petri Comitis Urgelli et nobili vicecomiti Cardone et pluribus aliis nobilibus de eorum parte, ut de ipsis gravaminibus in perpetuum constare possit, tam Regie magestati quam vobis omnibus aliis ea intimant et demonstrant Ombertus de Castro veteri, Bernardus de Camporrellis, milites, Petrus de Vilalonga, Jacobus de Meya, Poncius de Corregone, Guillelmus de Palacio, Jaufridus de Castro eulino, Bernardus de Montagut, Berengarius de Montepahone, Gombaldus de Camporrellis, procuratores predictorum; que gravamina sunt hec que sequuntur.

Primo quod cum dicti procuratores proposuissent quam plurimas raciones, tangentes nullitates vocacionis dictarum curiarum, et esset actum et conventum expresse ut duodecim persone, quatuor de quolibet brachio prout electe erant, viderent et recognoscerent dictas raciones,

et una cum omnibus vocatis ad dictas curias determinaretur, vos serenissime princeps in vestri presencia et vestri honorabilis Consilii, licet dicti xij presentes essent, dictas raciones recognovistis et eas determinastis, eas penitus repellendo; ubi loquendo cum omni reverencia et honore duo gravamina grandia illata fuerunt. Primum, quare non fuit verum dicere quod dicte duodecim persone prout erat conventum per se dictas raciones audivissent et recognovissent, imo fuerunt ultra illos duodecim bene xx et ultra de consilio vestro. Secundum, quare positum quod vos Illustrissimus princeps interesse possetis, non tamen interesse debebant plures et tot de consilio vestro; et ibi interesse possent, non tamen illi qui evidentissime et notorie sunt et erant suspecti Richis hominibus et baronibus supradictis: quod potest pro tercio gravamine dici. Et licet de hiis, vobis, domino Regi, pluries supplicatum fuisset ut remedium adhiberetis, minime (cum reverencia loquendo) facere volnistis plus. Quare, loquendo cum reverencia, contra usum et usanciam Cathalonie antiquissimam et mentem constitucionum Cathalonie extitit determinatum quod vocacio dictarum curiarum tenebat, licet ad unicum actum et singularitatem unius actus sit vocacio facta, et eciam quare non fuerunt vocati et legitime omnes qui vocandi erant.

Secundo quod, cum tenderetur ad recognoscendum procuratoria facta pro dictis curiis si erant legitime facta secundum constitucionem editam in villa Perpiniani, nunquam procuratores predicti in aliquo vocati fuerunt, et loquendo cum reverencia vocari debebant principaliter propter duo: Primum ad fundandum et hostendendum impedimenta, de quibus in dictis procuratoriis mencio est facta, legitima esse et fuisse et talia que ut legitima reputari debebant, licet illa esse legitima notorium esset. Secundum, quare cum dicti procuratores fuissent vocati et auditi si potestatem habebant nec[non] si procuratoria ad hoc se extendebant ad proponendum dictas raciones nullitatis curiarum quas proposuerant, multo forcius cum plus ageretur erant super hoc audiendi. Quare evidenter ex hoc gravati fuerunt, loquendo cum omni reverencia et honore. Fuerunt eciam evidencius gravati in hoc: Nam non solum dicti duodecim ad hoc deputati per vocatos ad dictas curias dicta procuratoria recognoscebant et recognoverunt, imo vos serenissime princeps cum toto consilio vestro nunquam ab eo suspectissimos dictis Richis hominibus et baronibus reiciendo. Et quod magis est grave, loquendo semper cum omni reverencia et honore, quod in vestro consilio assistentes et alii ad Curias vocati, qui super dictis procuratoriis suum consilium prebebant et prebuerunt, in vestri absencia renuerunt ut dicitur dicta procuratoria ut legitime fore admitenda, et postmodum in

vestri presencia in crastinum contrarium fuit determinatum. Fuit eciam in hoc aliud gravamen illatum: Nam cum determinacio dictorum procuratoriorum esset publicata et de ea copia pluries petita per dictos procuratores, nunquam eis concessa fuit nec eam habere poterunt. Fuerunt eciam plus dicti Richi homines et barones in hoc quamplurimum agravati, loquendo semper cum omni reverencia et honore: Nam eorum impedimenta, de quibus in dictis procuratoriis mencio facta erat, erant et sunt notoria et vera Deo et toti mundo et legitima et suficiencia; que fuerunt, loquendo cum reverencia et honore, in magnum preiudicium eorum et in maximum favorem nobilis Bernardi de Capraria procul pulsa et illegitima et non suficiencia reputata.

Tercio, quod cum, predictis peractis, vocati ad curias procedebant et procedere intendebant et processerunt ad eleccionem certarum personarum de quolibet brachio qui tractarent negocium ad quod dicta curia vocata erat, fuerunt per dictos procuratores in scriptis certe raciones proposite, tendentes quod ad dictam eleccionem procedendum non erat. Super quibus racionibus, si de eis instrumentum fieri debebat prout petitum fuerat, fuerunt per vocatos ad dictas Curias tunc presentes tres persone electe, scilicet venerabilis prepositus Terrachone et Berengarius de Pratis licenciatus in legibus et Jacobus Cardoni; dum isti intendebant et colloquium habebant super hoc, fuit processum ad eleccionem dictorum tractatorum et ad juramentum presentandum per eos; ex quo dicti Richi homines et barones fuerunt quamplurimum agravati.

Quarto, quare cum dicta curia tantum sit vocata, ut in litteris vocacionis apparet, ad quid dicti Richi homines et barones et eorum homines sint astricti et teneantur vobis domino Regi tempore istius guerre quam cum Rege Castelle habetis, et ad hoc per vestras litteras citaveritis dictos inclitos Infantem Raimundum Berengarium et Comitissam Urgelli ut tutricem dicti Comitis Urgelli et nobilem vicecomitem Cardone eis dando xxvj dies prout tantum tempus similibus personis debet dari juxta usaticos et constituciones Cathalonie, Et ex ista citacione evidenter appareat vos serenissimum principem velle cum tota curia judicium facere et determinacionem quam necessario in se cognicionem important, tamen non solum id quod determinare intenditis in jure, imo in facto quod plurimum consistat, Et sit factum seu negocium tale ubi de magno interesse dictorum Richorum hominum et baronum agitur, cum agatur de preiudicio et subieccione ipsorum et terre et hominum suorum, et quod nunquam per vos dominum Regem nec per predecessores vestros Illustres petitum fuit licet habuerint plures et forciores et magis periculosas guerras quam vos nunc habeatis,

loquendo semper cum omni reverencia et honore. Si ergo judicium et determinacionem facere intenditis, debent dari dictis Richis hominibus et baronibus et eorum procuratoribus dilaciones consuete, scilicet de octo in octo diebus, et concesse juxta usaticos Barchinone et constituciones Cathalonie, non continuari de hora in horam prout fit; debet eciam dari eis peticio in scriptis vel saltem declaracio generalitatis verborum positorum in dictis litteris citatoriis prout petitum fuit, ut super eo valeant deliberare; Debet eciam eis ordo judiciarius saltem in actibus necessariis observari. Non enim istud negocium est tale quod debeat conniventibus oculis et plusquam sumarie pertractari. In omni enim negocio, quantumcunque sumarie fiat, debet necessario talis ordo observari; plus, quare die feriata multum solemni, scilicet die sancte Crucis proxime preterite, in hoc facto intendebatur et fuit pertractatum. De quibus hiis omnibus fuit vobis, serenissimo principi, et omnibus vocatis ad curias supplicatum et intimatum; et nullum remedium, quod scilicet dandum erat, dare voluistis. Ex quibus hiis omnibus evidenter aparet quod dicti Richi homines et barones fuerint quamplurimum agravati et continue eciam agravantur. Et licet pluries dicti procuratores de hoc supplicaverint et suplicassent continue, adhuc obtatum non habuerunt nec habere possunt aliquo modo.

Quinto, prout est dictum, dicti Richi homines et Barones vocati fuerunt ad quid ipsi et eorum homines teneantur vobis domino Regi tempore huius guerre Castelle, et quod dicta die proponerent jura eorum et raciones si quas haberent. Ad quid, serenissime princeps, hec vocacio est, et fuit facta et assignacio, nec ad quid fuerint assignaciones dictis procuratoribus, si in presencia vestri est dictum et assertum quod vos, dominus Rex, habetis pro claro et determinato quod dicti Richi homines et eorum homines sunt vobis astricti in eo quod petitis? Nam si in presencia vestra vestri consiliarii et illi, quibus in talibus creditis, dixerunt et asserunt et dicunt et asseruerunt pro firmo et certo ipsos Richos homines et eorum subditos esse astrictos ad id quod petitis, qualiter, loquendo cum reverencia, cum bona spe poterunt raciones alique allegari pro parte dictorum Richorum hominum cum tale allegare penitus esset et erit frustra? Et ex quo, serenissime princeps, talem sentenciam estis daturus ut ex verbis vestrorum Consiliariorum clarissime apparet, melius et utilius et expediencius est sine dubio dictis Richis hominibus et baronibus ut sine eis et eorum procuratoribus faciatis quod placuerit vestre regie magestati, quam si raciones proponerent et presentes essent; cum earum racionum proposicio et presencia ipsorum procuratorum, prout est dictum et apparet, nullum fruc-

tum seu comodum dictis baronibus afferret seu afferre posset et posset maius preiudicium et gravamen sine dubio ex eorum presencia et racionum allegacione dictis baronibus generari.

Sexto, quare vobis serenissimo principi et vobis dictis vocatis ad curias est et fuit pluries supplicatum et intimatum ut in omni eo quod tangit et tetegit dictos Richos homines et barones vobis omnibus placeret cognoscere et consilium habere cum personis non in aliquo suspectis ipsis baronibus. Fuit enim jam propositum et allegatum in scriptis quod, propter difidamenta que fuerunt et sunt inter dictos inclitum Infantem et Comitem Urgelli et vicecomitem Cardone et alios barones ex eorum parte et nobiles vicecomitem de Rocabertino et Comitem Ausonie, sunt quamplurimum suspecti plures consiliarii officiales et maiores de consilio vestri domini Regis ipsis baronibus. Quomodo enim, serenissime princeps, vestrum poterit esse judicium totum et justum et equale eciam cum tota curia dictis baronibus, loquendo semper cum omni reverencia et honore, si nobilis Bernardus de Capraria, qui est pater dicti Comitis Ausonie et qui maior existit de consilio vestro et cui consiliarii vestri asseruerunt magnos favores in suis factis, interest continue et interfuit in omnibus consiliis tangentibus dictos barones, et est notorium dictum nobilem Bernardum in hiis partem facere evidentem? Quomodo ergo serenissime princeps, loquendo cum omni reverencia et honore, potestis modo aliquo sustinere quod, in consiliis tangentibus in aliquo dictos barones, dictus nobilis Bernardus de Capraria intersit, seu intersint plures et quasi omnes de consilio vestro sibi penitus adherentes, quos qui sunt vestra Regia magestas bene cognoscit et quos, cum reverencia loquendo, non est necessarium nominare, cum qui sunt notorium existat? Certe ipsos barones sub tali judicio esse est summe periculosum, cum sint semper in vera spe amitendi intencionem eorum; et ex hoc habent raciones evidentissimas recusacionis cum summe dictum judicium videant penitus per[n]iciale, propter quod ab intencione eorum de hiis que fuerunt proposita et continue proponentur ceciderunt et sine dubio cadent et ne mirum ut evidenter apparet. Et loquendo cum reverencia et honore, justius fuisset de dicto consilio vestro et dicte curie repelli dictum nebilem Bernardum de Capraria et alios consiliarios vestri domini Regis sibi omnimodo adherentes, quam repelli Franciscum de Sancto Clemente civem Ilerde, Jacobum de Sancto Clemente precentorem et canonicum Barchinone, Guillelmum Vinyoles jurisperitum Gerunde; qui tanquam domestici et familiares inclitorum Infancium Petri et Raimundi Berengarii et nobilis vicecomitis Cardone sunt repulsi.

Si ergo, serenissime princeps et domine, et reverende in Christo pater domine Archiepiscope, et venerabiles viri qui estis vocati ad presentes Curias, si pro quare tot et talia gravamina et ita grandia illata fuerunt dictis Richis hominibus et baronibus, et sit eis quamplurimum suspectum subire judicium vestrum, cum vos omnes vocati ad presentes curias nichil quasi facitis nisi in presencia saltem consilii vestri domini Regis, et de dicto consilio prout est dictum sit maior dictus nobilis Bernardus de Capraria, et in quo consilio continue non intersint nisi illi qui sunt omnimodo adherentes et maximos favores prestantes dicto nobili Bernardo de Capraria: Ex quibus evidenter apparet in futurum ipsis baronibus grandia gravamina inferri posse. Idcirco dicti procuratores dictorum Richorum hominum et baronum Supplicant humiliter Regie magestati, et requirunt vos omnes honorabiles viros vocatos ad dictas curias ut dicta gravamina revocetis et ea in statum debitum reducatis, et quod deinde in omnibus negociis tangentibus dictos Richos homines et barones, presertim in isto, dictus nobilis Bernardus de Capraria non intersit nec omnes illi de consilio qui sibi sunt ita adherentes; alias protestantur dicti procuratores, loquendo cum omni reverencia et honore, de jure dictorum Richorum hominum et baronum et quod quicquid in talibus consiliis fiet et in posterum fiet eis in aliquo non noceat nec nocere possit. Protestantur eciam de nullitate eorum que acta sunt et fuerunt et que amodo fient et agentur in consilio et curiis antedictis; Certificando regiam magestatem et vos dictos honorabiles viros vocatos ad Curias quod nisi predictis gravaminibus et aliis justum remedium adhibeatur quod dicti procuratores amodo non intendunt comparere coram vobis domino Rege et dicta curia, nec aliquid proponere seu allegare super facto propter quod dicta curia est vocata; cum verisimiliter ex predictis in futurum timeant amplius agravari. Et de hiis omnibus etc.

Presentibus testibus Matheo Mercerii, Francisco de Perilionibus, Eximeno Petri de Calat, militibus, et Simone Ruvira notario Barchinone, et Petro Daltariba notario Ilerde.

Quibus omnibus de verbo ad verbum per me dictum prothonotarium et scriptorem huius curie lectis in presencia dicti domini Regis et xviij tractatorum predictorum, dictus dominus Rex de consilio et assensu xviij predictorum retinuit sibi deliberacionem an predicta essent admitenda necne.

Et cum predicti procuratores peciissent de premissis publicum instrumentum fieri, modo simili dictus dominus Rex retinuit sibi deliberacionem an de predictis deberet fieri publicum instrumentum necne;

et mandavit michi dicto prothonotario et scriptori quod illud non facerem donec deliberatum esset plenius in curia super isto.

Et dictus Baiulus generalis et procurator fiscalis protestatus fuit contra predictos et eorum principales de penis quas incurrerunt, juxta usaticos Barchinone et constituciones Cathalonie generales, illi qui judicium curie reprobant seu impugnant ut supra dictum est.

Et dicti procuratores dixerunt quod, salva semper reverencia dicti domini Regis et tocius curie, predicta non intendebant dicere vel allegare in dedecus domini Regis seu curie memorate, sed tantum ad conservacionem juris suorum principalium predictorum.

Et dictus vicecancellarius ipsius domini Regis nomine et mandato dixit dictis procuratoribus et actori si habebant alias procuraciones, preter illas que per ipsos presentate fuerunt pretextu convocacionis presentis curie generalis.

Et procuratores dicti incliti Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum, et vicecomitis Cardone dixerunt se alia procuratoria habere, que jam presentaverant vicecancellario; queque erant in posse Jaufridi de Ortigiis scriptoris audientie Regie, qui ipsa recepit die qua ipsi procuratores se nomine suorum principalium in presencia dicti vicecancellarii presentarunt racione citacionis eis facte per dominum Regem predictum.

Et dictus vicecancellarius mandavit eisdem procuratoribus et dicto actori et aliis procuratoribus memoratis quod dicta procuratoria et alia, sique habent, per totam presentem diem presentent et tradant michi dicto prothonotario et scriptori huius curie generalis.

Et nichilominus dictus vicecancellarius, nomine et mandato ipsius domini Regis, dixit procuratoribus et actori omnibus antedictis si super facto principali aliqua volebant dicere proponere seu eciam allegare.

Et dicti procuratores dixerunt se super dicto facto principali nichil velle proponere seu allegare, donec petita per eos et processa in predictis in preiudicium, ut ipsi dicebant, suorum principalium predictorum essent reducta vel posita in statu debito et decenti, retento tamen eis et eorum principalibus quod super propositis et allegatis per ipsos possent addere, et ab eis minuere, et ea mutare, prout eis melius et utilius videbitur faciendum.

Et extunc dictus dominus Rex rogavit instanter dicta brachia eisque mandavit ut super principali negocio, super quo curias fecerat convocari, darent sibi consilium quod agendum existeret super eo.

Et eadem die, noctis crepusculo, Ombertus de Castro veteri procurator incliti Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum et Pe-

trus de Vilalonga procurator vicecomitis Cardone obtulerunt sua procuratoria quorum tenores sequuntur.

Noverint universi quod Nos Infans Raimundus Berengarii, Illustrissimi domini Jacobi bone memorie Regis Aragonum filius, Comes Impuriarum, Attendentes nos nuper constituisse procuratores nostros dilectos nostros, Guillelmum de Villacuto militem consiliarium nostrum et Asbertum de Castro veteri domicellum de domo nostra, ad comparendum protestandum tractandum et alia que incumbunt faciendum in curia quam nunc noviter Illustrissimus princeps et dominus, dominus Petrus, Dei gracia Rex Aragonum, dominus ac nepos noster carissimus tenet et celebrat Cathalanis in Civitate Barchinone, et hoc sub protestacionibus quod nos non tenemur nec sumus astricti in dictis curiis vel curia vel aliis parlamentis ut Comes Impuriarum nec pro Comitatu nostro Impuriarum comparere, Cum ut Comes Impuriarum predictus propter libertates franquitates et inmunitates dicti Comitatus nostri Impuriarum simus penitus et omnino liberi et inmunes ac eciam quitii a comparicione curiarum predictarum et aliarum quarumcunque, licet nos et predecessores nostri Comites Impuriarum pro aliis locis terris et castris que habemus et habebant in Cathalonia consueverimus et consueverint in dictis Curiis comparere, Attendentes eciam dictum dominum Regem nos citasse per alias suas litteras et nobis assignasse viginti sex dies, numerandos a presentacione litterarum, ad proponendum dicendum hostendendum et allegandum raciones et jura, siqua habemus et nobis competunt quavis racione vel causa in et super et contra declaracionem quam idem dominus Rex petere et facere fieri intendit, videlicet ad quid nos et subditi nostri sumus ipsi domino Regi racione guerre quam habet cum Rege Castelle astricti et obligati; Ea propter, sub dicta protestacione quod in dictis Curiis pro nobis ut pro Comite Impuriarum et pro Comitatu nostro predicto non compareatis tractetis vel intersitis, sed tantum pro aliis terris et locis nostris que habemus in Cathalonia, quod scilicet, nos tenore presentis publici instrumenti protestamur et retinemus, expresse vos dictos Guillelmum de Villacuto et Asbertum de Castro veteri constituimus procuratores nostros certos et speciales et quemlibet vestrorum insolidum, ita quod non sit pocior condicio negocium primitus occupantis, ad proponendum allegandum et dicendum et hostendendum de jure nostro et subditorum nostrorum in Castris, et locis nostris in Cathalonia sitis, domiciliatorum et populatorum, dicto tamen Comitatu nostro et subditis nostris ibidem degentibus semper a predictis exceptis et exemptis, Et ad omnia alia faciendum que in predictis et circa ea utilia et neces-

saria fuerint ac eciam opportuna, et que nos facere possemus si presentes essemus. Quoniam nos damus et concedimus vobis dictis procuratoribus nostris et utrique vestrorum insolidum super predictis plenam ac liberam potestatem, et comitimus plenarie vices nostras, Promittentes notario infrascripto, ut publice persone hec a nobis nomine omnium illorum quorum interest et intererit legitime stipulanti et recipienti, nos ratum gratum et firmum perpetuo habere quicquid per vos dictos procuratores nostros et quemlibet vel alterum vestrorum in predictis et circa predicta actum fuerit sive gestum, et nullo tempore revocare. Actum est hoc in loco de Martorello, vicesima nona die augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num Infantis Raimundi Berengarii Comitis Impuriarum predicti, qui hoc firmamus et laudamus. Testes huius rei sunt Bernardus Surdi miles, Berengarius de Pontonibus et Asnar de Arbore, de domo dicti domini Infantis. Eg ✠ o Petrus Pastoris, notarius publicus auctoritate Illustrissimi domini Regis Aragonum per totam terram et dominacionem suam, predictis interfui hecque scripsi et clausi.

Noverint universi quod Nos Hugo, Dei gracia vicecomes Cardone, Attendentes nos nuper constituisse procuratores nostros venerabiles Berengarium de Podiolo militem, Petrum de Brolio, Petrum de Vilalonga, et Raimundum de Nogaria jurisperitum, ad comparendum nomine nostro protestandum tractandum et alia que incumbunt faciendum in curia, quam nunc noviter Illustrissimus princeps et dominus, dominus Petrus, Dei gracia Rex Aragonum tenet et celebrat Cathalanis in Civitate Barchinone, Attendentes eciam dictum dominum Regem nos citasse per suas litteras, et nobis assignasse viginti sex dies numerandos a presentacione litterarum, Ad proponendum dicendum ostendendum et allegandum raciones et jura, siqua habemus et nobis competunt quavis racione vel causa in et super contra declaracionem, quam idem dominus noster Rex petere et facere fieri intendit, videlicet ad quid nos et subditi nostri sumus ipsi domino Regi racione guerre quam habet cum Rege Castelle astricti et obligati, Eapropter nos dictus Hugo cum presenti publico instrumento non innovando procuracionem jamdictam, set pocius ipsam et omnia et singula per ipsos aut alterum eorum vigore ipsius procuracionis acta gesta et processa, facimus et constituimus et ordinamus certos et speciales procuratores nostros vos dictos honorabiles Berengarium de Podiolo militem, Petrum de Brolio, Petrum de Vilalonga et Raimundum de Nogaria jurisperitum, et quemlibet vestrorum insolidum, ita quod occupantis condicio pocior non existat sed quod per unum vestrorum inceptum fuerit per alium prosequi me-

diari valeat et finiri, ad proponendum nomine nostro et pro nobis causas et raciones quas habemus et nobis competunt et competere possunt et debent, tam adversus citaciones jamdictas quam contra proposita vel proponenda per Illustrissimum dominum Regem jamdictum, aut alias quasvis personas, contra nos vel subditos nostros aut jura nostra vel ipsorum, Et ad allegandum dicendum et ostendendum de jure nostro et subditorum nostrorum, Et ad omnia alia et singula faciendum obiciendum excipiendum tractandum et procurandum proponendum et consenciendum ac eciam contradicendum que in premissis et circa premissa facienda fuerint et necessaria, ac eciam opportuna, et que nos facere possemus si presentes essemus, Salvis tamen semper in omnibus et per omnia juribus et libertatibus privilegiis ac franquitatibus nostris terrarum et subditorum nostrorum. Quoniam nos salvis retencionibus antedictis, super predictis et singulis damus et concedimus vobis dictis procuratoribus nostris et cuilibet vestrorum insolidum plenam ac liberam potestatem et comitimus plenarie vices nostras cum libera ac generali administracione, promittentes vobis et notario infrascripto, tanquam publice et legitime persone hec a nobis nomine vestri et omnium illorum quorum interest intererit ac potest vel poterit interesse stipulanti legitime et recipienti, nos ratum gratum et firmum habere tenere et observare quicquid per vos dictos procuratores nostros aut alterum vestrorum in predictis et circa predicta actum gestum fuerit seu eciam procuratum, et nullo tempore revocare contrafacere vel venire aliqua racione sub bonorum nostrorum omnium ypotheca. Quod est actum in loco de Martorello Tricesima die mensis augusti anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo. Sig ✠ num nostri Hugonis, Dei gracia vicecomitis Cardone predicti, qui hec concedimus et firmamus. Testes huius rei sunt venerabiles Bartholomens de Falchs, Raimundus de Pinello et Petrus de Brolio domicelli. Sig ✠ num mei Berengarii de Vineis de Cardona, Regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum, qui predictis interfui et hec scripsi et clausi.

Et die mercurii xix die mensis Septembris, anno predicto, dictus dominus Rex existens in camera maiori sui palacii Regii Barchinone coram omnibus xviij tractatoribus inibi presentibus mandavit legi et publicari in scriptis protestacionem sequentem.

Con lo senyor Rey, veent que al defeniment dels seus Regnes per raho de la guerra de Castella no podia complir ne bastar sens aiuda de les sues gents, la qual aiuda tots li han feta o atorgada salvant alcuns richs homens e cavallers singulars de Cathalunya, Per que lo senyor

Rey ha manada Cort per acordar e declarar ab Consell de la Cort los damuntdits a quina aiuda li son tenguts a defendre son principat, sperant la dita aiuda la qual li es molt necessaria, E la dita Cort haia eletes certes persones per consellar lo senyor Rey en los affers, E haien stat tant los damuntdits quan la cort en dilacions e en allongaments prop de un mes quel senyor Rey ha sofert aço aytant com ha pogut, suas ara con ell haia ardit quel Rey de Castella es dins son Regne e li haia tolts gran res de Castells e li conquer sa terra, per res del mon ell no pot pus sperar aço; Per que requer los damuntdits tractadors, per la fe e naturalesa que tenguts li son, que ells encontinent sens triga e allongament li degen consellar lur viares a quina aiuda los damuntdits li son tenguts, o a quina no; e que aço no li degen alongar ne dilatar per neguna manera per tal con per la lur tarda la sua corona nes molt desonrada e la cosa publica dampnificada. E aço ell pus avant no poria sperar, Jassia que la dita ajuda li seria molt necessaria esgardant los affers que ha; Empero en aquest cas protesta contra aquests, qui en aço nol volen consellar o alonguen de consellar, de tots dampnatges despeses e altres coses qui per aço li venguen. E que per son temps e en son loch ell ho puga demanar contra ells e lurs bens: E daço ell vol quen sia feta carta publica.

Qua lecta, dicti xviij tractatores cum debita reverencia supplicarunt domino Regi ut de dicta protestacione copiam faceret eis tradi, ut eidem possent cum humili subieccione et reverencia respondere, que incontinenti fuit eisdem brachiis tradita ipsius domini Regis mandato per me prothonotarium et scriptorem presentis curie generalis.

Presentibus testibus Matheo Mercerii Camerlengo, Eximino Petri de Calataiubio milite, Geraldo de Montebruno Archidiacono de Culla in ecclesia Dertusensi, Francisco Roure legum doctore Vicecancellario, et Jacobo de Faro, consiliariis dicti domini Regis.

Et die Jovis sequenti, xx die mensis Septembris anno predicto, in dicta domo consilii civitatis Barchinone prefati Monasterii, xvij ex tractatoribus antedictis, absente ab eis Petro Buçoti uno ex ipsis qui quadam detinebatur discrasia, obtulerunt michi dicto prothonotario huius curie generalis responsionem dicte protestacionis ut sequitur.

Ab humil reverencia e supplicacio responents los dits tractadors a la requisicio e protestacio dessus per la vostra altesa a ells feta, dien que del dia de la dita Cort començada tro al present dia e hora ferventment e continua los dits tractadors han entes diligentment e tractat en los actes de la cort dessus dita; e creen, senyor, que a nos recorde be e axi apar per proces daqui fet, que los dits tractadors aytant iverçosament

com vos, senyor, havets volgut entendre en los affers de la dita Cort, han entes e procehit seus tota triga; e en cas, senyor, que triga o dilacio sia estada feta o esmesa en la dita Cort segons que per vos senyor es estat dit, Jatsesia que los dits tractadors, ab la dita humil reverencia parlan, daço no sens raho se maravellen dients que per les dites rahons no es estada colpa dells, ans parria que en aquell cas vos, senyor, haguetsets donada causa e occasio de la dilacio dessus dita pensan los cases e ço que feyt ses en la dita Cort. E con per raho de les excepcions e rahons proposades per part dels Richs homens e Cavallers, los quals se son esforçats de fer part contra vos en la dita Cort, vos senyor ne los dits tractadors no haiats pogut entendre tro al dia dir en lo fet principal perque la dita cort se celebra, dien los dits tractadors que ells son apparellats e apparellats se oferen ab acabament continuament e sens tota dilacio supervacua de tendre e vaccar en lo dit fet principal e consellar a vos, senyor, sobre aquell fet ço que nostre senyor Deus los aministrara en lurs consciencies; si vos empero, senyor, hi volets entendre e fer, senyor, ço que per vos hi sera faedor. En altra manera, senyor, protesten humilment que no roman ni romas per ells que en lo dit fet no sia enantat ni si enante daqui avant iverçosament e deliura tot ço e segons que sera faedor e lurs consciencies los dictaran els aministraran. E par ver, senyor, molt humilment e reverent parlant, que considerada la ponderositat e qualitat del dit fet al qual han començat dentendre los dits tractadors, segons que dit es, deien ells deliberadament e digesta a vos, senyor, consellar la veritat a fi que per precipitacio ni cuyta desordonada les consciencies dels dits tractadors no fossen leses ni hi haia loch de reprensio, Requirents etc.

Presentibus testibus Simone Ruvira notario Barchinone et Petro de Altariba notario Ilerde.

Et eadem die hora vesperorum, cum dicta responsio per me dictum notarium prefato Petro Buçoti in domo sua propria hostensa fuisset, ipseque eandem de verbo ad verbum legisset, idem Petrus Buçoti eandem acceptam habuit eique suum prebuit assensum tanquam tractator predictus, presentibus testibus Eximino Petri de Calatiubio milite consiliario domini Regis et Bernardo Torrelo et Johanne Riambau, nunciis tractatoris predicti.

Et cum isto intervallo pendente inter diem proxime dictam et diem presentem, que est dies xj mensis octobris anni predicti, plures fuissent habiti tractatus super premissis inter decem et octo tractatores predictos, pluriesque dictus dominus Rex ipsos decem et octo tractatores requisivisset, eisque mandasset ut taliter tamquam festinanter circa trac-

tatus presentis curie vaccarent quod breviter a brachiis curie posset habere consilium super negocio curie presentis; Tandem dicta die presenti circa noctis crepusculum cum dictus dominus Rex esset personaliter constitutus in domo consilii Civitatis Barchinone, in dicto Monasterio Predicatorum constituta, presentibus inibi omnibus brachiis curie prenotate, dixit brachio baronum et militum quod cum ipse racione istius generalis curie et pro negocio pro quo specialiter presens curia fuerat convocata diu in Civitate Barchinone permansisset, et mora, quam ipse dominus Rex trahebat in Civitate presenti, racione pretacta esset sibi sueque reipublice pericula maxima allatura, cum Rex Castelle eius publicus inimicus continue invaderet regnum suum Aragonum, in quo jam aliqua castra ceperat et ad capiendum que posset continue niteretur, requisivit rogavit dictum brachium eique mandavit expresse per fidem et naturalitatem, quibus sibi erant astricti, ut super premissis celeriter sibi prestarent consilium, cum brachia prelatorum religiosorum et personarum ecclesiasticarum necnon civitatum villarum et locorum Regalium Cathalonie consilium per ea prestandum jam haberent in promptu, quodque jam deliberaverant faciendum illudque comunicaverant cum eodem. Et de predictis ipse dominus Rex mandavit michi prothonotario et scriptori huius curie quod facerem tot quot pecierit et voluerit publica instrumenta.

Et confestim Bernardus de Ulzinellis miles legum doctor, pro parte dicti brachii ipsoque brachio inibi presente et assenciente, supplicavit dicto domino Regi ut horam presentem ad diem crastinam dignaretur prorogare ad finem ut videre posset dictum brachium si cum aliis brachiis predictis super prestando consilium concordare valeret; et requisivit me dictum prothonotarium et scriptorem ut dictum instrumentum non clauderem donec dictum brachium super requisitis et injunctis per dominum Regem predictum responsionem fecisset.

Et eadem hora dictus dominus Rex dixit dictis brachiis ecclesiasticorum et civitatum et villarum ut incontinenti suum prestarent consilium ut jam illud comunicaverant cum eodem.

Et pro predictis duobus brachiis, ipsis assencientibus, Reverendus Petrus Terrachone archiepiscopus humiliter supplicavit domino Regi ut presentem horam ad diem crastinam prorogaret qua die dictum preberent consilium, prout deliberatum fuerat, per dicta brachia impendendum.

Et dictus dominus Rex assignavit horam predictis brachiis, tam videlicet brachio nobilium et militum quam eciam brachiis ecclesiastico et civitatum villarum et locorum Regalium Cathalonie, ad diem crastinam predictam hora videlicet terciarum.

Testes fuerunt hiis presentes Franciscus dez Gual scriptor domini Regis, Simon Rovira notarius Barchinone et Petrus de Altariba notarius Ilerde.

Quibus die et hora, que dies fuit xij dies mensis Octobris anni predicti, dictus dominus Rex accessit personaliter ad dictam domum Consilii civitatis Barchinone, constitutam in dicto Monasterio Predicatorum civitatis eiusdem; et inibi, congregatis omnibus tribus brachiis curie memorate, idem dominus Rex requisivit brachia antedicta eisque injuncxit expresse, sub fide et naturalitate quibus sibi astricti sunt, quod cum factum huius decisio requireret celeritatem maximam, eo quare Rex Castelle in Regno Aragonum magna dampna intulerat et capiendo castra et alias fortitudines invasiones et discrimina inferre incessanter eciam nitebatur, sibi super premissis prestarent consilium prout eis dominus ministraret. Et de predictis mandavit fieri tot quot vellent publica instrumenta.

Presentibus testibus Franciscus Roure vicecancellario, Matheo Mercerii Camerlengo et Jacobo de Faro consiliariis dicti domini Regis.

Et pro brachiis prelatorum religiosorum personarum ecclesiasticarum ac civitatum villarum et locorum Regalium Cathalonie exsurgens Reverendus Petrus Terrachone archiepiscopus dixit, ipsis brachiis assencientibus, quod ipsa brachia jam prestandum consilium ordinaverant set illud recognoscere volebant ut certius illud prestare valerent, quod jam sibi comunicaverant ut prefertur. Tamen dictus archiepiscopus pro dictis brachiis, ipsis assencientibus, supplicavit domino Regi quod cum ipsa brachia intellixissent quod inter ipsum dominum Regem et inclitum infantem Raimundum Berengarii ac Comitem Urgelli et Vicecomitem Cardone et alios nobiles eis adherentes aliqui essent convencionis fiende incepti tractatus, ad dictos tractatus quantum bono modo fieri posset benigne condescenderet. Et si dicti tractatus non venirent ad finem, ipsa brachia erant parata dicto consilio recognito illud dare.

Et pro brachio nobilium et militum, ipso brachio assenciente, Bernardus de Ulzinellis miles legumque doctor supplicavit domino Regi ut dicto brachio temporis prorogacionem concederet infra quod dictum brachium super premissis deliberare posset.

Et processu temporis die eadem ante prandium dicta brachia ecclesiasticum et civitatum ac villarum in dicta domo consilii coram dicto domino Rege convenerunt, et dictus dominus Rex requisivit eadem brachia eisque mandavit ut dictum consilium sibi darent.

Et pro brachio ecclesiastico dictus Archiepiscopus Terrachone et pro brachio Civitatum et villarum Jacobus Cavellerii civitatis Barchinone

et Franciscus de sancto Clemente Civitatis Ilerde una cum aliis sindicis, dictis brachiis assencientibus, dixerunt quod, licet dictum consilium quod jam ut premititur cum domino Rege comunicaverant esset ordinatum, in quo maior pars dictorum brachiorum consenciebat; Quia tamen in aliquibus, videlicet super eo quod continetur in dicto consilio, videlicet super hiis verbis *quel dit molt noble Comte Durgell, e la dita Egregia Comtessa mare e tudriu sua, E lo noble Nuch vescomte de Cardona e altres barons e cavallers del principat de Cathalunya, qui ab vos senyor no son avenguts, ans del dia de la present cort se comença, e lurs homens propris e los altres poblats dins lurs terres qui ab lurs homens han acostumat de contribuir indiferentment e comuna, vos son tenguts de fer aiuda en lo cas present en les terres empero deça mar*, que de novo emerserant, aliqua inter eos diceptacio orta esset, supplicarunt eidem domino Regi quod usque ad horam vesperorum dictum dandum consilium prorogaret.

Et confestim ad dicti domini Regis mandatum et ordinacionem dicta brachia dictum consilium in scriptis michi Matheo Adriani prothonotario et scriptori huius curie generalis tradi fecerunt, et promisserunt quod super contentis in ipso omnino persisterent nec in eo aliquid mutarent vel adderent nisi solum quod super dictis punctis de novo emersis possent declarare et super eis decernere quid esset utilius faciendum.

Quod quidem consilium quod minime lectum fuit, mandante dicto domino Rege et eciam ipsis brachiis requirentibus, traditum fuit per me dictum Matheum Adriani prothonotarium et huius curie scriptorem Simoni Ruvira notario Barchinone, qui ipsum per me dictum teneret consilium ad finem quod nisi in ipsis punctis in dicto consilio posset aliquid innovari.

Et est certum quod dicta brachia non intendebant pro tunc dictum dare consilium nisi solummodo ad finem predictum quod in eo non posset aliud immutari nisi in dictis punctis cum illud consilium in plena curia intenderent publice presentare, prout per dictum archiepiscopum et dictos Jacobum Cavallerii et Franciscum de sancto Clemente fuit dictum expresse.

Presentibus ad hec testibus supradictis, videlicet Matheo Mercerii Camerlengo milite, et Eximino Petri de Calataiubio milite, consiliariis, et Francisco dez Guau scriptore dicti domini Regis.

Et dictus dominus Rex assignavit horam dictis brachiis ad dandum consilium predictum, diem sabbati sequentem hora videlicet terciarum.

Et eadem die veneris, hora circa noctis crepusculum, dictis brachiis videlicet ecclesiastico et civitatum ac locorum regalium Cathalonie constitutis in presencia domini Regis, existentis tunc in quadam came-

ra sui palacii Regii Barchinone, archiepiscopus Terrachone predictus nomine brachii ecclesiastici et Franciscus de sancto Clemente nomine brachii civitatum et villarum Cathalonie supplicarunt dicto domino Regi ut, cum ad eorum audienciam pervenisset quod de avinencia et concordia inter dictum dominum Regem et dictos Comites Impuriarum et Urgelli et vicecomitem Cardone et alios eis adherentes tractabatur, placeret sue celsitudini dictis avinencie et concordie propicius dare locum. Casu vero quo ipse dominus Rex vellet ab eis habere consilium, dixerunt quod deliveraverant et concordaverant super eo, et erant parati illud dare quando de sua procederet voluntate.

Et dictus dominus Rex retinuit sibi deliberacionem super predictis ei supplicatis per brachia antedicta.

Et die sabbati, que erat xiij dies mensis Octobris anni predicti, dictus dominus Rex accessit personaliter ad domum Consilii Civitatis Barchinone in domo Predicatorum dicte civitatis constitutam, in qua domo erant omnia dicta Tria brachia congregata; et ipsis brachiis presentibus, dixit eis in efectum quod licet inspectis modis quos predicti Comites Impuriarum et Urgelli ac vicecomes Cardone et alii eis adherentes tenuerant erga ipsum, et inspecto eciam quod mora quam ipse dominus Rex trahebat in Cathalonia erat multum dampnosa periculosa et vituperosa, ex eo quare Rex Castelle publicus hostis eius invadebat terras suas et quotidie invadere conabatur; Veruntamen ut omnibus esset notorium quod ipse volebat cum suis subditis pie et benigne se habere, ad preces et instanciam ac supplicacionem brachiorum ibi stancium superius sibi factas volebat dare locum concordie et avinencie supradictis, sic tamen quod hinc ad diem domenicam seu per totam ipsam diem ipsi Comites et vicecomes ac alii eis adherentes vel eorum procuratores convenissent secum vel cum deputandis ab eo; alias volebat et requirebat dicta brachia quod die lune proxime de mane essent parati ad dandum et prestandum sibi consilium memoratum.

Et exsurgens reverendus in Christo pater Petrus Terrachone archiepiscopus antedictus pro brachio prelatorum et personarum ecclesiasticarum dixit nomine ipsius brachii aliqua verba honesta et graciosa, regraciando in efectu dicto domino Regi de hiis que super proxime sunt contenta.

Et Bernardus de Ulzinellis miles pro brachio baronum et militum dixit nomine ipsius brachii idem in efectum.

Et Petrus Buçoti nomine brachii Civitatum et villarum ac locorum regalium Cathalonie nomine ipsius brachii idem protulit in efectum.

Et die lune, que erat xv dies Octobris anni proxime contenti, cum

isto interim inter dictum dominum Regem, seu alios pro parte sua ab eo ad predicta deputatos, et procuratores predictorum Comitum Impuriarum et Urgelli ac vicecomitis Cardone et aliorum nobilium eis adherencium necnon et alios nobiles et milites nomine brachii nobilium et militum Cathalonie habita fuissent colloquia et tractatus, et demum sub certo modo et forma omnes insimul pro militari brachio cum dicto domino Rege verbotenus convenissent non tamen adhuc firmassent, Ego Matheus Adriani prothonotarius et huius curie scriptor de mandato dicti domini Regis, verbotenus michi facto, accessi ad domum predicatorum dicte civitatis, ubi erant brachia ecclesiasticum et universitatum civitatum et villarum Cathalonie, de mandato suo pretextu assignacionis eis facte de dicto loco per dictum dominum Regem; et de ipsius domini Regis mandato dixi quod idem dominus Rex continuabat seu prorogabat horam presentem dicte curie assignatam ad diem crastinam hora videlicet terciarum.

Quo facto eadem hora predicta duo brachia, ecclesiasticum videlicet et civitatum villarum et locorum regalium Cathalonie, accesserunt ad dominum Regem predictum; et existentes in suo palacio regio coram eo, ipse dominus Rex dixit eis quod omnes barones et milites Cathalonie insimul et concorditer convenerant cum eodem. Sicque mandavit eis quod die crastina hora terciarum convenirent ad domum predicatorum civitatis predicte pro concludendis curiis predictis et alias faciendo circa expedicionem dicte curie que fieri haberent seu eciam expediri.

Et ista de causa ipsa eadem die fuit de mandato domini Regis facta preconitzacio per dictam civitatem in modum sequentem.

Ara hoiats que mana lo senyor Rey a tots prelats Religioses e persones ecclesiastiques e sindichs de universitats de les Ciutats e viles e lochs Reals de Cathalunya, justats en la Ciutat de Barchinona per raho de la present general Cort, que ades en hora de vespres sien justats en lo Monastir dels preycadors per raho de la dita cort.

Et Jacobus Clos cursor publicus civitatis Barchinone, cui dicta preconitzacio fienda per eundem tradita fuerat, rediens retulit ipsam fecisse per civitatem Barchinone in locis eisdem in quibus consueverunt fieri publice preconitzaciones in Civitate eadem.

Quibus siquidem die et hora, que erat dies martis xvj dies mensis Octobris anni predicti, hora vesperorum dictus dominus Rex accessit ad domum predicatorum dicte civitatis, ubi videlicet in domo consilii Civitatis ipsius erant omnia tria brachia congregata. Et idem dominus Rex, existens inibi, post aliqua verba per Franciscum Roure vicecancellarium suum nomine ipsius prolata super hiis que sequuntur, dixit

in efectu quod predicti Comites Impuriarum et Urgelli et vicecomes Cardone et alii eis adherentes cupientes cum dicto domino Rege convenire, pocius quam eiusdem domini Regis judicium expectare, una cum toto brachio nobilium et militum Cathalonie convenerant et concordaverant secum sub dicta forma de hiis pro quibus presens curia fuerat convocata. Sicque notificabat hoc eis, scilicet quod dicta concordia, ut decet, ad efectum ut expectabat producta, intendebat die crastina licenciare Curiam supradictam.

Et exsurgens pro brachio ecclesiastico Reverendus Petrus archiepiscopus Terrachone dixit quod brachium ecclesiasticum de hac concordia gaudium magnum assumpserat et leticiam vehementem. Veruntamen quare dictum fuerat eis quod illa avinencia erat in aliquibus casibus preiudicialis ipsi brachio et eciam brachio civitatum et villarum et locorum regalium Cathalonie vel singularibus ex eis, supplicavit dicto domino Regi pro dictis brachiis, ipsis assencientibus, quod placeat dicto domino Regi eos certificare de ipsa avinencia, et preservare eciam illesa ipsa brachia in ipsa concordia a preiudiciis quibuscunque.

Et dictus dominus Rex respondit sibi quod avinencia ipsa erat talis quod ad eorum preiudicium non tendebat.

Et Franciscus de sancto Clemente nomine brachii universitatum civitatum villarum et locorum regalium Cathalonie exsurgens pro ipso brachio dixit quod de predicta avinencia erat eorum brachium multum letum: Tamen si qua in ipsa avinencia facta fuerant in eorum preiudicium quod idem dominus Rex dignaretur eos a preiudiciis preservare illesos.

Postea vero die mercurii, die xvij mensis Octobris anni predicti, cum ut asserebatur procuratores Comitis Urgelli et vicecomitis Cardone mandatum in contrarium eorum que supra una cum aliis brachiis nobilium et militum fecerant et convenerant cum dicto domino Rege a suis principalibus habuissent, Et denique nollent eisdem super factis et conventis aliquatenus consentire, Dictus dominus Rex accessit ad domum consilii Civitatis Barchinone, in domo predicta predicatorum constitutam, ubi erant congregata tria brachia supradicta; et existendo ibi, dixit quod procuratores Comitis Urgelli et vicecomitis Cardone nolebant consentire avinencie per eos supra facte, quinimo discedebant omnino ab ea. Quare mandavit omnibus predictis tribus brachiis et eos sub fide et naturalitate quibus sibi astricti sunt requisivit ut darent sibi consilium super eo pro quo dicta Curia fuerat convocata.

Et Reverendus Petrus archiepiscopus Terrachone exsurgens pro brachio ecclesiastico dixit nomine ipsius brachii, ipso assenciente brachio,

quod erat multum eis displicibile et ingratum quia dicti procuratores Comitis Urgelli et vicecomitis Cardone sic ab aliis discordabant. Et demum dixit quod dictum brachium una cum aliis deliberarent breviter quid in premissis esset utilius faciendum.

Et cum ipsa tria brachia exeundo de dicta domo aliquandiu deliberassent inter eos, redeundo ad eandem domum et inibi existentibus, dictus Archiepiscopus pro brachio ecclesiastico et Bernardus de Ulzinellis pro brachio nobilium et militum et Petrus Buçoti pro brachio universitatum et villarum Cathalonie supplicarunt dicto domino Regi ut vellet presentem horam prorogare ad horam vesperorum eiusdem diei pro impendendo consilio memorato, et hoc ad finem ut viderent inter eos si dicta tria brachia possent concordare in uno per eos consilio impendendo.

Et dictus dominus Rex prorogavit dictam horam ad horam vesperorum eiusdem diei.

Qua hora vesperorum cum dicta tria brachia convenissent in domo predicta consilii Barchinone Monasterii memorati, et aliqua inter eos super concordando in unum super consilio per eos impendendo colloquia habuissent, demum concordato ipso consilio omnia dicta tria brachia accesserunt ad dictum dominum Regem, existentem tunc in quadam camera vocata *de la Reyna* sui palacii regii Barchinone. Et existentes inibi coram eo, Reverendus in Christo pater Petrus Terrachone archiepiscopus nomine dictorum trium brachiorum, ibi presencium et stancium et in hiis assenciencium, dixit domino Regi quod ipsa tria brachia concordaverant insimul; et obtulit eidem domino Regi, nomine brachiorum predictorum ad hec consenciencium, eorum consilium per ea in unum concordatum nemine discrepante, prout continebatur in quodam scripto seu quaterno, cuius continencia inferius exprimitur largo modo.

Retinuerunt sibi tamen quod dictum quaternum seu scriptum remaneret penes Petrum de Altariba, notarium Ilerde nomine Simonis Ruvira notarii Barchinone, ad finem quod die crastina que erat feriata recognoscerent si aliqua erant aptanda, aliquid tamen de substancia non mutando; et eciam, quare presens hora erat prope noctis crepusculum, dixerunt quod die veneris proxima de mane magis spaciose et in curia generali dictum consilium de novo darent et eciam confirmarent, quodquidem consilium dictus dominus Rex recepit et eciam acceptavit.

Presentibus testibus Matheo Mercerii Camerlengo, Eximino Petri de Calatayubio, militibus, et Jacobo de Faro, consiliariis, Petro de Marginibus subthesaurario et Berengario de Magarola de domo dicti domini Regis.

Postea vero die veneris, qua computabatur xix dies Octobris anno predicto fuit facta in Civitate Barchinone quedam preconitzacio publice dicti domini Regis mandato per hunc modum.

Ara ojats que mana lo senyor Rey a tots prelats religioses e persones ecclesiastiques Richs homens e cavallers e a sindichs de universitats de ciutats viles e lochs Reals de Cathalunya e a tots altres appellats e reebuts ea la present Cort, la qual lo dit senyor celebra als Catalans en la ciutat de Barchinona, que vuy que es denoven jorn doctubre en ora de tercia sien al Monastir dels preycadors per raho de la dita cort.

Et dictus Jacobus Clos cursor predictus predictam preconitzacionem fecisse se retulit per loca civitatis Barchinone, in quibus preconitzaciones sunt solite fieri.

Et ipsa eadem die hora terciarum dictus dominus Rex venit ad domum predictam predicatorum Barchinone, et ipso existente in dicta domo consilii Barchinone una cum brachiis tribus predictis que erant inibi congregata, dictus dominus Rex dixit et mandavit predictis tribus brachiis eosque requisivit ut darent sibi consilium quod jam inter eos fuerat concordatum.

Et exsurgens dictus Archiepiscopus Terrachone pro brachio prelatorum et personarum ecclesiasticarum, dixit quod deliberare volebant aliquantulum omnia insimul tria brachia antedicta. Et licet dominus Rex predictus in huiusmodi deliberacione nollet prebere consensum, et eciam dictum esset eisdem brachiis per Franciscum Roure vicecancellarium quod super re certa et conventa non opportebat deliberare; Veruntamen, cum assereretur dicta brachia ipsam deliberacionem petere pro meliori expedicione negociorum, ipsa tria brachia se a presencia dicti domini Regis aliquantulum separarunt.

Et habito inter eos colloquio, dictus Archiepiscopus Terrachone nomine brachii ecclesiastici et Bernardus de Ulzinellis pro brachio nobilium et militum et Petrus Buçoti pro brachio universitatum et villarum ac locorum Regalium Cathalonie, videlicet quilibet eorum per se, supplicarunt in efectu predicto domino Regi ut oblacionem huiusmodi consilii et eciam prolacionem judicii proferendi dignaretur pro bono concordie usque ad diem lune proximam misericorditer prorogare.

Et dictus dominus Rex respondit quod jam more pii principis prebuerat locum concordie et avinencie, de qua jam procuratores predictorum Comitis Urgelli et vicecomitis Cardone secum concordaverant, et eam postea recusaverant acceptare; Sicque de racione non tenebatur nec debebat prosecucionem huiusmodi negocii curie prorogare, maxime cum mora quam trahebat in istis partibus cederet sibi ad dedecus

atque dampnum, ex eo quare Rex Castelle erat in frontariis Aragonum inferens dampna que poterat in eisdem. Et finaliter noluit dilacionem aliquam amplius consentire; Quinimo requisivit ipsa brachia sub fide et naturalitate quibus sibi astricti erant ut super predictis, pro quibus curia convocata fuerat, et prout jam eciam eorum consilium ut predicitur exhibuerant, illud sibi impenderent sine mora. Et super hoc mandavit michi subscripto prothonotario, huius curie scriptori, ut tot quot necessaria essent et ipse dominus Rex peteret de premissis facerem publica instrumenta.

Et extunc incontinenti dictus Reverendus archiepiscopus Terrachone nomine omnium trium brachiorum, ibi astancium et consenciencium, dixit quod ipsa tria brachia concordaverant insimul nemine discrepante super ipso consilio impendendo. Sicque nomine eorundem brachiorum obtulit illud dicto domino Regi; [qui] per me Matheum Adriani notarium huius curie legi et publicari fecit, prout continetur in quodam quaterno, tenorem qui sequitur continente.

Consilium per Curiam datum domino Regi Petro III.

Senyor, com vos haiats convocada als Cathalans Cort general novelament en la Ciutat de Barchinona, e de present aquella celebrats demanan a la dita Cort a que son tenguts lalt Infant en Ramon Berenguer Comte Dampuries, el molt noble en Pere Comte Durgell e vescomte Dager e la Egregia Comtessa mare sua axi com a tudriu dell, el noble Nuch vescomte de Cardona, e altres qui ab vos senyor no son avenguts ans de la Cort present e lurs sotsmeses de fer a vos senyor en lo cas present, ço es en e per la guerra la qual injustament lo Rey de Castella ab tot son poder fa contra vos senyor, e qui indiferentment tots vostres Regnes e terres envaseix e sesforça de occupar: respon la dita cort concordament e diu que considerant la naturalesa e la fervent amor que los sotmeses vostres senyor del dit principat han haut e han e hauran daquiavant, Deus volent, a vos senyor e a la corona vostra, E considerant que la dita invasio e occupaccio es perill e interes vostre e del general de Cathalunya, pus vos senyor dehits quels dits Richs homens e altres qui ab vos senyor no son avenguts ans de la present Cort e lurs sotsmeses vos son tenguts de aiudar en lo present cas, e del contrari no es estat res dit ne proposat per los dessus dits Richs homens ne adherents lurs qui contrastas quel present consell nos donas, Diu e consella la dita Cort quel dit molt noble Comte Durgell e la dita Egregia Comtessa mare e tudriu sua e lo noble Nuch vescomte de Cardona

e altres barons e cavallers del principat de Cathalunya qui ab vos senyor nos son avenguts ans del dia de la present Cort se comença e lurs homens propriis e los altres poblats dins lurs terres qui ab lurs homens han acostumat de contribuir indiferentment e comuna, vos son tenguts de fer aiuda en lo cas present en les terres empero deça mar. E entro pus plenerament sia acordat de la manera daquesta aiuda, E la manera de la aiuda sia declarada en la primera Cort general qui en Cathalunya se tendra, Consella la dita cort que en lendemig, entro la dita declaracio sia feta la qual se haia a fer en la dita primera cort general, los dits Comte Durgell e vescomte de Cardona e lurs homens propris e los altres poblats dins luns terres qui ab lurs homens han acostumat de contribuir indiferentment e comuna, tenguen e sien tenguts de tenir entre tots comunament ab lurs propries despeses en la frontera L homens a cavall bons e reebents la meytat armats e laltra meytat alforrats, ço es cascun dels dits Comte Durgell e vescomte de Cardona xxv homens a cavall, los quals homens a cavall sien tenguts los dits Comte Durgell e vescomte de Cardona trametra a la dita frontera daçi al xv dia del mes de Noembre primer vinent, enguisa que daçi al dit terme partits de Cathalunya anant dret cami a la dita frontera, E que los dits homens a cavall anant e estant en la dita frontera estien e dejen estar a ordinacio de vos senyor o de vostres Capitans.

Enten empero senyor e consella la dita cort que si la dita declaracio no era feta dins ij anys, del primer dia de maig prop passat daquiavant comptadors, quels dits Comte Durgell e vescomte de Cardona per virtut del present consell nostre no sien tenguts de tenir, passats los dits ij anys, homens a cavall en la frontera, Con los altres sotsmeses vostres senyor al dit temps tansolament vos haien atorgat de fer aiuda. Empero que si la guerra de Castella ans dels dits ij anys era finida per pau, que la dita aiuda ces de tot en tot per lo temps apres daquella pau esdevenidor. E si dins los dits ij anys Treva hi entrevenia, sia sospes lo servey dels homens a cavall e la paga del sou daquells durant la trova aquella, Ells empero pagant ço que deguessen de temps passat segons la forma e manera en les aiudes dels altres sotsmeses vostres contengudes.

Aximateix consella la dita Cort quels dits Comte Durgell e vescomte de Cardona vos paguen eus sien tenguts de pagar, per la dita raho e forma, daci al dit xv dia de Noembre sou de L homens a cavall, la meytat armats e laltra meytat alforrats, a raho de vij solidos per cavall armat e de v sol. per cavall alforrat, per lo temps passat dels dits ij anys, ço es del primer dia de Maig prop passat entro al dit xv

dia del mes de Noembre dins lo qual temps se encloen vj meses e mig.

Encare consella la dita Cort que a la dita raho, segons mes e menys los altres barons e cavallers qui ab vos senyor nos son avenguts, abans del dia que la present cort se comença per la forma dessus dita per si e per lurs homens propris et los altres poblats dins lurs terres qui ab lurs homens han acostumat de contribuir indiferentment e comuna, tenguen e sien tenguts de tenir, dins lo temps dessus dit, homens a cavall la meytat armats e laltra meytat alforrats en la dita frontera per lo temps esdevenidor e pagar encare lo sou daquells a la dita raho per lo temps passat dels dits ij anys.

E per ço com de present nos poria bonament declarar lo nombre dels homens a cavall que cascu dels dits altres barons e cavallers qui ans del dit dia de la Cort present nos son ab vos avenguts haura a tenir, Consella la dita Cort que vos senyor per poder a vos aquesta vegada en la present Cort atorgat eligats iij o iiij persones abtes en aço, o mes si a vos senyor parra, qui segons lur bon arbitri, fet per ells daço sagrament, haut esguart a les dites coses, declaren e ordonen lo Nombre dels homens a cavall, lo qual cascu dels dits barons e cavallers haura a tenir per lo temps esdevenidor, e sou daquells a pagar per lo temps passat dels dits ij anys; la qual declaracio e ordinacio haia força e natura de Juy de cort e valla aytant. E aquella a tenir sien tenguts los dits barons e cavallers axi com si en la present cort fos feta: E quels lich els estrenga dins viij dies apres que en lo cap de la vageria, don seran, lus sera ab veu de crida publicada.

E que de les dites coses a alcu dels dits Comte Durgell e vescomte de Cardona e altres Richs homens barons e Cavallers dessus dits no sia feta per vos senyor en tot o en partida, com fer nos deia, gracia alcuna o remissio sens consell e assentiment del general de Cathalunya.

En les coses empero senyor dessus dites no enten la cort que sien compreses en res lalt Infant en Ramon Berenguer Comte Dampuries ni los sotsmeses daquell, Con la dita cort senyor haia entes per vos e per lo procurador del dit alt Infant que aquell Infant ses ab vos senyor avengut, de guisa que vos senyor vos ne tenits per content.

E que per aquest consell ne per la sentencia o declaracio per vos senyor donadora sobre les dites coses no sia fet preiudici al general de Cathalunya ne alcu dels braces de la present Cort ne a altres del dit principat o alcu daquells, ans per vos senyor a ells e a cascu dells presents e esdevenidors en la dita sentencia o declaracio sien servats e salvats tots privilegis libertats e franqueses leys de la terra e romanes usos e costams scrits e no scrits e raho natural, axi be en proprietat

com en possessio, en e per los quals lo dit general els singulars daquell e altres del principat de Catalunya dessus dits, exceptat en la vegada present aytant com toca solament los dits Richs homens e altres qui ab vos senyor nos son avenguts e lurs homens propris e los altres poblats dins lurs terres qui ab lurs homens han acostumat de contribuir indiferentment e comuna, se poden es poran aiudar en les coses dessus dites per temps esdevenidor. Axi que, per la dita sentencia o declaracio o raho daquella no pusca ne deia esser treyta daquiavant consequencia, ne per aquella no sia nes puga negun mal us introduir expressament o calladament directament o indirecta, ne faça ne pusca fer dret, sino solament aquesta vegada contra los dits Richs homens e altres qui ab vos senyor nos son avenguts e lurs homens axi com es dessus dit, Vos senyor volen e expressament consenten e declaran lo dit general de Catalunya e tots los altres del dit principat, exceptats los dits Richs homens e lurs adherents e lurs homens, segons que dessus, aquesta vegada solament esser de present e per esdevenidor en lo cas e punt en que son de present ans del present consell e de la dita sentencia o declaracio, la sentencia o declaracio dessus dita ne raho daquella callada o expressa no contrestant en res sobre les dites coses.

Quo siquidem consilio per me predictum notarium huiusque generalis curie scriptorem in dicta generali curia lecto de verbo ad verbum et eciam publicato, omnia tria brachia antedicta, inibi presencia et cum dicto domino Rege generalem curiam faciencia, quorum videlicet pro brachio ecclesiastico dictus reverendus Petrus Terrachone archiepiscopus, Raimundus de Cumbis prepositus ecclesie Terrachone, Raimundus Alberti procurator episcopi Gerundensis, Raimundus Romei iconomus et procurator Capituli sedis Barchinonensis et Raimundus Ferrarii procurator et iconomus Capituli Vicensis ecclesie, Et pro brachio baronum et militum nobilis Bernardus de Capraria senior, nobilis Berengarius de Apilia, nobilis Artaldus de Focibus, milites, Bernardus de Thous, Bernardus de Ulzinellis, Bernardus de Terribus et Berengarius de Palacio, milites, Et pro brachio universitatum Civitatum villarum et locorum regalium Cathalonie Petrus Boçoti universitatis Civitatis Barchinone, Franciscus de sancto Clemente universitatis Civitatis Ilerde, Berengarius de Meçina universitatis ville Cervarie, Berengarius de Riaria et Guillelmus Vinyoles universitatis civitatis Gerunde, Ermengaudus Martini Franciscus Taulerii universitatis ville Perpiniani, Bernardus Compani et Petrus Bosser universitatis ville Podii Ceritani, Petrus Garreta universitatis ville Berge, Bonanatus Rubei universitatis ville de Arbucio, Bartholomeus Amati universitatis Turricelle de

Montegrino, Johannes Carcar universitatis Ville franche Confluentis, Franciscus de Plano universitatis ville Calidarum de Monte bovino et Bernardus de Vilarench universitatis sancti Petri de Auro, insimul et concorditer, discrepante nemine, dictum Consilium nominibus premissis dicto domino Regi prebuerunt, illudque laudarunt approbarunt ratificarunt et eciam confirmarunt.

Presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis Matheo Mercerii Camerlengo et Raimundo de Villanova Algutzirio, militibus, Francisco Roure vicecancellario legum doctore, Geraldo de Montebruno Archidiacono de Culla in ecclesia Dertusensi, Jacobo de Faro et Eximino Sancii de Ribavallosa, consiliariis dicti domini Regis.

Et hiis peractis eadem hora idem dominus Rex cum, habita jam super hoc cum dicta curia generali deliberacione matura, vellet procedere super hiis ad judicium proferendum existens in domo prefata dicti Monasterii fecit vocari in domo prefata procuratores predictorum Comitisse Urgelli tutricis et curatricis que supra et vicecomitis Cardone, quibus inibi presentibus dictus dominus Rex dixit eis et peciit ab eisdem siqua volebant dicere vel proponere pro parte suorum principalium predictorum.

Et exsurgens Bernardus de Camporrellis procurator actor predictus dixit quod ipse perceperat quod dictus dominus Rex volebat seu intendebat super predictis suum promulgare judicium, qua de se obtulit in scriptis quod sequitur.

Addendo allegacionibus ac eciam racionibus propositis per procuratores et actorem inclite Cecilie Comitisse Urgelli vicecomitisseque Agerensis, tutricis et curatricis Egregii viri Petri Comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis filii sui, et nobilis vicecomitis Cardone procuratores prefati pro defensione jurium suorum principalium et subditorum eorundem faciunt allegaciones sequentes.

Primo, quia tantum in jure existit quod provinciales a suis negociis cum ipsorum grandi incomodo evocari non debent ar. l. *si quis ex signatoribus*. ff. quem ad testes aper; Tum quia ideo principi dantur vectigalia tallie collecte et alia juria regalia ut ex hiis teneat milites et pedites cum quibus collatores et provinciales valeat defensare in auctentica *ut iudi[ces] sine quoquo* infra § *opportet vero illud tolle* ij, quod hoc facit quare princeps sic debet tenere paratos limites quod cum fuerit inimicorum comocio non debeat convocare in auxilium remotos. C. *de offi. p. preto. afri.* l. ij § *pro limitacionis* in iij columpna sit et in proposito; Tum quare indicere exercitum subditis est quedam species imperii seu jurisdiccionis, quod patet quare presens indicit exercitum subditis sue pro-

vincie; extraneis non semper requirit in subsidium justicie, ut patet expresse in l. *si quis in hoc* C. de episcopis ecclesie et C. de hiis qui latrones occultaverint l. *si qui latrones*, sicut aliam speciem jurisdiccionis non posset explicare extra Cathaloniam, quinimo nec hanc ut l. *extra territorium* ff. de jurisdiccione omnium judicum; Tum quare licet provincie Cathalonie Valencie et Aragonie regantur sub eodem principe diverso tamen jure et debent diversa jura censeri, ut dixit glosa alibi de Civitate romana et metropoli C. *de metropoli* l. j lin. xj; Tum quare tenetur per aliquos doctores quod si moveatur guerra principi quod non debet vocare subditos remotos a loco guerre nec aliquid per hoc ab hiis exigere, presertim quando sine remotis se defendere potest ar. in auctentica *de esc.* in fi. tolle. ix C. *de offi. ma. mili.* l. *si melius* j. l. j § *medico,* C. *de novo Codi. confir.*, ubi istud tenetur per aliquos doctores modernos; per hoc potest induci lex C. *a quibus mu. li. se excu.* l. ij libro x, cum dicat per loca quibus iter arripimus, quasi dicat illi qui sunt in locis per que transit exercitus non possunt excusari, quinimo illi qui sunt remoti ab illis locis non tenentur ut in proposito; pro hoc potest eciam allegari quare homines baronum militum prelatorum Religiosorum et civium nunquam fecerunt exercitum extra Cathaloniam, licet similes cause acciderent, imo est constitucio que eos exemit ab exercitu, ut in prima Barchinone domini Regis Jacobi secundi C. *Item que nos ne nostros officials.* Non obstat si dicatur quod dominus Rex solum vult subsidium ab hominibus dictorum baronum racione guerre predicte et quod non vult quod ipsi vadant ad exercitum, Nam ex quo sunt privilegiati de exercitu sunt eciam privilegiati de subsidio faciendo racione exercitus, quare quando aliquid subrogatur in loco alterius eius naturam et condicionem assumit ff. *de condi. et demos.* l. *filie* § *aticia* cum multis aliis similibus.

Quare procuratores et actor predicti, persistentes in omnibus supra per eos propositis et allegatis, petunt et requirunt et protestantur ut supra.

Et dictus dominus Rex retinuit sibi deliberacionem an predicta sint admitenda necne; mandans michi dicto prothonotario et scriptori huius generalis curie ut de predictis nullum facerem nec clauderem instrumentum, donec idem dominus Rex deliberaverit super istis.

Sunt de hiis testes Matheus Mercerii Camerlengus, Raimundus de Villanova Alguazirio, Franciscus Roure vicecancellarius et Jacobus de Faro, consiliarii dicti domini Regis.

Et mox surrexit Petrus de Villalonga procurator vicecomitis Cardone et obtulit quandam cedulam, cuius series sic habetur.

Stantes et perseverantes Bernardus de Camporrellis procurator et actor Inclite Cecilie Comitisse Urgelli ac vicecomitisse Agerensis tutricis et curatricis Egregii viri Petri Comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis ac Petrus de Vilalonga domicellus procurator nobilis vicecomitis Cardone, nominibus quibus supra, in omnibus et singulis supra per eos et eorum quemlibet propositis requisitis protestatis et allegatis, dicunt se nominibus quibus supra preter gravamina supra eisdem illata, addendo gravamina gravaminibus, nunc noviter agravatos in eo quod, cum pro brachio ecclesie sex et pro brachio civitatum atque villarum Cathalonie sex fuissent ab inicio tractatores electi, nunc dictus numerus ab utroque brachio de predictis ad trium tractatorum numerum est reductus, et non consencientibus procuratoribus et actore predictis, in non modicum preiudicium Comitum et vicecomitis predictorum, cum tucius sit judicium quod plurimorum sentenciis confirmatur. Igitur petunt et requirunt instanter procuratores et actor predicti quatenus hec et alia gravamina revocent, et ad statum debitum reducantur antequam ad alia procedatur. Petunt eciam et requirunt raciones per eos ultimo propositas et oblatas in Curiis et in absencia domini Regis, quas nunc in ipsius domini Regis presencia offerunt et volunt pro oblatis haberi, hic in ipsius domini Regis presencia legi et inseri in processu; Necnon et de dictis racionibus eis fieri ad partem publicum instrumentum. Alioquin, cum debita reverencia protestantur de toto jure eorum et principalium suorum quod per ea que acta sunt, aguntur seu agentur imposterum, nullum preiudicium eis fiat seu subditis eorundem; Et quod eis non consenciunt nec consentire intendunt, nisi si et dumtaxat per usaticos constituciones et jura ad predicta quomodolibet astringuntur. Et hec petunt inseri in processu huius curie, necnon ad partem de predictis sibi fieri publicum instrumentum.

Et dictus dominus Rex retinuit sibi deliberacionem an predicta sint admitenda necne, mandans michi dicto prothonotario et scriptori huius generalis curie ut de predictis nullum facerem nec clauderem instrumentum, donec idem dominus Rex deliberaverit super istis.

Sunt de hiis testes Matheus Mercerii Camerlengus, Raimundus de Villanova Algutzirius, milites, Franciscus Roure vicecancellarius et Jacobus de Faro, consiliarii dicti domini Regis.

Et incontinenti, Jacobus de Meyano, procurator nobilis Raimundi de Angularia cuius est locus de Pulcro podio, nomine suo et aliorum procuratorum subscriptorum nobilium, hiis consenciencium, vel suorum principalium in subscripta cedula contentorum, obtulit quandam cedulam, cuius tenor sequitur in hunc modum.

Cum ad audienciam Guillelmi de Palacio procuratoris nobilis vicecomitis Castri boni, Jacobi de Meyano procuratoris nobilis Raimundi de Angularia domini de Bello podio, Bernardi de Monte acuto procuratoris nobilis Guillelmi Raimundi de Cervilione, Berengarii de Muntpao procuratoris nobilis Dalmacii de Queral, et Jaufridi de Castro eulino procuratoris nobilis Raimundi Alamanni de Cervilione, et Gombaldi de Camporrellis procuratoris nobilis Gombaldi de Angularia, pervenerit quod vos, serenissimus princeps et dominus Rex, congregatis Curiis generalibus in Civitate Barchinone, nonnullos processus fecistis facitis et continuare intenditis, tangentes principales procuratorum predictorum et in eorum preiudicium ac cuiuslibet eorundem, ipsis procuratoribus non vocatis, nec citatis principalibus ipsorum ut per se vel procuratores proponerent raciones et allegarent. Quare contenta in processibus antedictis quatenus eos tangunt et eorum singulos fieri non deberent sicuti de jure faciendum extitit. Idcirco dicti procuratores cum humili reverencia protestantur de nullitate dictorum processuum et de toto jure principalium suorum, quod ex dictis processibus seu contentis in eis nullum preiudicium eis fiat, imo quod totum jus principalium suorum salvum eis remaneat et illorum; et quod, quatenus ipsos principales suos aficiunt, nullam obtineant roboris firmitatem nisi si et dumtaxat de jure usatico et constitucionibus vel alias debitum potuerunt sortiri efectum. Et hec petunt et requirunt procuratores predicti, quibus supra nominibus, inseri in processibus supradictis; ac de hiis et partem eorundem eis et eorum cuilibet fieri et tradi publicum instrumentum per vos notarium infrascriptum.

Et dictus dominus Rex retinuit sibi deliberacionem an predicta sint admitenda necne, mandans michi dicto prothonotario et scriptori huius generalis curie ut de predictis nullum facerem nec clauderem instrumentum, donec idem dominus Rex deliberaverit super istis.

Sunt de hiis testes Matheus Mercerii Camerlengus, Raimundus de Villanova Algutzirius, milites, Franciscus Roure vicecancellarius et Jacobus de Faro, consiliarii domini Regis jamdicti.

Quo facto, eadem die hora prandii, dictis prius per Franciscum Roure vicecancellarium dicti domini Regis et nomine ipsius aliquibus verbis pulcherrime et ornate, que modum prolacionis judicii principis sapiebant, conclusit denique in efectum quod dominus Rex, habito super hiis consilio maturo et digesto cum consilio approbacione et assensu tocius presentis curie generalis, deliberaverat proferre et de facto proferebat super predictis suum judicium vel sentenciam, prout continetur in quodam quaterno michi, dicto Matheo Adriani prothonotario et

scriptori presentis curie generalis, tradito subscripti tenoris; quodquidem judicium dictus dominus Rex per me dictum Matheum legi et publicari fecit in ipsa curia generali, ipsa generali curia assenciente et approbante; cuius series dinoscitur esse talis.

In nomine Domini. Nos Petrus Dei gracia Rex Aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie, quia pridem nos pro declaracione fienda in generali curia ad quid nobis tenerentur Inclitus Infans Raimundus Berengarii Impuriarum, Et egregius vir Petrus Urgelli Comites, Necnon et nobilis Hugo vicecomes Cardone, et eorum subditi, in adjuta quam licet per nos rogati in defensione Regnorum et terrarum nostrarum, que a Rege Castelle iniuste invadevantur quique eciam civitatem Tirasone et quedam alia Castra et loca nostra de facto occupaverat conans eciam alia occupare, facere nobis distulerant, licet ipsa adiuta nobis multum necessaria existeret, et ad quid eciam tenerentur alii barones et milites Cathalonie qui, antequam presens curia teneri inciperetur, nobiscum racione predicta non convenissent, Curiam generalem in Civitate Barchinone tenendam Cathalanis mandavimus celebrari. Ad quam curiam convenerunt prelati et persone ecclesiastice, necnon barones milites, sindici civitatum et villarum, in presenti processu huius generalis curie contenti, inter alios illi quorum nomina inferius describuntur, qui in prolacione huiusmodi judicii interfuerunt quique in eodem judicio suum prebuerunt assensum; cum quibus tam de predictis quam eciam de predictis que per procuratores dictorum Comitum et vicecomitis et nonnullarum aliorum baronum in dicta generali Curia fuerant proposita et producta, habuimus plura colloquia consilia et tractatus. Ideo maturo et digesto consilio cum subscriptis qui ad dictam curiam convenerant habito super istis, de et cum consilio approbacione et assensu presentis curie generalis, attenta tam ardua et tam necessaria causa defensionis rei publice et maximo periculo dicte guerre pro quibus dicta adiuta petita fuit, et attenta eciam dilacione seu tarditate per dictum Comitem Urgelli et Egregiam Ceciliam matrem et tutricem eiusdem et vicecomitem Cardone et reliquos barones in faciendo eandem adiutam comissa, ex quo nos opportuit plures sumptus facere et diversos: Cum hoc presenti curie judicio declaramus ordinamus et statuimus de et cum consilio approbacione et assensu tocius curie generalis quod dicti Comes Urgelli et vicecomes Cardone et alii barones et milites qui ad diem qua presens curia incepta fuit nobiscum non convenerunt de predictis pro se et suis hominibus propriis et aliis eciam infra eorum terras populatis qui consueverunt comuniter et indiferenter contribuere cum homi-

nibus eorundem, debent et tenentur in hoc casu tante necessitatis et tanti eciam periculi nobis pro defensione rei publice Regnorum et terrarum nostrarum adiutam, in terris tamen cismarinis, facere condecentem. Et donec plenius deliberatum fuerit de modo dicte adiute et hoc declaratum fuerit in prima generali Curia in Cathalonia celebranda, declaramus ordinamus et statuimus de consilio approbacione et assensu presentis curie generalis quod interim, donec dicta declaracio facta fuerit que fieri habeat in dicta prima curia generali, dicti Comes Urgelli et vicecomes Cardone teneant inter ambos et tenere teneantur eorum propriis et dictorum hominum sumptibus in frontaria Quinquaginta equites bonos et acceptabiles, medietatem armatorum et alteram medietatem alforratorum, de quibus uterque ipsorum Comitis Urgelli et vicecomitis Cardone viginti quinque equites tenere teneatur; Quos siquidem equites teneantur mittere hinc ad Quintam decimam diem mensis Novembris proxime instantis ad dictam frontariam taliter quod hinc usque ad dictam diem a Cathalonia recesserint recto itinere ad dictam frontariam accessuri. Adiecto quod dicti equites eundo ad dictam frontariam et stando in eadem, quousque ad proprios lares redierint, teneantur stare et obedire ordinacioni nostre vel nostrorum Capitaneorum. Et adiecto eciam quod, si infra duos annos a prima die mensis Madii proxime transacti in antea computandos dicta declaracio facta non fuerit, predicti Comes Urgelli et vicecomes Cardone virtute huius presentis judicii non teneantur ad adiutam dictorum equitum pro tempore tunc futuro, Cum ceteri subditi nostri ad id tempus tantummodo nobis adiutam concesserint et non ultra. Et adiecto eciam quod, si guerra Castelle ante dictos duos annos per pacem finita esset vel infra ipsos duos annos treuga in eadem interveniret, quod dicta adiuta cesset omnino pace interveniente, vel eciam quandiu infra ipsos duos annos ipsa treuga duraret, suspendatur servicium equitum et solucio stipendii eorundem juxta formam et modum in adiutis aliorum subditorum nostrorum Cathalonie contentos. Siquid tamen, adveniente pace vel treuga, pro tempore preterito deberetur, id nichilominus exsolvere tenerentur. Similiter declaramus statuimus et ordinamus de et cum consilio approbacione et assensu tocius curie generalis quod dicti Comes et vicecomes, uterque videlicet eorum, teneatur ultra predicta solvere Thesaurario nostro racione predicta hinc ad dictam xv diem mensis Novembris, infra quod tempus sex menses et xv dies includuntur qui in dictis duobus annis debet computari seu includi; Et predictum solidum teneantur solvere ad racionem vij solidorum pro equo armato et v solidorum pro equo alforrato. Preterea declaramus ordinamus et

statuimus quod ad dictam racionem secundum magis et minus ceteri barones et milites qui ad diem, qua presens curia incepta fuit, nobiscum de predictis non convenerunt, teneant et tenere teneantur et eciam mittere infra et ad tempus predictum per modum predictum equites, medietatem armatorum et alteram medietatem alforratorum, in dicta frontaria pro tempore futuro, et solvere solidum eorundem equitum ad dictam racione pro tempore preterito dictorum duorum annorum. Et quare de presenti, bono modo, declarari nequiret numerus equitum quos quilibet ex proxime dictis baronibus et militibus et homines sui proprii aut alii eciam infra eorum terras populati, qui consueverunt comuniter et indiferenter contribuere cum hominibus eorundem, tenere deberent, ordinamus et statuimus de consilio approbacione et assensu presentis curie generalis quod nos ex potestate nobis hac vice cum presenti curie judicio atributa eligamus et eligere possimus tres aut quatuor personas in hoc expertas, vel plures si nobis visum fuerit, qui secundum eorum bonum arbitrium et cum juramento, habito respectu ad predicta, declarent et ordinent numerum equitum quos quilibet eorundem baronum et militum et dictorum hominum tenere habebit pro tempore futuro dictorum duorum annorum, et quantitatem solidi quam pro dicto tempore preterito eos solvere opportebit. Quam declaracionem et ordinacionem vim et naturam judicii curie habere volumus et eundem valorem obtinere, et ad eandem tenendam ipsos barones et milites et dictos homines sic astringi ac si in presenti curia esset facta: Queque liget et astringat eosdem infra octo dies postquam in capite vicarie, in qua quilibet ipsorum baronum et militum domiciliatus fuerit, voce preconia fuerit publicata, Adicientes quod nec istis baronibus aut militibus nec eciam dictis Comiti Urgelli et vicecomiti Cardone et dictis hominibus, aut alicui eorundem, nequeat, cum non debeat, fieri per nos gracia aut remissio in totum vel in aliqua parte de predictis sine Generalis Cathalonie consilio et assensu. Et in predictis aut predictorum aliquo Inclitum Infantem Raimundum Berengarii Impuriarum Comitem predictum aut eius subditos nolumus comprehendi, nec presens curie judicium ad ipsum vel ad eius subditos extendi, cum ipse nobiscum taliter gratis convenerit quod nos de ipso merito contentamur. Postremo quare nostre fuit et est intencionis quod presens judicium seu statutum curie absque alicuius preiudicio fiat, ideo de approbacione consilio et assensu tocius curie generalis ordinamus et statuimus quod presens curie judicium solum in presenti casu locum habeat et in personis predictis, contra quos presens curie judicium ut premititur fuit factum, sic quod ad alios casus vel ad alias personas aut alias [ad] consequenciam ipsum

curie judicium vel eius ratio tradi nequeant nec in argumentum eciam allegari. Quinimo volumus omnes prelatos et personas ecclesiasticas, barones milites, civitates villas et alia loca Cathalonie et in eis degentes et omnes eciam populatos infra principatum Cathalonie eisdem gaudere privilegiis libertatibus inmunitatibus usibus et ceteris juribus quibus, ante presens judicium curie Et eciam antequam presens teneretur curia, gaudere poterant et debebant; Adicientes quod tam nos et jus nostrum quam ipsi omnes et eorum jus sint in eis puncto esse et statu quibus erant antequam presens curia teneretur, in tantum quod ex presenti curie judicio nobis aut eisdem non acrescat jus aliquod aut decrescat.

Quod quidem judicium extitit promulgatum in generali Curia, approbante et consenciente eadem et de consilio eiusdem, in dicta domo consilii Civitatis Barchinone in prefato Monasterio predicatorum civitatis eiusdem constituta, xix die Octobris anno a nativitate Domini M°. CCC°. Quinquagesimo Octavo. Regnique ipsius domini Regis vicesimo tercio, presentibus Bernardo de Camporrellis actore et procuratore dicte Egregie Cecilie Comitisse Urgelli tutricis et curatricis Egregii viri Petri Comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis pupilli filii sui, et Petro de Villalonga procuratore dicti nobilis Hugonis vicecomitis Cardone, Guillelmo de Palacio procuratore nobilis Bernardi Rogerii vicecomitis Castri boni, Jacobo de Meya procuratore nobilis Raimundi de Angularia de Bello podio, Berengario de Vilaleons procuratore nobilis Guillelmi Galcerandi de Rocabertino, Berengario de Muntpao procuratore nobilis Dalmacii de Queralto, Bernardo de Muntagut procuratore nobilis Guillelmi Raimundi de Cervilione, Jaufrido de Castell auli procuratore nobilis Raimundi Alamanni de Cervilione, Gombaldo de Camporrellis procuratore nobilis Gombaldi de Angularia, Poncio de Corrogone procuratore nobilis Periconi de Cardona actoreque et procuratore nobilis Margarite de Cardona tutricis et curatricis nobilis memorati.—Visa R.

Signum ✠ Petri, Dei gracia Regis Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comitisque Barchinone Rossilionis et Ceritanie, qui de consilio assensu et approbacione dicte generalis curie hoc curie judicium promulgamus.

Sig ✠ num Petri Terrachone archiepiscopi. Sig ✠ num fratris Raimundi de Vilademany. Sig ✠ num Raimundi de Cumbis prepositi Terrachone. Sig ✠ num Raimundi Romei capituli sedis barchinonensis iconomi et procuratoris. Sig ✠ num Raimundi Alberti presbiteri capituli sedis Gerunde.

Sig ✠ num Bernardi de Capraria senioris. Sig ✠ num Bernardi de

Terribus procuratoris Incliti Infantis Ferdinandi Marchionis Dertuse et domini de Albarrazino. Sig ✠ num Arnaldi de Castelleto procuratoris nobilis Raimundi de Angularia cuius est castrum de Angularia. Sig ✠ num Artaldi de Focibus. Sig ✠ num Berengarii de Monte curvo procuratoris nobilis Periconi de Meleanno. Sig ✠ num Berengarii de Apilia: *nobilium*.

Sig ✠ num Bernardi de Thous. Sig ✠ num Bernardi de Ulzinellis. Sig ✠ num Pauqueti de Pulcro castro. Sig ✠ num Berengarii de Palacio. Sig ✠ num Alberti de Gatello: *militum*.

Sig ✠ num Petri Bussoti universitatis civitatis Barchinone. Sig ✠ num Francisci de Sancto Clemente universitatis civitatis Ilerde. Sig ✠ ✠ na Berengarii de Riaria et Guillelmi de Vineolis universitatis civitatis Gerunde. Sig ✠ ✠ na Bernardi Galcerandi et Bernardi Guau universitatis civitatis Minorise. Sig ✠ ✠ na Ermengaudi Martini et Francisci Taulerii universitatis ville Perpiniani. Sig ✠ ✠ na Arnaldi de Mecina et Guillelmi Tallada universitatis ville Cervarie. Sig ✠ ✠ na Bernardi Company et Petri Bosser universitatis ville Podii Ceritani. Sig ✠ num Petri Garreta universitatis ville Berge. Sig ✠ num Bonanati Rubei universitatis loci de Arbucio. Sig ✠ num Bartholomei Amat universitatis Turricelle de Montegrino. Sig ✠ num Johannis Carcax universitatis Ville Franche Confluentis. Sig ✠ num Francisci de Plano universitatis Calidarum de Monte bovino. Sig ✠ num Bernardi de Vilarench universitatis loci Sancti Petri de Auro: *sindicorum et procuratorum*. Qui predictis nominibus huic curie judicio, de nostri consilio promulgato, nostrum prestamus assensum illudque concedimus laudamus et eciam approbamus.

Et fuerunt testes huius promulgacionis judicii Matheus Mercerii Camerlengus, Eximinus Petri de Calatayubio, milites, Franciscus Roure legum doctor vicecancellarius, Geraldus de Monte bruno Archidiaconus de Culla in ecclesia Dertusensi, Jacobus de Faro, consiliarii, et Franciscus des Guau scriptor domini Regis.

Et dicto promulgato judicio et lecto de verbo ad verbum per me dictum prothonotarium scriptorem huius curie generalis, dicti procuratores et actor obtulerunt in scriptis quod sequitur.

Et dicti procuratores et actor quibus supra nominibus petunt et requirunt de dicta declaracione et toto processu super hoc actitato sibi dari copiam et transumptum sub protestacionibus allegacionibus requisicionibus et retencionibus antedictis.

Et dictus dominus Rex retinuit sibi deliberacionem an de predictis deberet dari copia petita necne.

Presentibus testibus supradictis proxime.

Et confestim idem dominus Rex licenciavit eandem curiam generalem, concedens vocatis ad eam et in ea receptis ut in Dei benedicione possent ad propria remeare.

Postea die sabbati, vicesima die Octobris anni predicti, comparuerunt coram dicto Illustrissimo domino Rege venerabilis Bernardus de Camporrellis actor et actorio nomine predicto et venerabilis eciam Berengarius de Podiolo procurator et procuratorio nomine predicto; quorum uterque premissis nominibus obtulit eidem domino Regi peticiones sequentes.

A la vostra real magestat humilment suplica e suplican demostre en Bernat de Camporrelles cavaller, actor e procurador de la alta na Cecilia per la gracia de Deu Comtessa Durgell e vescomtessa Dager mare tudriu e curadriu del Egregi baro en Pere Comte e vescomte del Comtat e vescomtat damuntdits humil nabot vostre, que com lo dit actor en nom del dit Comte, per raho de la demanda per vos senyor feta al dit Comte, se fos avengut ab vos senyor quel dit Comte en aiuda de la guerra, la qual vos senyor havets ab lo Rey de Castella, tengues en la frontera xx homens a cavall a sa propria messio, ço es saber x armats e x alforrats, a ij anys del primer dia del mes de maig pus prop passat continuament comptadors, sots certes condicions e maneres en los Capitols sobre la dita avinença fets contengudes, la qual avinença senyor fo per vos atorgada en la cambra e en les Corts; E en apres, per tal car la dita avinença no plague a la dita Comtessa, vos senyor haiats donat juhi contra lo dit Comte, en lo qual havets condempnat lo Comte damuntdit en xxv homens a cavall, segons que en la sentencia declaracio e juhi per vos senyor donats es pus largament contengut; E com senyor lo dit Comte sia menor de edat e les per lo dit juhi e declaracio, e deie esser de dret contra lo dit juhi e declaracio restituit en entegre, ne la dita Comtessa puxe fer la condicio del dit Comte fill seu pubil pijor en alcuna manera; Per ço senyor supplica humilment lo dit actor a la vostra excellencia que lo dit Comte pubill vullats restituir en entegre contra la dita declaracio e juhi axi com a les e circunvegut, e aquell restituit vullats vos senyor la dita avinença, per vos senyor feta, manar a perfeccio sots les condicions e maneres en los dits capitols de la dita avinença fets contengudes; E en les dites coses senyor fara la vostra serenitat justicia e gracia al dit Comte, la qual conserve Deu longament ab prosperitat e victoria dels enemichs, amen.

Molt alt senyor e poderos, devant la vostra gran excellencia proposa e diu en Berenguer de Pivol, procurador del noble Nuguet vezcomte de Cardona, que per la demanda que vos senyor fabiets al dit vezcomte, que ell vos devia fer aiuda e valença en la guerra que vos senyor havets ab lo Rey de Castella, lo dit en Berenguer dez Pivol procurador, no volent sperar lo juhi vostre, feu avinença ab vos senyor, e atorga devant la vostra presencia quel dit vezcomte fahia e volia fer a vos senyor aiuda e valença de xx homens a cavall, x armats e x alforrats, la qual aiuda e valença faes a vos sens preiudici seu, la qual avinença vos senyor prengues e atorgas benignament ij vegades devant lo vostre consell, e altra vegada devant tota la cort general; e per tal com en Pere de Vilalonga procurador del dit noble vescomte contrasta a la dita avinença, contrestant la avinencia que jo senyor havia feta ab vos, havets dat juhi e sentencia contra lo dit noble Nuguet, condempnant aquell, axi senyor vos havets dit e pronunciat; E com, senyor, lo dit Pere de Vilalonga fos e sia estat tota vegada present a la avinença que jo senyor fiu ab vos e en aquella res no contresta, enten senyor lo dit Berenguer dez Pivol quel contrast quel dit Pere de Vilalonga feu no valla ne puxa valer. Perque, senyor, a la vostra gran justicia e senyoria supplica lo dit en Berenguer dez Pivol que la dita avinença per lo dit vezcomte ab vos feta, senyor, servets e tingats, seguen senyor la vostra paraula, no contrestant lo juhi que dat havets, com aço senyor de justicia fer deiats, maiorment com sia manifesta cosa que al dit vescomte plau la avinensa que ab vos senyor jo per ell he feta.

Postea vero die lune, xxij die mensis Octobris anno predicto, dominus Rex existens in suo pleno consilio, habita cum eadem solerti deliberacione super contentis in supplicacionibus antedictis, volensque plenius deliberare an de predictis cognoscere debeat cum curia generali vel sine ea et an contenta in dictis supplicacionibus per justiciam admitti debeant necne, retinuit pleniorem deliberacionem super istis, Cum quoad presens super hiis vacare nequeat, eo quare de presenti opportet ipsum ad frontariam proficisci; providit tamen, absque preiudicio dicti curie judicii et dictorum Comitis et vicecomitis, ut dicti Comes Urgelli et vicecomes Cardone interim teneant et sequantur ac compleant avinenciam de qua in dictis supplicacionibus mencio habetur.

Et die eadem, xxij Octobris anno predicto, dictus dominus Rex ex potestate ei ac vice cum dicto judicio curie atributa eligendi Tres vel Quatuor personas in hoc expertas, vel plures si sibi visum fuerit, qui secundum eorum bonum arbitrium et cum juramento habito respectu ad predicta declarent et ordinent numerum equitum, quos quilibet eo-

rundem baronum et militum et dictorum hominum tenere habebit pro tempore futuro dictorum duorum annorum ad quantitatem solidi, quam pro dicto tempore preterito eos solvere opportebit, elegit ad dictam declaracionem faciendam nobilem Berengarium de Apilia, Bernardum de Thous, Pauquetum de Pulero castro et Bernardum de Terribus, milites.

Et eodem instanti, dicti nobiles Berengarius de Apilia, Bernardus de Thous, Bernardus de Terribus, electi cum dicto Pauqueto ad dictam declaracionem faciendam, in presencia mei prothonotarii et scriptoris huius curie generalis, in manu et posse dicti domini Regis prestito per eos juramento ad sancta Dei quatuor evangelia per eos corporaliter tacta, et ex superhabundanti cautela prestito per eos ipsi domino Regis homagio ore et manibus comendato, promiserunt dictorum juramenti et homagii dictam declaracionem facere juxta contenta in judicio generalis curie memorato.

Presentibus testibus Reverendo Petro Terrachone archiepiscopo Cancellario, Raimundo de Cumbis preposito Terrachone, et Jacobo de Faro, consiliariis, ac Jacobo Conesa secretario dicti domini Regis.

Et modo simili, die xxvj Octobris anno prefato, Pauquetus de Pulero castro, electus ut predicitur cum aliis premissis, juravit ad sancta Dei evangelia et homagium fecit dicto domino Regi in mei dicti prothonotarii scriptoris et testium subscriptorum presencia, et dictorum juris et homagii vigore promisit dictam declaracionem cum aliis predictis facere, prout in dicto judicio curie continetur.

Cuius rei testes sunt Raimundus de Cumbis prepositus ecclesie Terrachone, Franciscus Roure legum doctor vicecancellarius et Jacobus de Faro, consiliarii dicti domini Regis.

Super qua quidem declaracione fienda predictis nobili et militibus fuit facta comissio per dictum dominum Regem cum eius carta, suo pendenti sigillo munita, cuius tenor dinoscitur esse talis.

Nos Petrus, Dei gracia Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Attendentes quod secundum formam statuti seu judicii curie, in generali curia quam noviter celebravimus Barchinone editi, sub hac forma:

In nomine Domini nos Petrus, Dei gracia Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie, Quia pridem nos pro declaracione fienda in generali curia ad quid nobis tenentur inclitus Infans Raimundus Berengarii Impuriarum et egregius vir Petrus Urgelli Comites necnon et nobilis Hugo vicecomes Cardone et eorum subditi in adiuta, quam licet per nos rogati in defensione regnorum et terrarum nostrarum, que a Rege Castelle inius-

te invadebantur quique eciam civitatem Tirasone et quedam alia castra nostra de facto occupaverat conans eciam alia occupare, facere nobis distulerant, licet ipsa adiuta nobis multum necessaria existeret, et ad quid eciam tenerentur alii barones et milites Cathalonie, qui antequam presens curia teneri inciperetur nobiscum racione predicta non convenissent, Curiam generalem in Civitate Barchinone tenendam Cathalanis mandavimus celebrari. Ad quam curiam convenerunt prelati et persone ecclesiastice, Necnon barones milites sindici civitatum et villarum, quorum nomina inferius describuntur, cum quibus, tam de predictis quam eciam de hiis que per procuratores dictorum Comitum et vicecomitis et nonnullorum aliorum baronum in dicta generali Curia fuerant proposita et producta, habuimus plura colloquia consilia et tractatus. Ideo maturo et digesto consilio cum predictis, qui ad predictam Curiam convenerant, habito super istis, de et cum consilio approbacione et assensu presentis curie generalis, attenta tam ardua et tam necessaria causa defensionis rei publice et maximo periculo dicte guerre, pro quibus dicta adiuta petita fuit, et attenta eciam dilacione seu tarditate per dictum Comitem Urgelli et Egregiam Ceciliam matrem et tutricem eiusdem et vicecomitem Cardone et reliquos barones in faciendo eandem adiutam comissa, ex qua nos opportuit plures sumptus facere et diversos, Cum hoc presenti curie judicio declaramus ordinamus et statuimus, de et cum consilio approbacione et assensu tocius curie generalis, quod dicti Comes Urgelli et vicecomes Cardone et alii barones et milites, qui ad diem qua presens curia incepta fuit nobiscum non convenerunt, de predictis pro se et suis hominibus propriis et aliis eciam infra eorum terras populatis, qui consueverunt comuniter et indiferenter contribuere cum hominibus eorundem, debent et tenentur, in hoc casu tante necessitatis et tanti eciam periculi, nobis pro defensione rei publice Regnorum et terrarum nostrarum adiutam in terris cismarinis facere condecentem; et donec plenius deliberatum fuerit de modo dicte adiute et hoc declaratum fuerit in prima generali Curia in Cathalonia celebranda, declaramus ordinamus et statuimus de consilio approbacione et assensu presentis curie generalis quod interim, donec dicta declaracio facta fuerit que fieri habeat in dicta prima curia generali, dicti Comes Urgelli et vicecomes Cardone teneant inter ambos et tenere teneantur eorum propriis et dictorum hominum sumptibus in frontaria Quinquaginta equites bonos et acceptabiles, medietatem armatorum et alteram medietatem alforratorum, de quibus uterque ipsorum Comitis Urgelli et vicecomitis Cardone viginti quinque equites tenere teneatur, quos siquidem equites teneantur mittere hinc ad quintam decimam diem

mensis Novembris proxime instantis ad dictam frontariam, taliter quod hinc usque ad dictam diem a Cathalonia recesserint recto itinere ad dictam frontariam [sint] accesuri; Adiecto quod dicti equites, eundo ad dictam frontariam et stando in eadem quousque ad proprios lares redierint, teneantur stare et obedire ordinacioni nostre vel nostrorum Capitaneorum; Et adiecto eciam quod, si infra duos annos a prima die mensis Madii proxime transacti in antea computandos, dicta declaracio facta non fuerit, predicti Comes Urgelli et vicecomes Cardone virtute huius presentis judicii non teneantur adiutam dictorum equitum pro tempore tunc futuro, cum ceteri subditi nostri ad id tempus tantummodo nobis adiutam concesserint, et non ultra; Et adiecto eciam quod, si guerra Castelle ante dictos duos annos per pacem finita esset vel infra ipsos duos annos treuga in eadem interveniret, quod dicta adiuta cesset omnino pace interveniente; vel eciam quandiu infra ipsos duos annos ipsa treuga daretur, suspendatur servicium equitum et solucio stipendii eorundem juxta formam et modum in adiutis aliorum subditorum nostrorum Cathalonie contentos; Siquid tamen adveniente pace, vel treuga, pro tempore preterito deberetur, id nichilhominus exsolvere tenerentur. Similiter declaramus statuimus et ordinamus de et cum consilio approbacione et assensu tocius curie generalis quod dicti Comes et vicecomes, uterque videlicet eorum, teneatur ultra predicta solvere Thesaurario nostro racione predicta hinc ad quintamdecimam diem instantis mensis Novembris stipendium sive solidum viginti quinque equitum, partim armatorum et partim alforratorum, pro tempore preterito dictorum duorum annorum, scilicet de dicta prima die mensis Madii usque ad dictam quintamdecimam diem dicti mensis Novembris; infra quod tempus sex menses et quindecim dies includentur, qui in predictis duobus annis debet computari seu includi, et predictum solidum teneantur solvere ad racionem septem solidorum pro equo armato et quinque solidorum pro equo alforrato. Preterea declaramus ordinamus et statuimus quod ad dictam racionem secundum magis et minus ceteri barones et milites, qui ad diem qua presens curia incepta fuit nobiscum de predictis non convenerunt, teneant et tenere teneantur ac eciam mittere infra et ad tempus predictum per modum predictum equites, medietatem armatorum et alteram medietatem alforratorum, in dicta fronteria pro tempore futuro, et solvere solidum eorundem equitum ad dictam racionem pro tempore preterito dictorum duorum annorum. Et quia de presenti, bono modo, declarari nequiret numerus equitum quos quilibet ex proxime dictis baronibus et militibus et homines sui proprii aut alii eciam infra eorum terras populati, qui consue-

verunt comuniter et indiferenter contribuere hominibus eorundem, teneri deberent, ordinamus et statuimus de consilio approbacione et assensu presentis curie generalis quod nos, ex potestate nobis hac vice cum presenti curie judicio attributa, eligamus et eligere possimus tres aut quatuor personas in hoc expertas, vel plures si nobis visum fuerit, que secundum eorum bonum arbitrium et cum juramento habito respectu ad predicta declarent et ordinent numerum equitum, quos quilibet eorundem baronum et militum et dictorum hominum tenere habebit pro tempore futuro dictorum duorum annorum, et quantitatem solidi quam pro dicto tempore preterito eos solvere opportebit. Quam declaracionem et ordinacionem vim et naturam judicii curie habere volumus et eundem valorem obtinere, et ad eandem tenendam ipsos barones et milites et dictos homines sic astringi ac si in presenti curia esset facta, queque liget et astringat eosdem infra octo dies postquam in capite vicarie, in qua quilibet ipsorum baronum et militum domiciliatus fuerit, voce preconia fuerit publicata: Adicientes quod istis baronibus aut militibus seu eciam dictis Comiti Urgelli et vicecomiti Cardone et dictis hominibus aut alicui eorundem nequeat, cum non debeat, fieri per nos gracia aut remissio in totum vel in aliqua parte de predictis sine Generalis Cathalonie consilio et assensu. Et in predictis aut predictorum aliquo Inclitum Infantem Raimundum Berengarii Impuriarum Comitem predictum aut eius subditos nolumus comprehendi, nec presens curie judicium ad ipsum vel eius subditos extendi, cum ipse nobiscum taliter gratis convenerit quod nos de ipso merito contentamur.

Postremo, quia nostre fuit et est intencionis quod presens judicium seu statutum curie absque alicuius preiudicio fiat, ideo de approbacione consilio et assensu tocius curie generalis ordinamus et statuimus quod presens curie judicium solum in presenti casu locum habeat et in personis contra quas presens curie judicium, ut premititur, fuit factum, Sic quod ad alios casus vel ad alias personas aut alias ad consequenciam ipsum curie judicium vel eius racio trahi nequeant, nec in argumentum eciam allegari; quinimo volumus omnes prelatos et personas ecclesiasticas barones milites civitates villas et alia loca Cathalonie et in eis degentes et omnes eciam populatos infra principatum Cathalonie eisdem gaudere privilegiis libertatibus immunitatibus usibus et ceteris juribus, quibus ante presens judicium curie, et eciam antequam presens teneretur curia, gaudere poterant et debebant; Adicientes quod tam nos et jus nostrum quam ipsi omnes et eorum jus sint in eis puncto esse et statu, quibus erant antequam presens curia tenere-

tur, in tantum quod ex presenti curie judicio nobis aut eisdem non acrescat jus aliquod aut decrescat.

Nos possumus eligere tres aut quatuor personas in hoc expertas, aut plures si nobis visum fuerit, que secundum eorum bonum arbitrium et declaracionem faciant, de quo agitur in statuto seu judicio curie preinserto. Igitur de industria et legalitate vestrum, nobilis et dilectorum Berengarii de Apilia, Bernardi de Thous, Pauqueti de Pulcro castro et Bernardi de Terribus, militum, plenam ab experto fiduciam obtinentes, Tenore presentis ad faciendum declaracionem, contentam in dicto statuto seu curie judicio, ducimus eligendos; Sic quod vos secundum vestrum bonum arbitrium et sub virtute juramenti, modo de presenti super sancta Dei evangelia in nostris manibus prestiti, habito respectu ad predicta declaretis et ordinetis numerum equitum, quos quilibet eorundem baronum et militum et dictorum hominum tenere habent pro futuro tempore dictorum duorum annorum, et quantitatem solidi quam pro dicto tempore preterito eos solvere opportebit, quodque id quod super predictis ordinaveritis et declaraveritis debite exequcioni mandetis. Et si forsan aliquis vel aliqui dictorum baronum militum et aliorum supra declaratorum declaracioni et ordinacioni vestris non obtemperaverint, seu ea recusaverint adimplere, illum seu illos tales eorumque subditos per viam pignoris et alia remedia, de jure seu consuetudine in talibus seu circa talia adhiberi consueta, compellatis et distringatis ad faciendum et ad complendum cum efectu per nos declarata ac eciam ordinata; Mandantes cum presenti gerenti vices Gubernatoris in Catalonia, necnon vicariis baiulis et aliis officialibus nostris ad quos presentes pervenerint, quod super predictis exequendis et efectui deducendis assistant vobis auxilio consilio et favore, ipsique officiales illa exequtare et compleri faciant ad jussum et requisicionem vestram, prout et quando ac quociens per vos eis verbo aut literatorie iniungetur; alias, ubi dicti officiales seu eorum aliqui super hiis necligentes se ostenderint aut remissos, possitis illos ab eorum officiis suspendere et privare, et de ipsis officiis providere aliis qui predicta prout expedierit exequantur. Nos enim vobis super predictis omnibus et singulis comitimus vices nostras plenarie cum presenti, quam in premissorum testimonium fieri jussimus et nostro sigillo appendicio roborari. Datum Barchinone xxiiij die Octobris anno a nativitate Domini Millesimo CCC° Quinquagesimo octavo Regnique nostri xxiij°. —Visa R.

Et ut dicta declaracio melius posset ad efectum debitum pervenire, fuit tradita per dictum dominum Regem, presente me prothonotario et

scriptore huius curie antedicto, dictis quatuor nobili et militibus electis in scriptis informacio que sequitur.

Sia comanat als iiij cavallers deius scrits que cascu en la administracio que li sia comanada per part del Senyor Rey a emprar Richs homens e cavallers ciutadans e homens de vila, havents Castells Quadres e lochs closes e atermenats, e prenga segurratats daquells que façen al senyor Rey semblant ainda quels altres Richs homens e Cavallers e altres havents castells quadres e lochs closes o atermenats han atorgada graciosament al senyor Rey, segons que davall es declarat, e daço lus sien fetes bones letres de creença e be afectuoses e sens sobre scrits, per ço que ells si façen fer lur sobrescrit, segons lo nom el titol de cascu; los quals Cavallers sien Mossen Berenguer Dabella, al qual sia comanada tota la vagaria de Barchinona e de Valles e se haia a certificar aquells del Comtat Dosona ab qui contribuiran e daquells qui contribuiran ab lo senyor Rey que ho pos en estamen; Mossen en Bernat de Tous faça la vagaria de Cervera de Leyda e de Pallars e de Tarraga e de Muntblanch; Mossen Bernat ças Torres faça la vagaria de Bages de Berga e de Bergada e Ripolles e Vila francha de Penades e de Tortosa e el camp de Terragona; Mossen Pauquet de Bell castell faça la vagaria e el bisbat de Gerona e Campredon e tota aquella partida tro al coll de Peniçars.

Item quels iiij cavallers deius scrits se informen e estimen cascu en ço quels es comanat lo nombre dels homens, aytal Rich hom o cavaller Ciutada e altre havent Castell Quadra o loch clos o atermenat, e segons aquell nombre que sien tatxats, e façen en aquesta aiuda, ço es pagant per cascun foch seu propri o de Cavaller o altre exceptat, e de foch de esgleya xx solidos per any e de lech xj solidos per any. Es entes empero que si lo dit Rich hom o cavaller haura alta jurediccio en lo seu Castell Quadra o loch clos o atermenat, o tal jurediccio que ha poder de pendra ferma de dret de deuta de que per official del senyor Rey sera fadigat, dins lo qual seran poblats los dits homens de esgleya o de cavallers o dalcuns, sia que sien mesades o altres pus no sia Castell Quadra o loch clos o atermenat, que aytals pagnen ab lo Rich hom Cavaller o senyor daytal Castell o loch, si empero no haura alta jurediccio o tal que haia poder de pendra ferma de dret de deuta que per official del senyor Rey sera fadigat, axi com dit es, que no sia tengut de pagar sino solament per los seus ço es x solidos per foch. E los altres paguen e dejen pagar al senyor Rey, pus la dita jurediccio no sia del Rich hom o cavaller o altre senyor del dit Castell quadra o loch clos o atermenat segons que vuy fan.

Item que si algun Rich hom o Cavaller volra trametra a la frontera homens de cavall per ço que lin pertanyara, quen puxa fer daquiavant exceptat per los vj meses passats. E si trametra nols hi vol, que per lo mig any passat qui comença en lo mes de Maig prop passat, paguen per la manera deius scrita en diners aytant com lus en pertanyara, segons lo compartiment dessus dit, encara per iiij meses esdevenidors; e que daquiavan se façen les pagues de dos en ij meses a les persones deius scrites ab seguretat que sen faça ab sagrament e ab pena que sens tota requesta los li hauran aportats e deposats en la Taula den Jacme dez Vilar Cambiador de Barchinona; mas es entes que per lo temps passat negun no puxa fer lo servey en homens a cavall, ans se pach en diners, mas daquiavant si fer ho volra passats los dits iiij meses esdevenidors.

Item que tot ço que ven a la aministracio de Mossen Bernat de Thous se pos es pach en ma dels faedors den Ramon dez Pla en Leyda; e aço qui es de la aministracio de Mossen en Bernat ces Torres aytant com es de la vagaria de Vila francha e de Bages, e encara tot ço qui ve a la aministracio de Mossen en Berenguer Dabella, se pos en la Taula den Jacme des Vilar cambiador de Barchinona; tot ço empero quis cullira en les vagarias de Tortosa e de Tarrega se pos en la Taula den Pere Pascal cambiador de Terragona; E tot ço qui ve a la ministracio de Mossen Pauquet de Bell castell se pos en la Taula den Ramon Madir cambiador de Gerona.

E cascun dels dits cavallers prenga bona e covinent seguratat daquells qui les dites coses hauran a pagar que posen en cascuna de les dites tantes les quantitats que posar hauran; ço es, del temps passat dins lo temps que empendran a ells, e del esdevenidor de iij en iij meses ab lo començament daquells.

E tenguen a ment los dits Cavallers que les dites ques faran en les dites taules se façen en aquesta manera, que de les quantitats que dites seran sia respot an Pere de Margens de casa del senyor Rey o a aqui ell volra.

E quel dit Pere de Margens de les dites quantitats faça reebudes e dates en libre apartat, en que alre noy sia scrit, e que faça sagrament e homenatge que per letra o per manament del senyor Rey ne per neguna altra persona ni raho no distribuesca la moneda, qui a man sua vendra, sino en lo sou dels Cavallers qui en la frontera stien, e que del dit libre no do ni sofira que sia donat translat al senyor Rey ni a altra persona.

Empero de tot ço que reebra sia tengut de retra compte en poder den

Jacme dez Far e den Bernat de Tous e den Bernat çes Torres; los quals haien poder de definir per part del senyor Rey lo dit compte e fer albara final al dit Pere de Margens.

E finat lo compte, lo dit Pere de Margens per virtut del sagrament e homenatge que fara, sia tengut de cremar lo dit libre.

E si per ventura ni havia algun qui, no contrestant son sagrament que fet ne hauria, no pagara planament, que sien fetes ara de present letres de creença a tots e sengles vaguers de Cathalunya o a lurs lochs tinents quel senyor Rey los diu els mana de certa sciencia e ab acordada pensa que creeguen a tot ço quel dit Cavaller lus dira, E que aquelles coses per obra complesquen tota appellacio remoguda, E no resmenys sien fetes letres de creença als dits cavallers, bones e be bastants axi com en Jacme dez Far ordonara.

Quant als Richs homens dels quals ha ja procurador açi, sien taxats per aquells iiij cavallers e iij daquells qui hi son assignats, e ques faça ans quels dits procuradors isquen de Barchinona.

Item quels dits iiij cavallers e los iij daquells ab bona diligencia, al pus tost que poran, se certifiquen ab los Comtes Vescomtes Richs homens e Cavallers e homens de vila havents Castells Quadres o lochs closes o atermenats dins les lurs terres en Cathalunya, qui son de esgleya o de Cavallers o de Ciutadans o de homens de vila, ab qui volran contribuir per ço que segons volentat de lur contribucio proveesca en los affers segons ques pertany.

Item que cascun dels dits iiij cavallers de la aministracio façen e ordonen j libre en lo qual per nomina sien posats tots los dits Richs homens Cavallers Ciutadans e homens de vila e altres qui aço sien tenguts, e lurs Castells e lochs e lo nombre dels fochs poblats en aquells, e façen mencio en lo libre de les obligacions que fetes hauran. E fetes les dites coses, venguen a Barchinona e sien al pus luny per tot lo mes de noembre per fer tots ensemps o los iij daquells la tatxacio ordonadora en lo juhi de la cort.

Es cert empero que, jasia en los capitols dessus contenguts, sia feta mencio que de les quantitats provenidores, per raho del do o proferta feta per los dits Richs homens e Cavallers al senyor Rey, fos respost an Pere de Margens sots-tresorer del senyor Rey; Empero per ço com lo dit Pere de Margens, occupat per altres negocis del dit senyor, no pot entendre en los affers dessus dits, fou feta comissio per lo dit senyor Rey en Pere dez Vall, scriva de la Tresoraria del dit senyor, segons que de la dita comissio apar per letra del dit senyor; la tenor de la qual es aytal.

Petrus, Dei gracia Rex Aragonum Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie, Fideli nostro Petro de Vallo civi Barchinone Salutem et graciam.

Cum barones nobiles et milites ac generosi et alii, habentes castra et loca in Cathalonia, faciant nobis pro se et hominibus suis certum subsidium racione guerre quam habemus cum Rege Castelle, et ut servetur equalitas in prestacione dicti subsidii fuerint per nos deputati nobiles et dilecti Consiliarii nostri Berengarius de Apilia Bernardus de Thous Pauquetus de Pulcro castro et Bernardus de Turribus milites, qui sub certa distinccione parcium et locorum debent recognoscere [et] scrutinium facere ut secundum magis et minus, videlicet habito respectu ad pluralitatem seu paucitatem focorum, dictum subsidium habeatur. Eapropter, de vestri fidelitate et industria confidentes, vobis dicimus comitimus et mandamus quatenus a dictis comissariis exigatis petatis et recipiatis compotum sive compota, aut memorialia per eos facta seu fienda de dictis focibus et de quantitatibus quas quemlibet dictorum baronum nobilium militum generosorum et dominorum locorum et castrorum continget solvere in subsidio antedicto, et obligaciones eciam quas dicti subsidia prestituri debent facere de solvendo nobis seu vobis nomine nostro, per quod eos continget solvere pro dicto subsidio, tam de tempore preterito quod incepit prima die mensis Madii proxime preteriti quam pro futuro usque ad complementum duorum annorum per quos nobis dictum subsidium est prestandum. Quantitates quidem, que dicta de causa a dictis subsidiantibus sunt habende, petatis habeatis et recipiatis juxta formam vobis dandam per dictos quatuor comissarios et quemlibet eorundem, faciendo et fieri requirendo per officiales nostros forcias et districtus ac compulsiones debitas, nisi simpliciter et de plano tempore debito dicta subsidia fuerint absoluta. Nos enim petendi et recipiendi dictas quantitates universas et singulas et de eis faciendi apochas et albarana, et fines seu compulsiones et districtus si opportuerit, et omnia alia que circa premissa necessaria fuerint, vobis et substituendis a vobis plenam conferimus facultatem. Et mandamus huius serie universis et singulis officialibus et subditis nostris quod super predictis prestent vobis et substituendis a vobis auxilium consilium et favorem, si et prout et quando et quociens a vobis et substituendis a vobis inde fuerint requisiti; Nec minus mandamus dictis quatuor comissariis quod dicta compota et memorialia per eos inde facienda et obligaciones per eos recipiendas a dictis subsidiantibus vobis tradant, non obstante quod prius ordinatum seu deliberatum fuisset inde responderi Petro de Marginibus. Nec obstante eciam si in

litteris comissionum factarum dictis quatuor militibus continetur quod de predictis debeant nostro Thesaurario respondere. Vos vero peccuniam quam inde receperitis teneamini convertere in solucione Tresdecim Milium librarum Barchinone, quas Jacobus de Vilario campsor Barchinone nobis mutuavit, intra duas vices pro solvendis stipendiis equitum qui nobiscum vadunt ad frontariam racione dicte guerre, prout constat de Decem Mille libris per quandam cartam sive instrumentum publicum, actum Barchinone decimanona die presentis mensis Octobris; et de Tribus Mille libris per aliud instrumentum, actum Barchinone die presenti, clausa per Jacobum Conesa secretarium nostrum et auctoritate nostra notarium publicum: in quibus instrumentis sunt nobiscum obligate diverse persone, et preter dicta obligatoria instrumenta extant obligaciones sive scripture tercii in libro curie vicarii Barchinone sub magnis penis; quequidem instrumenta recuperetis in solucione cum apocha de soluto. Et faciatis cancellari dictas obligaciones sive scripturas tercii factas in libro dicti vicarii taliter quod sit cautum nostre curie de predictis solutis, aut aliis omnibus dictis Tredecim Mille libris. Ipsam peccuniam, quam ex dictis subsidiis receperitis, convertatis in solucionibus stipendiorum que dari habebunt equitibus stipendiariis seu aliis equitibus; [cum] nos [eam] receperimus pro solucione fienda ipsis stipendiariis, prout inde per cartas seu litteras nostras habebitis in mandatis. Volumus insuper et vobis facultatem plenariam elargimur ut omnes sumptus seu missiones, qui et que per vos hac de causa fient, tam in salariis janitorum et aliarum personarum in predictis negociis vacancium quam in quitacione vestra in compoto vestro, recipiantur per dictos Bernardum de Thous et Bernardum de Terribus, necnon per fidelem consiliarium nostrum Jacobum de Faro, in quorum posse de universis et singulis gestis et administratis seu gerendis et administrandis racione comissionis presentis teneamini reddere racionem. Nos enim cum hac eadem volumus et ordinamus dictisque Bernardo de Thous Bernardo de Terribus et Jacobo de Faro plenam conferimus facultatem audiendi recipiendi et difiniendi compota vestra de et super predictis facienda, et albarana difinicionum faciendi; vobisque districte mandamus ut in eorum posse, et non Magistri Racionalis Curie nostre seu alterius cuiuscunque, reddatis compota supradicta. Quorum expedicionem et diffinicionem, per dictos Bernardum de Thous et Bernardum de Terribus ac Jacobum de Faro faciendam, gratam habere promitimus, et habemus ex nunc pro tunc validam atque firmam. In cuius rei testimonium presentem fieri jussibus nostro sigillo munitam. Datum Barchinone xxix die Octobris anno a nativitate Domini

Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo octavo.—Matheus prothonotarius.

Et die sabbati die quarta Madii anni predicti, Millesimi Trecentesimi Quinquagesimi Noni, predicti nobiles Berengarius de Apilia Bernardus de Thous Pauquetus de Pulcro castro et Bernardus de Terribus milites, comissarii, protulerunt in scriptis suam declaracionem ut sequitur.

In Dei nomine, Nos Berengarius de Apilia Bernardus de Thous et Pauquetus de Pulcro castro et Bernardus de Terribus, milites.

Viso et recognito Curie judicio in celebri Curia in civitate Barchinone ultimo celebrata super subsidio, per barones milites cives et alios villas castra et loca intra Cathaloniam habentes prebendo pro defensione rei publice, que fienda eminet racione vigentis guerre que inter dominum Regem et Regem Castelle existit;

Inspecto eciam et recognito quod in dicte curie judicio declaratum et statutum fuit, per cunctos barones et milites qui ad diem qua dicta Curia teneri incepta fuerat cum dicto domino Rege non convenissent tenerent et tenere tenerentur ac mittere eciam infra et ad tempus duorum annorum, a prima die mensis Madii proxime preteriti currere incipiencium, Equites, medietatem videlicet armatorum et alteram medietatem alforratorum, ad frontariam, qua racione dicte guerre teneretur pro tempore futuro, Et eciam solvere solidum eorundem equitum pro tempore preterito dictorum duorum annorum, Et hoc ad racionem qua declaratum fuit in eodem Curie judicio Comitem Urgelli et vicecomitem Cardone facere hec debere;

Necnon attento et prospecto quod in dicto curie judicio domino Regi fuit attributa potestas eligendi tres aut quatuor personas in hoc expertas, aut plures si eidem domino Regi videretur, que secundum eorum bonum arbitrium declararent et eciam ordinarent numerum equitum, quos quilibet eorundem baronum et militum tenere haberent pro tempore tunc futuro dictorum duorum annorum, Et quantitatem solidi quam pro tempore preterito eos solvere opporteret. Quam declaracionem et ordinacionem vim et naturam judicii curie habere voluit dictus dominus Rex de consilio dicte curie et eundem valorem obtinere, Et ad eandem tenendam ipsos barones et milites sic astringi ac si in predicta curia esset facta, Queque ligaret et astringeret eosdem infra octo dies postquam esset in capite vicarie in qua quilibet ipsorum baronum et militum domiciliatus fuerit voce preconia publicata;

Visa insuper et recognita quadam carta Regia, sigillo apendicio dicti domini Regis sigillata, data Barchinone xxiiij die octobris anno a

nativitate Domini M° CCC° Quinquagesimo octavo, cum qua idem dominus Rex ad faciendum declaracionem contentam in dicto statuto seu curie judicio nos elegit, Sic quod nos sub virtute juramenti quod inde ad sancta Dei quatuor evangelia prestitimus, habito respectu ad predicta, declaremus et ordinaremus numerum equitum, quos quilibet eorundem baronum et militum tenere haberet pro tempore tunc futuro dictorum duorum annorum, et quantitatem solidi quam pro dicto tempore eos solvere opporteret, Quodque id quod super predictis ordinaremus et declararemus execucioni debite mandaremus:

Visa nec minus informacione de predictis habita, Et habitis eciam per nos super premissis deliberacione solerti et maturo consilio ac digesto, auctoritate dicte comissionis nobis facte declaramus et ordinamus secundum nostri bonum arbitrium:

Quod Inclitus Infans Ferdinandus, Marchio Dertuse et dominus de Albarrazino, pro cunctis Civitatibus villis Castris et locis, quos et que infra Cathaloniam habet, teneat sub forma et modo in dicto curie judicio contentis et tenere teneatur et eciam mittere infra et ad tempus dictorum duorum annorum viginti equites; Et spectabilis vir Johannes Comes Montanearum de Prades decem equites; Et Egregius vir *Enricus Comes Trestamare* duodecim equites; Et Comes Pallariensis pro suis villis et locis, et eciam pro locis que pro ipso Comite infra limites eiusdem Comitatus in feudum tenentur, octo equites; Et nobilis vir Dalmacius vicecomes de Rochabertino octo equites; Et Guillelmus Raimundi de Cervilione duos equites.

Quorum quidem equitum, quos superius declaramus, dictum inclitum Infantem et alios barones prenominatos debere tenere ordinamus medietatem esse armatorum et alteram medietatem alforratorum, Adicientes quod ipsos Equites teneant et tenere habeant in dicta frontaria pro tempore futuro, Et eorundem eciam equitum solidum ad racionem septem solidorum pro equo armato et quinque solidorum pro equo alforrato solvant, et solvere pro tempore preterito dictorum duorum annorum omnimodo teneantur.

Item declaramus quod nobilis Raimundus de Angularia dominus de Angularia teneat et mittat per dictum tempus et per modum predictum pro hominibus suis unum equitem alforratum.

Declaramus eciam et ordinamus quod ceteri nobiles milites et alii, villas et castra et loca habentes infra vicarias Ilerde Pallariensis Tarrage Cervarie et Montisalbi, teneant et mittant, et tenere et mittere sub forma et modis predictis inter omnes ad dictam formam teneantur, viginti tres equites, medietatem armatorum et medietatem alforrato-

rum, Et eciam solidum unius equi partim armati et partim alforrati, duas partes et mediam, factis inde xvj partibus.

In quorum solido quilibet ipsorum pro locis, que infra dictas vicarias habet vel possidet, subscriptas quantitates peccunie, de quibus quamplures ipsorum nobiscum gratis et absque eorundem preiudicio convenerunt, solvere pro unoquoque anno dictorum duorum annorum teneatur.

Videlicet Poncius de Altariba miles pro quinque focis	ij libre x solidi.
Et Jacobus Comenge civis Ilerde pro sex focis	iij lib.
Item Arnaldus de Riudessech civis Ilerde pro xij focis	vj lib.
Nobilis Acardus de Muro pro xiij focis suis propriis	vj lib. x sol.
Item ex alia parte pro viginti duobus focis ecclesie	xxij lib.
Item Bernardus Cardona civis Ilerde pro duobus focis	j lib.
Bertrandus Navarra civis Ilerde pro octo focis	iiij lib.
Petrus Raimundi Çacosta civis Ilerde pro triginta tribus focis	xvj lib. x sol.
Et Raimundus Januarii civis Ilerde pro xv focis	vij lib. x sol.
Item dictus Raimundus pro xv focis	vij lib. x sol.
Domen[ic]us Cardona civis Ilerde pro tribus focis	j lib. x sol.
Petrus de Muntanyana civis Ilerde pro cviij focis	Liiii lib.
Franciscus de Sancto Martino civis Ilerde pro xviij focis	ix lib.
Et Arnaldus Januarii pupillus pro duodecim focis	vj lib.
Franciscus de Sancto Clemente civis Ilerde pro ccc focis	CL lib.
Nobilis Guillelmus Raimundi de Montecateno pro uno equite alforrato et tribus quarteriis unius equiti alforrati	CLVII lib. x sol.
Item Petrus Raimundi Çacosta predictus pro decem et novem focis	ix lib. x sol.
Johannes de Cumbis civis Ilerde pro cv focis	Lij lib. x sol.
Domenicus de Moncesoar civis Ilerde pro xlix focis	xxiiij lib. x sol.
Petrus Ardoviri civis Ilerde pro xvij focis	viij lib. x sol.

Raimundus de Sancto Martino civis Ilerde pro xlvij focis ..... xxxiij lib. x sol.
Anthonius Graylla civis Ilerde pro xvij focis .. viij lib. x sol.
Petrus Mulinerii civis Ilerde pro cclxxj focis... cxxxv lib. x sol.
Petrus de Sancto Martino civis Ilerde pro xv focis..... vij lib. x sol.
Item Raimundus de Sancto Martino predictus pro xvj focis..... viij lib.
Salvator de Bosco, filius Arnaldi de Bosco quondam, civis Ilerde pro cxcvj focis..... xcvij lib. x sol.
Nobilis Comes de Insula pro cxxv focis..... lxij lib. x sol.
Arnaldus de Miralles cuius est locus de Perabruna pro xiij focis..... vj lib. x sol.
Arnaldus Cortit civis Ilerde pro xvij focis..... viij lib. x sol.
Johannes Alanyani ville Montisalbi pro xvij focis. viij lib. x sol.
Guillelmus Berengarii de Olzinellis pro xvj focis. viij lib.
Bertrandus de Vallo, legum doctor, pro xxij focis. xj lib.
Guillelmus Januarii ville Montisalbi pro xxiij focis..... xj lib. x sol.
Item dictus Guillelmus Berengarii de Olzinellis pro duobus focis ..... j lib.
Geraldus Alamany de Toralla pro lxxx focis... xl lib.

Vicaria Tarrage.

Nobilis Philipus de Castro pro clxx focis..... Lxxxviij lib. x sol.
Petrus de Montesonisio pro octo focis ..... iiij lib.
Nobilis Bernardus de Angularia dominus de Miralcamp pro xxxvij focis..... xviij lib. x sol.
Johannes Messaguerii civis Barchinone pro vj focis..... iij lib.
Item dictus nobilis Acardus de Muro pro lxxiiij focis..... xxxvij lib.
Jacobus de Meenya pro ix focis..... iiij lib. x sol.
Bernardonus Alanyani pro xij focis..... vj lib.
Nobilis Raimundus de Angularia dominus de pulcro podio pro Dxl focis..... cclxx lib.
Franciscus Ça Sala civis Ilerde pro L focis .... xxv lib.
Guillelmus Mulnerii civis Ilerde pro xxxvij focis. xviij lib. x sol.
Thomas Calveti civis Ilerde pro tribus focis.... j lib. x sol.

Vicarie Cervarie.

Nobilis Petrus de Cardona dominus de Torano pro uno equite alforrato, exceptis tamen xxxviij libris, quas jam solvit cum vicecomite Cardone pro loco Derdevol quem habet intra vicecomitum Cardone..... Lij lib. v sol.
Jacobum Riquerii pro sex focis..... iij lib.
Bartholomeus de Falchs pro xxix focis..... xiiij lib. x sol.
Burdus de Pallars cuius est locus de Aranyone pro septem focis..... iij lib. x sol.
Matheus de Caulers pro xvj focibus..... viij lib.
Item heredes Berengarii Ça Guardia, quorum est locus de Cestor, pro quinque focis..... ij lib. x sol.
Guillelmus de Fluviano pro lvj focis..... xxviij lib.
Bernardus Folcau pro duobus focis..... i lib.
Berengarius de Argenciola pro lij focis..... xxvj lib.
Domina Francisca de Montemaneno et Ludovicus filius suus pro quinque focis..... ij lib. x sol.
Petrus de Gaver, cuius est locus de Montesque, pro septem focis..... iij lib. x sol.
Raimundus de Riquer, cuius est locus de Riquer, pro novem focis..... iiij lib. x sol.
Berengarius de Vergos, cuius est locus de Menya, pro xix focis..... ix lib. x sol.
Bernardus de Meçina, cuius est locus de Ça Menresana Urgelli, pro xxx focis..... xv lib.
Galcerandus de Olugia pro xlvj focis..... xxiij lib.
Raimundus de Olugia, cuius est locus de Tudela, pro vij focis..... iij lib. x sol.
Bernardus Riquerii, cuius est locus de Palamos, pro vj focis..... iij lib.
Guillelmus Alanyani et Guillelmus de Prato pro xl focis loci de Rabinat..... xx lib.
Arnaldus de Ulugia pro xxiij focis..... xj lib. x sol.
Item heredes Berengarii Riquerii quondam, quorum est locus Asqueraç, pro decem focis.... v lib.
Geraldus de Terri pro xxvj focis..... xiij lib.
Jacobus de Portella pro tribus focis..... i lib. x sol.

Berengarius de Copons, dominus loci d'Eslor pro xxij focis..... xj lib.
Petrus de Ulugia pro xix focis..... ix lib. x sol.
Guillelmus de Ciraria pro xxxviij focis..... xix lib.
Dominicus de Brianco pro vj focis..... iij lib.
Johannes de Concabella pro quinque focis..... ij lib. x sol.
Galcerandus de Caulers pro octo focis..... iiij lib.
Raimundus de Caulers pro xiiij focis..... vij lib.
Galcerandus de Vergos pro septem focis..... iij lib. x sol.
Raimundus Huc, cuius est locus de Ça Cardosa, pro xviij focis..... ix lib.
Petrus Ferrarii habitator loci sancte Columbe de Queralto pro duobus focis..... i lib.
Rector capellanie, institute per Petrum Borracii de sancta Columba de Queralto, dominus in parte loci de Contrast pro duobus focis..... j lib.
Raimundus d'Oiula, cuius est locus de Granç, pro decem focis et medio..... v lib. v sol.
Jacobus de Vallo, cuius est locus de Montepavone, pro x focis..... v lib.
Franciscus de Ulugia pupillus pro uno foco.... x sol.
Raimundus Ferrarii loci de Aqualata et Raimundus Ferrarii loci de Calatayubio, pro quinque focis quos habent in loco eorum de la Mora.. ij lib. x sol.
Petrus de Ulugia, cuius est locus de Frexenet, pro septem focis..... iij lib. x sol.
Domina uxor ac heredes Bernardi d'Ondara quondam, quorum est locus de Ondara, pro xj focis. v lib. x sol.
Capellania instituta per Petrum Miro quondam, cuius fuit locus de Albespi, pro xij focis.... xij lib.
Geraldus de Ulugia, cuius est castrum de sancta Maria, pro sex focis..... iij lib.
Petrus Raimundi de Copons pro uno foco..... x sol.
Berengaronus de Ciraria pro xxxvij focis et medio, quos habet in locis de Clariana et de Ça Toda..... xviij lib. xv sol.
Heredes Bernardi de Boxados quondam, domini Castri de Vallmanya, pro xxj focis..... x lib. x sol.
Item heredes predicti pro tribus mansis Monasterii Serateix, qui sunt infra terminos dicti castri. iij lib.

Heredes Bertrandi de Vallo quondam, domini Castri de Montepavone, pro novem focis.... iiij lib. x sol.
Heredes Guillelmi Januarii quondam, pro octo focis, quos habent in dicto termino loci de Montepavone..... iiij lib.
Raimundus Arnaldi de Ciraria pro sex focis... iij lib.
Et Bernardus Geraldi de Boxados pro lxxviij focis, quos habet infra vicariam Cervarie.... xxxix lib.

Vicaria Montisalbi.

Primo Guillelmus Alayani ville Montis albi pro xliiij focis..... xxij lib.
Heredes Gisperti de Guimerano quondam, cuius est locus de Ciutadilla pro xc focis..... xlv lib.
Guillelmus Januarii ville Montis albi pro xvij focis..... viij lib. x sol.
Nobilis Gombaldus de Angularia pro lxij focis quos habet intra vicariam Montis albi..... xxxj lib.
Macianus Messagerii civis Barchinone pro lviij focis, quos habet intra proxime dictam vicariam..... xxix lib.
Nobilis Arnaldus de Cervilione pro xvij focis quos habet intra dictam vicariam..... viij lib. x sol.
Petrus de Carcassona civis Ilerde pro xlv focis. xxij lib. x sol.
Nobilis Raimundus de Scintillis pro cxlviij focis propriis et pro xcvj qui sunt comunes inter ipsum et abbatissam de Jonqueriis civitatis Barchinone..... xclviij lib.
Item jamdictus nobilis Gombaldus de Angularia pro focis honoris de Rebione et de Monteleone, qui fuit Berengarii de Castro Eulino quondam..... xlix lib. x sol.
Nobilis Dalmacius de Queralto pro ccclxxx focis. cxc lib.
Nobilis Ludovicus Cornelii pro cxx focis..... lx lib.
Item Raimundus de Ciraria pro iiij focis degentibus in loco de Porquerices..... ij lib.

Declaramus insuper et ordinamus quod subscripti barones milites et alii, Castra villas et loca habentes infra vicarias Minorise et Bagia-

rum Berge et Berguitani et Ville franche penitensium, teneant et mittant et tenere et mittere habeant sub modo et forma predictis inter omnes ad dictam frontariam decem et novem equites, medietatem armatorum et medietatem alforratorum, et de solido unius equi partim armati et partim alforrati factis sexdecim partibus, unam partem et mediam pro tempore futuro dictorum duorum annorum, et ipsorum solidum solvere pro tempore preterito teneantur.

In quorum solido quilibet ipsorum pro locis, que infra dictas vicarias habet vel possidet, subscriptas quantitates peccunie, de quibus fere omnes ipsorum nobiscum gratis et absque eorum preiudicio convenerunt, solvere pro utroque duorum annorum predictorum teneatur.

Videlicet, Asbertus de Prato pro tribus focis...	I lib. x sol.
Johannes Berengarii de Reiadello pro l focis...	xxv lib.
Bernardus Geraldi de Boxados pro xlij focis...	xxj lib.
Jacobus de Faro dominus castrorum de Vaquerices et de Guardiola pro lxij focis.....	xxxj lib.
Raimundus Jafa civis Minorise pro ij focis....	j lib.
Guillelmus de Campo civis Minorise pro xlviij focis.....	xxiiij lib.
Raimundus Talamanca pro xl focis.....	xx lib.
Guillelmus d'Orriols civis Minorise pro tribus focis.....	j lib. x sol.
Ferrarius de Castelleto pro xxxiiij focis et medio.	xvij lib. v sol.
Raymundus Eymerici et Eymericus Salent cives Minorise pro xxxv focis.....	xvij lib. x sol.
Item dictus Raimundus Eymerici pro novem focis.....	iiij lib. x sol.
Petrus de Gravalosa civis Minorise pro xiiij focis.	vij lib.
Domina Guillelma uxor quondam Petri de Cigario pro xxiij focis.....	xj lib. x sol.
Berengarius Talamanca pro lxxj focis, in quibus sunt xv ecclesie et quatuor migerii.....	xliiij lib.
Bernardus de Terri civis Minorise pro ix focis.	iiij lib. x sol.
Johannes de Gerau pro decem focis.....	v lib.
Asbertus d'Urfort pro xvij focis quos habet in termino de Apiarola.....	viij lib. x sol.
Guillelmonus d'Urfort cuius est Castrum de Colbato pro xxxvj focis.....	xviij lib.

Berga e Bergada.

Nobilis Petrus Galcerandi de Pinos pro cccclxxxv focis	ccxlij lib. x sol.
Item pro viginti septem focis ecclesie	xxvij lib.
Petrus Çes Corts, cuius est locus sancti Johannis de Muntdarn, pro septem focis	iij lib. x sol.
Item Raimundus de Pagueria pro medio equite alforrato	xlv lib.
Franciscus de Montelar pro septem focis	iij lib. x sol.
Berengarius d'Onis, cuius sunt castra de Blancafort et de Merola, pro viginti tribus focis	xj lib. x sol.
Bonanatus Ça Nola pro tribus focis	j lib. x sol.
Item pro duobus focis quos habet in termino Castri de Muntmaior	j lib.
Item Arnaldus Guillelmi de Besora pro L focis degentibus in castro de Besora	xxv lib.
Item dictus Arnaldus pro tercia parte quam habet in quatordecim focis degentibus in dicto castro	ij lib. vj sol. viij den.
Item dictus Arnaldus pro duabus partibus, factis inde tribus partibus quas habet in tribus focis degentibus in dicto castro	j lib.
Item dictus Arnaldus pro uno foco mediocri inter ipsum et ecclesiam pro sua parte tantum	v sol.
Item Raimundus Ribera cuius est quadra sancti Martini de Muntdarn pro tribus focis	j lib. x sol.
Item heredes nobilis Artaldi de Pallars	Clij lib. x sol.
Item Arnaldus de Conomines ville Berge pro viij focis	iiij lib.
